Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Quincuplex psalterium : Gallicum, Rhomanum, Hebraicum, vetus, conciliatum : pr[a]eponu[n]tur quae subter adijciuntur : epistola, epilogus disputationis psal. xxx, appendix in psal. xxx, prologi Hieronymi tres, partitio psalmorum triplex, indices psalmorum duo.

https://hdl.handle.net/1874/396057

Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- **de rug van het boek**
- **de kopsnede**
- **de frontsnede**
- **de staartsnede**
- **het achterplat**

This book is part of the Van Buchell Collection

Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- **the spine**
- **the head edge**
- **the fore edge**
- **the bottom edge**
- **the back board**

QUINCUPLEX
PSALTERIUM
1513

106
Pl. F N°1


24.



Kast 106
Pl. F N°. 1

106. F. 1.

SECVNDA EMISSIO.



Epistola.
Epilogus disputationis psal.xxx.
Appendix in psal.xxx.
Prologi Hieronymi tres.
Partitio psalmorum triplex.
Indices psalmorum duo.

Ex Donatione Bibl. Bruchsal.

ACADEMIA BIBLIOTHECA

SECVNDA EMISSIO.


QVINCVPLEX
Psalterium.

G allicum,
R omanum,
H ebraicum,
V eus,
C onciliatum.

Apponitur pro libet
adjiciendum.

Epistol.
Epilogus diſputationis pſal.xxx.
Appendix in pſal.xxx.
Prolog. Hieronymi in ex.
Partic. pſalmorum in pſalt.
Indices pſalmorum etc.

¶ Ac Reuerẽdiſſimum in Chriſto patrem & D.D. Guillelmum Briconne tum miſeratione diuina ſacroſanctæ eccleſię Romanę Cardinalem/ Epiſcopũ Tuſculanum/ Archiepiſcopum Narboneñ: in quincuplam pſalterij ędition-nem/ Iacobi Fabri Stapuleñ prefatio.



Vm ōnia fere ſtudia/ voluptatis & vtilitatis nōnichil afferre ſint ſolita: ſola diuina non voluptatẽ modo & vtilitatẽ/ ſed ſummã pollicẽtur fœlicitatẽ. beati (iquit) qui ſcrutãtur teſtimonia tua. Quę igitur nobis potius ſequẽda/ quę magis amplectenda? Lōgo equidẽ temporis interuallo humana ſum ſecutus/ & diuinis vix prima (vt aiũt) admoui labra (auguſta enim ſũt & nō temere adeũda) at ex illa q̃uis remota delibatiõe/ tãta lux affulgere viſa eſt: vt eius comparatiõe/ diſciplinæ humanæ michi viſæ ſint tenebræ. tãta ſpirare fragantia: vt illi ſuauiolentię nichil inueniatur in terris ſimile. neq; aliam crediderim terrenã paradiſum: cuius odore in vitæ immortalitatem foueãtur animæ. ¶ Frequẽs cœnobia ſubij: at qui hãc ignorarẽt dulcedinẽ/ veros animorũ cibos neſcire prorſus exiſtimaui. viuũt enim ſpiritus ex omni verbo quod procedit de ore dei. & quęnã verba illa: niſi ſacra eloquia? mortuos igitur: qui eiuſmodi ſunt/ ſpiritus habẽt. Et ab eo tẽpore quo ea pietatis deſiere ſtudia: cœnobia periere/ deuotio interijt/ & extincta eſt religio/ & ſpiritualia pro terrenis ſunt cõmutata/ cœlũ dimiſſum & accepta terra/ infœliciſſimũ ſane cõmercij genus. ¶ Et ſi qui eorũ ex ſacris litteris paſtum quærerẽt: ſæpius interrogaui quid in illis dulcedinis experirẽtur/ quid ſaperent? Reſponderũt plurimi quoties in neſcio quem ſenſum litteralem incidiſſent/ & maxime cum diuinorum pſalmorum intelligentiã queritarent: ſe multum triſtes & animo deiecto/ ex illa lectione abſcedere ſolitos. ¶ Tunc cæpi mecum ipſe cogitare ne forte ille non verus litteralis ſit ſenſus: ſed (quod mali Pharmacopolæ de herbis facere ſolent) ſit res pro re/ & ſenſus pro ſenſu inductus. Illico igitur me contuli ad primos duces noſtros apoſtolos dico euangeliſtas/ & prophetas qui primi animarum noſtrarum ſulcis diuina mãdarunt ſemina/ & litteralem ſacrarum ſcripturarũ aperuerunt ianuã: & videor michi alium videre ſenſum/ qui ſcilicet eſt intentionis prophetæ & ſpirituſſancti in eo loquẽtis. & hũc litteralem appello/ ſed qui cũ ſpiritu coincidit: neq; prophetis neq; videntibus alium littera pretendit (non q̃ alios ſenſus: allegoricũ/ tropologicũ & anagogicũ/ preſertim vbi res expoſcit/ negare velim) nõ videntibus autem qui ſe nichilominus videre arbitrantur/ alia littera ſurgit/ quæ (vt inquit apoſtolus) occidit/ & que ſpiritui aduerſatur. quã & iudei nũc ſequũtur: in quibus etiã nũc ipletur q̃phetia. Obſcurẽtur oculi eorũ ne videãt: & dorſũ eorũ ſemp̃ incurua. et huiuſmodi ſenſum litteralẽ appellãt non prophetæ profecto/ ſed quorũdam Rabinorũ ſuorũ: qui diuinos Dauid hymnos/ maxima ex parte de ipſomet exponũt/ de p̃ſſuris eius in perſecutiõe Saulis & alijs bellis quę geſſit/ nõ faciẽtes eũ in pſalmis q̃phetã/ ſed q̃ eũ viſa & facta narrantẽ/ & quaſi q̃priã texentẽ hiſtoriã. cũ tamen ipſe de ſe dicat ſp̃us dñi locut⁹ eſt q̃ me: & ſermo ei⁹ q̃ linguã meã. & ſcriptura diuina eũ appellet

infelicem
cõmercium genus.

virũ cui cõstitutũ est de Christo dei Iacob/ egregium psaltem Israel.& vbi illi constitutũ est de Christo dei Iacob & vero Messiah: nisi in psalmis? ¶Q uapropter duplicem crediderim sensum litteralem/hunc improprium/acutientium & non videntiũ/qui diuina solũ carnaliter passibiliterq; intelligunt: illũ vero propriũ/videntiũ & illuminatorũ.hunc humano sensu dictum:illum diuino spiritu infusum.hunc deprimentẽ:illũ vero mentẽ sursũ attolletẽ.vt nõ iniuria questi illi religiosi videantur: quoties in expositionẽ litteralẽ incidissẽt mœstos se relinqui & mente cõsternatos/et nõ secus omnẽ deuotionẽ repente collabi & penitus deficere q̃ si igni gelidã superfuderis aquã.vt enim sanũ corpus sua lædentia:ita mens sua mortificantia sentit.non ab re igitur cẽseo eiusmodi esse fugiendã:& ad litterã illam aspirandũ quę vt colores luc/ita spiritu animatur. Ad quod cõsequẽdũ/breuẽ in psalmos expositionẽ CHRISTO adiutore tentaui:qui est clauis Dauid/& de quo illi in hac psalmodia per spiritum sanctũ(vt dictum est) constitutum erat. ¶Et vt apertius cognoscatur/ q̃ diuersus sit hic sensus ab illo: paucis idipsum patefaciẽdum puto exemplis. Secũdum psalmum quare fremuerũt gentes & populi meditati/sunt inania/ Astiterunt reges terrę & principes conuenerunt in vnum aduersus dominũ & aduersus CHRISTVM eius/ & sequentia:ad litterã exponunt Hebręi de Palestinis qui insurrexerũt in Dauid Christũ domini.verum Paulus & cęteri apostoli spiritu dei repleti ad litterã de CHRISTO dño/vero MESIAH & vero dei filio (vt & verũ est & decet)exponunt.Rursus septimumdecimũ psalmũ volunt Hebręi ad litterã gratiarũ actionẽ esse Dauidis ad deũ q̃ liberatus esset de manibus Saulis & hostiũ suorũ.Paulus litterã CHRISTO domino tribuit.Octauidecimi psalmi litteram ponunt Hebręi de prima datione legis. Paulus non de prima sed de secũda legis datione per beatissimos apostolos & successores eorũ vbiuis gẽtiũ promulgatę.Pręterea primi & vicesimi psalmi litteram ponunt Hebręi de afflictione Hebręorũ tempore Artaxerxis.Matthęus/Ioannes & Paulus deo pleniſſimi viri litterã super ijs statuunt quę CHRISTO dño regi glorię in sua passione acciderũt. Et longũ esset per singulos psalmos ostendere quẽ Hebręi astruunt litteralẽ sensum nequaq̃ illũ litterã velle:sed figmentũ esse & mendaciũ. vt bene de eis Esaias vaticinatus sit.filij mendaces/ filij nolentes audire legẽ dei.qui dicunt videntibus nolite videre/aspicientibus nolite aspicere nobis ea quę recta sũt. loquimini nobis placẽtia/videte nobis errores/auferte a me viã/declinate a me semitam/cesset a facie nostra sanctus Israel.Certe qui talia vident:vident errores & a vera via quę CHRISTVS est/& a semita declinant ne videre possint sanctũ Israel: qui item est CHRISTVS IHESVS superbenedictus in sęcula.Quomodo igitur eorum sensui innitemur: quos deus percussit cęcitate & terrore/nichil timẽtes si cęcus nobis ducatũ prestet ne vna ruamus in foueã? absit igitur nobis credere hũc litteralẽ sensũ:quẽ litterę sensũ appellãt/ & Dauid historicũ potius facere q̃ prophetã:sed eũ/sensũ litterę vocemus qui cũ spiritu cõcordat & quẽ spiritus sanctus mõstrat.scimus(inquit diuinus loquus Paulus)quia lex spiritualis est.et si spiritualis:quomodo sẽsus litteralis si sẽsus legis est/spiritualis nõ erit? sensus igitur litteralis & spiritualis coincidũt/ nõ quẽ

alegoricum aut tropologicum vocant/ sed quem spiritus sanctus in prophe-
ta loquens intendit. Et huic eliciendo sensui: quantum spiritus dei dedit inui-
gilauimus. ¶ Q; si quispiam contenderit me id pro dignitate non effecisse: vl
tro illi cædens nequaq̃ negauerim. Quis enim prophetę pro dignitate men-
tem aperuerit; qui idem propheta nō sit spiritūue prophetæ assecutus? quod
de me dicere non possum/ neq; quod est apud Homerum.

Nulloq; virorum
Ducimur auspicio: manifesta in luce monentem
Ipse deum vidi/ vocemq; his auribus hausi.

Ij tamen quorum auspicijs ducor/ ij quos imitor: idipsum dicere potuerunt.
& cōcordia scripturarū maxima ex parte nos ad hoc peruexit. ¶ Sed erunt
forte alij qui cassum hunc nostrum causabuntur laborem: vt qui post Didy-
mum/ Origenem/ Arnobium/ Eusebium/ & ex nostris Hilarium/ Hierony-
mum/ Ambrosium/ Augustinū & Cassiodorū/ in psalmos scripserim. Qui-
bus respōdebimus: apud illos præclare ōnia, & illos diffuse tractasse: nos suc
cincte, illos non vnum sensum: nos vnū præcipue & eum qui spiritus sancti et
mētis esset prophetæ quæsijsse, illos cū cōmētati sunt/ vnicam sibi psalmorum
litteram subiecisse: vt Augustinū psalterium vetus quod minus cæteris casti-
gatum est, vnde sæpe relicta psalmi intelligentia: euagari coactus est. Cassio-
dorus romanā secutus est psalmodiā: & reliqui eā litterā quā præsentē in ma-
nibus habuere. nos varias litteras consuluimus: vt primarium inde sensum fi-
deliter erueremus. ¶ Cæterum in vnum corpus quinq; psalteria redegimus:
Gallicum/ Romanum/ Hebraicum/ Vetus/ & Conciliatum. vt ex eorum
mutua inuicem collatione iuuentur ij quos simílis indaginis cura mordebit:
& ob id præterea vt multi cantus ecclesiastici: vnde sumpti sint/ agnoscantur.
¶ At rursus quæret aliquis: cur ita vocentur cum singulumquodq; latino ser-
mone conscriptum sit? Hac credíderim ratione Romanū dici vt ab eo primū
incipiamus quod in hac ęditione secundum locum obtinet: q; Romę emenda-
tum a Hieronymo (ceu ex eius prologo dilucet) in ecclesia caneretur romana/
id est Gallia transalpina. Et gallicum: q; eo ecclesia gallica id est cisalpina vte-
retur. & illud esse arbitror quod ad preces Paulę & Eustochij secundo corre-
xit Hieronymus: hoc ductus argumento/ q; in vetustis codicibus illud obelis
& asteriscis reperimus annotatum/ quēadmodum scribit idem Hieronymus
se annotasse. Hebraicum vero: q; nulla media intercedēte lingua/ ex hebręo ad
Sophronij preces latina illud donarit colonia. Quę tria psalteria tribus colū
nis altrinsecus e regione positis descripta/ maiores nostri magna diligētia de-
scribi curarunt & descripta custodiri/ vt in vetustioribus bibliothecis licet ad-
huc intueri. Et ad hoc emittendum opus: pij & religiosi viri Cartusij & Cœle-
stini hunc in modum descriptis exemplaribus/ humanissime nos iuuarunt/
atq; ad æmissionem prouocarunt/ deflentes tam dignum & insignem pa-
trum nostrorum laborē/ inter tineas & blattas lōgo situ deperire. Porro Psal-
terium vetus dicitur: q; eo vel maxime ante ęditiones a Hieronymo emēda-
tas vterentur ecclesiæ. Conciliatum: q; pauca addat aut mutet ad gallicum/
quo magis veritati & hebraico concordet psalterio/ & quandoq; vt aptior &

accommodatior habeatur sermo. ¶Et ne hoc nimis nouum aut insolitum videatur: ante nos/ græcam psalmorum pentaplum Alexādrinis fecit Origenes/ cui adiunxit Epitomen, ex quo quidem opere tantum abfuit vt quis eum repræhenderit: vt etiam pro ea re laudes eius ad tempora nostra perdurent. Et nos identidem huic æditioni breuissimam adiecimus expositionem: & pauca alia/ vt concordias/ annotationes/ argumenta/ conciliationes/ & id genus. Quæ omnia Reuerendissime pater/ voluit Reuerendus Antistes Dominus meus Guillermus Briconnetus Episcopus Lodouēsis tibi offerrē: hac præsertim ratione q̄ cū se & omnia sua tibi debeat/ hoc insuper opus in cœnobio tuo Diui Germani quod ei superiore āno cessisti/ elaboratū agnouerat. Si igitur hic noster labor tibi placebit: omnibus acceptum existimo. precandus tamen nobis est CHRISTVS dominus qui principium est & finis vniuersæ huius psalmodiæ: vt non solum sit acceptus sed & multis ad fœlicitatem cōsequendam prodesse possit. Anno CHRISTI MDVIII.

¶EPILOGVS SEQVENTI APPENDICI PRAELEGENDVS.

Vnde argumenta.

EPILOGVS argumētationis in annotationibus psalmi xxx. ¶CHRISTI animā nōnichil apud inferos passam vt Adā et posteritatē eius a doloribus secūdæ mortis eriperet/ ex sententia Cusæ in suis sermonibus. et ex his sacrę scripturę testimonijs. ¶Ex Petro in actis.

Actus. 2

Quē deus suscitauit solutis doloribus īferni/ iuxta qđ impossibile erat teneri illū ab eo. siue vt ex græco. Quē deus resuscitauit/ soluens dolores mortis: quoniā non erat possibile ipsū

Psalmus. 17

teneri ab ea. ¶Ex psalmo 17. Circundederunt me dolores mortis: et torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores inferni circūdederūt me: prę occupauerūt me laquei mortis.

Psalmus. 87

¶Ex psalmo 87. Quia repleta est malis anima mea: et vita mea in inferno appropinquauit. Estimatus sum cum descendētibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio/ inter mortuos liber. Posuerūt me in lacu inferiori: in tenebrosis et in vmbra mortis. Super me cōfirmatus est furor tuus: et ōnes fluctus tuos induxisti super me. In me transierūt irę tuę: et terrores tui conturbauerunt me. Circūdederunt me sicut aqua tota die: circundederunt

Psalmus. 114

me simul. ¶Ex psalmo 114. Circūdederūt me dolores mortis: et pericula inferni īuenerūt

Psalmus. 141

me. ¶Ex psalmo 141. Intēde ad deprecationē meam: quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequentibus me: quia cōfortati sunt super me. Educ de custodia animā meā. Quæ vniuersa et nonnulla alia in psalmis: dominum gloriæ molestia etiam apud inferos/ ea ex parte eaq; ex natura qua passibilis erat/ non omnino caruisse ostendere vidētur. Hęc sunt vnde sumi possent argumēta/ aut verius quædam argumentationū allucinamenta quæ in

Conditio.

sequenti appēdice euanescent. ¶Hæc cū conditione adiecta sunt. Qui si quicq̄ passus est: quia voluit/ quātum voluit/ et vt voluit passus est. Rursus. At si ita est q̄ CHRISTVS dominus non solū pro nobis temporalē mortem sed et mortis secū dę (quā noxio fructus morsu primus parens incurrerat) dolores et terrores sustinere voluerit vt nos a doloribus illis et terrifico illo sensu liberaret/ et immortalitati etiā secūdū corpus in fine restitueret/ si ipse qui solus liber erat/ sē pro seruo secreta dispēsatione vt captiuū exhibuit vt qui iuste teneri non potuit/ eū liberaret qui iuste detinebatur: q̄ miseros nos reputare debemus/ q̄ ingratos/ q̄ meritę mulctæ reos pro quibus oportuit tot/ tantaq; innocentem CHRISTVM pa-

Deterritio sub dubietate.

ti vt nos nocentes et mortuos viuificaret? ¶Hæc deterritorie et dubitatorie adiecta. Fuerunt qui cōtumeliā crucis de deifico eius corpore negauerunt/ qui virtutem crucis et eius sacramentum non agnouerunt. ęque illis forte timendū/ ne post suos sensus ambulent qui CHRISTO domino ad inferos descēdēti/ terrores/ cruciatus/ gemitus/ et pœnas tenebro-

Protestatio

si lacus aspectāti/ ōnes animi molestias tollūt/ et reliqua quę sequūtur. ¶Protestatio. Quę dicta sint: nō quia ista ex me asserere velim: sed vt alij prophetarū sensa profundius exquirant/ aut potius a deo (quod satius est) eorū intelligentiam postulent. nam eam solam quā spiritus sanctus intendit asserere et credere volo/ illam solam amplector/ illi soli adhæreo. hæc illius disputationis summa/ hæc anacephaleosis/ et epilogus.

¶APPENDIX IN PSAL. XXX. IN TE DOMINE SPERAVI/ AD D. PETRVM CARTVSIVM/ VENERABILEM GOSNAIANAE DOMVS PRIOREM.



RBitrabaris religiosissime pater/ex disceptatione in ānotationibus psalmi tricesimi cuius initium est In te domine speraui: me cum Cardinale Cusa asserere velle inferorū victricē/ confractricem/ & spoliatricem glorioſissimā CHRISTI domini/ omniū redēptoris animā/ nōnichil pœnarū apud inferos passam. Verū nequaq̄ ita sentias velim. nā qui disputat: nō asserit. qui vbiq; conditionis particulam inserit: non asserit. qui sē pro ea parte nichil asserere velle dicit: non asserit. quę omnia: me illic feciſſe comperies. Neq; profecto aliter sensisses: si breuiusculam dilutionem nostrā legisses: quam artifices/ vt quædā alia de quibus me interrogasti/ mutila reliquere. quæ si diuina indulserit CHRISTI pietas: curabo nō inaccurate/ in secūda psalmorum emissione non omissum iri. Ne tu tamen/ & alij psalteriū ipsum legētes in eā suspitionē venire possitis/ & ne dilutio loci illius succinctior forsitan quibusdam appareat: specialius ad singula quæq; illic appositā respōdēdo/ tibi satisfaciendum putaui. Et vt prius pro parte Cusæ quē ita sensisse tunc suspicabamur: ita & nunc aduersus Cusam si ita sensisset/ & quencūq; aliū differamus. ¶Et primū si queras/ an CHRISTVS dominus/ mortis destructor & vitę largitor ęternæ: dolores inferni in anima apud inferos sustinuerit/ vt Adam qui secūdā mortē in sua transgressione incurrerat/ & Adæ posteritatem a doloribus secundæ mortis eriperet. ¶Nequaq̄ ita esse respōdebimus/ tametsi Adā & Adę posteritatē a doloribus secūdæ mortis eripuerit: nec id voluit Cusa. nā per glorioſam CHRISTI mortē & precioſissimi sanguinis effusionē: humana redēptio sufficienter facta est. Quod ex saluatoris nostri testimonio apud Matthæum dilucide cognoscitur. Accipiēs (inquit) calicē/ gratias egit: & dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes. hic est enim sanguis meus noui testamēti: qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Et ad eandem sēntiā scribit beatiſſ. Paulus ad Ephesios/ de CHRISTO sic loquens. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius: remissionem peccatorum. Et ad Hebræos. CHRISTVS autem assistens pontifex futurorū bonorum: peramplius & perfectius tabernaculū non manu factum id est non huius creationis/ neq; per sanguinem hircorum aut vitulorum/ sed per proprium sanguinē introiuit semel in sancta/ æterna redemptione inuēta. Et Petrus in sua prima catholica. Sciētes (inquit) q̄ non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra cōuersatione paternæ traditionis: sed precioso sanguine quasi agni immaculati CHRISTI/ & incontaminati. Et in sacra apocalypseos visione. Dignus es domine accipere librum: & aperire signacula eius. quoniā occisus es: & redemisti nos in sanguine tuo. Ecce tot sacris testimonijs: redēptio facta est & æterna quidē redēptio/ in sanguine/ & temporali CHRISTI passione. Ad quid igitur: pœnas secundum animam/ apud inferos passus fuisset/ pro ijs quos iā abūde in terris redemerat? non igitur CHRISTVS qui sua morte mortē æternā destruxit: quicq̄ pœnarū apud inferos secundū animā passus est. Quid enim vult illa domini saluatoris vox/ quę proxime diuini spiritus efflatum præcessit/ consūmmatum est: nisi cōsummata/ & peracta est humana salus/ reparatio/ atq; redemptio? Quē locū & beatus apostolus scite interpretari videtur: cum ait. Vna enim oblatione: consūmauit in sempiternū sanctificatos. ¶Verū forsitan quęres. Si Cusa non dicit CHRISTVM secundum animā apud inferos passum/ vt Adam & posteritatem eius a doloribus secūdæ mortis eriperet: ad quid igitur ait eū pœnas illic pati voluisse? ¶Si voluit Cusa: id ipsū suadere videtur ob obediētiam patri præstandam. Cuius hæc sunt verba: in sermone qui per spiritū sanctum semetipsum obtulit. Illam inquit pœnam sensus conformem damnatis in inferno pati voluit/ in gloriam dei patris sui: vt ostenderet q̄ ei obediēdū sit vsq; ad extremum supplicium. hoc enim est deum magnificare et glorificare omni possibili modo. Hæc Cusa. Verum non sic oportuit CHRISTVM/ patiēdo scilicet apud iferos magnificare & glorificare deū patrē: sed per temporalem passionem qua factus est humanæ redēptionis hostia. & sic nō in pœnam: sed in gloriam suam intrare. sicut ipse apud Lucam discipulis suis in via eum quidē non cognoscentibus & narrantibus quo pacto eum tradiderant summi sacerdotes & principes in damnationem mortis & crucifixerant eum: dixit. O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ. Nonne hæc oportuit pati CHRISTVM:

Matthęus. 26

Ad Ephe. 1

Ad Hebrę. 9 1

Petri Ca. 1

Apocalyp. 5

Ad Hebrę. 10

Cusa in sermonibus.

Lucas. 24

& ita intrare in gloriã ſuam? Ecce cõtinuo poſt mentionẽ paſſionis: ingreſſus eius in glo-
Lucas. 23 riam. Quod & conſonat verbo: quod dixerat latroni. Amen dico tibi: hodie mecum eris in
paradiſo. Mortuus eſt enim dominus IHESVS ſaluator mũdi/hora diei nona/iam die il-
lo parum habẽte/quod reſtaret ad finem; & tamen die illo/futurus erat in paradiſo. Quã-
tum refert eſſe in paradiſo: & inferorum ſuſtinere pœnas? quãtum in delicijs eſſe: & eſſe in
tormẽtis? Nũquid latro eſt in delicijs paradiſi: & ſimul filius dei torquetur? Et ſi Petrus in
imitatione mortis CHRISTI vtei ſignificatum eſt apud Ioannem/clarificaturus erat de-
um: quanto magis CHRISTVS dominus paſſione ſua clarificauit patrem ſuum, propter
Ad philip. 2 quod (inquit Paulus ad Philippenſes) deus exaltauit illum; & donauit illi nomẽ quod eſt
ſuper omne nomen. Et in alio loco, Videmus IHESVM propter paſſionem mortis: gloria
Hebrẽos. 2 & honore coronatũ. morte igitur/et glorioſa paſſione ſua: magnificauit et glorificauit pa-
trẽ ſuũ. & cõtra: a patre glorificatus eſt/et gloria & honore coronatus, neq; oportuit eũ vl
terius pro nobis in pœnis/patri fieri obedientem: vt et ſacer nobis aperuit Paulus cũ ait.
Ad Philip. 2 Humilians ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortem/ mortem autem crucis, dicit vſq;
ad mortẽ mortẽ autẽ crucis: ne quis credat vſq; mortẽ ſecũdã et ſecũdę mortis in inferno
perferendos dolores, Sed nõne diuinus et pluſquã diuinus ille CHRISTI ſpiritus/conti-
nuo emiſſus: receptus eſt in manus et protectionem ęterni patris? Quid enim manus niſi
Hebræos. 5 protectio et defenſio? Quid aliud facer ait Paulus/cum dicit: preces ſupplicationeſq; ad eũ
qui poſſet illum ſaluum facere a morte/cum clamore valido et lachrimis offerens/ exaudi-
tus eſt pro ſua reuerentia? Quæ ſupplicatio/quis clamor validus in morte eius niſi iſte: pa-
Lucas. 23 ter in manus tuas commendo ſpiritum meum? et vt diuinus teſtatur Lucas, Et clamans
(inquit) voce magna IHESVS: ait. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Nõ
igitur filij dei exauditi/pro omnibus immolati/ innocẽtis/innoxius ille ſpiritus ad pœnas/
emiſſus rapitur: ſed ad victoriam et inferorum conculcationem ac ſaluandorũ refrigerium
Pſalmus. 90 emittitur, ſicut ſcriptum eſt, Non accedet ad te malum: et flagellũ non appropinquabit ta-
bernaculo tuo. Super aſpidẽ et baſiliſcum ambulabis: et conculcabis leonem et draconem.
Quoniam in me ſperauit/liberabo eum: protegã eum/quoniã cognouit nomẽ meum. Cla-
mauit ad me/et ego exaudiã eum: cum ipſo ſum in tribulatione/eripiã eum/et glorificabo
eum. Quid illud tabernaculũ cui malũ non accedit/cui flagellũ non appropinquat: niſi dei-
fica illa ſuperbenedicti CHRISTI anima? Quid eſt protegã eũ: niſi nullas in locis pœnarũ
et tribulationũ ſentiet moleſtias? Quid eſt glorificabo eum: niſi erit in gloria? Quando me-
lius conculcauit leonẽ et draconem: q̃ quando confregit inferna/et illiſit maligni potẽtias?
Pſalmus. 3 Et alio in loco: propheta in perſona CHRISTI, Ego dormiui et ſoporatus ſum/et exurre-
xi: quia dominus ſuſcepit me. Nonne hic per ſoporem: dulcis/quieta/grata et ſine moleſtia
vlla/dormitio CHRISTI quę eſt poſt mortẽ deſcenſus eius ad inferos/manifeſte deſigna-
tur? Non igitur illi moleſtus et triſtis erat infernalis carcer: ſed membris eius quæ ſuo glo-
rioſo liberauit aduentu. Et deſcendens ad inferos obediuit patri/non pœnas ſuſtinens: ſed
pœnas ſoluens/et a pœnis detentos/valide atq; præpotenter eximens. Nichil enim ſuffra
gatur pro parte cuiuſq̃ male quidẽ ſentientis/ animã CHRISTI in inferno paſſam: illa Pe
Actus. 2 tri in actis ſententia/quem deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni/ iuxta quod impoſſibile
erat teneri illum ab eo, ſiue vt nunc ex græco habetur/quem deus reſuſcitauit/ſoluens do-
lores mortis: quoniam non erat poſſibile ipſum teneri ab ea. Et id ſolutis doloribus ſiue ſol
uens dolores: non refertur in CHRISTVM/tanq̃ intelligendũ ſit ſoluens dolores CHRI-
STI/ſed ad eos qui a morte et doloribus inferni detinebantur. Propterea ne id de CHRI-
STO domino intelligeretur: prouide ſubiũxit ſcriptura. Iuxta quod impoſſibile erat tene-
ri illum ab eo, nã ſi in pœnis mortis et inferni erat: tentus in eis erat, poſſibile igitur erat il-
lum teneri, at ſcriptura dicit impoſſibile illum teneri. aduerſatur igitur ſcripturæ: eũ in infer
no quicq̃ paſſũ eſſe, nõ igitur quicq̃ CHRISTVS dominus in inferno paſſus eſt/ neq; pati
potuit. Cui itelligẽtiæ celeberrimus eccleſię doctor Auguſtinus triceſimotertio capite duo-
Auguſtinꝰ. decimi libri ſuper Geneſim ad litterã religioſe hęret: dicens, CHRISTI quidẽ animã veniſ
ſe vſq; ad ea loca/ in quibus peccatores cruciantur/ vt eos ſolueret a tormentis quos eſſe
ſaluandos/occulta nobis/ſua iuſtitia iudicabat: non immerito creditur. Quomodo enim ali
ter accipiendũ ſit quod dictũ eſt quem deus ſuſcitauit a mortuis ſolutis doloribus inferorũ/
quia non poterat teneri ab eis/non video: niſi vt quorundam dolores apud inferos eũ ſol-
uiſſe accipiamus/ ea poteſtate qua dominus/ cui omne genu flectitur cœleſtiũ/ tereſtrium
et infernorũ, per quam poteſtatẽ/ etiam illis doloribus quos ſoluit: non potuit teneri, Hęc

pie et religioſe ſacerrimus Auguſtinus. Quam illibatam intelligentiam quiſquis aduerterit qui pio fuerit animo: nō veniet in eā ſuſpitionē moleſtiarū deificæ CHRISTI animæ apud inferos. ſed plane ſacris eloquijs conformiter intelliget eū/ quē adhuc mortalē maligni ſpiritus ferre non poterant/ a quo iam in mundo torquebantur dicentes (quod ſcriptum eſt)
quid nobis & tibi IHESV fili dei/ veniſti huc ante tēpus torquere nos: intelliget inquam eum iā immortalē factū/ non potuiſſe a victis/ & a morte quā deſtruxerat/ quicq; pati, mortem enī deſtruxerat: & diabolum iam in ligno vicerat. vt & ſancta canit eccleſia. Qui mortem noſtrā moriendo deſtruxit: & vitā reſurgendo reparauit. qui ſalutē humani generis in ligno conſtituit: vt vnde mors oriebatur/ inde vita reſurgeret. & qui in ligno vicerat: ī ligno quoq; vinceretur. Et non ſolū diabolū per mortē ſuę carnis vicit: ſed et eū ex Paulo ad Hebreos ſcribente/ deſtruxit. Quia ergo (inquit) pueri cōmunicauerunt carni: & ipſe ſimiliter eiſdem/ vt per mortem deſtrueret eum/ qui mortis habebat imperiū id eſt diabolum. Et nō ſolum vicit & deſtruxit: ſed & inferos ſpoliauit. Quod & idem ſacer apoſtolus atteſtatur: cum ſuper hoc myſterio inſtruit Coloſſenſes/ de CHRISTO dicens. Delens (inquit) quod aduerſum nos erat/ chirographū decreti/ quod erat cōtrarium nobis. & ipſum tulit de medio/ affigens illud cruci: & ſpolias principatus & poteſtates traduxit confidenter/ palā triumphans illos in ſeipſo. Ecce quomodo deſcendit ad inferos/ non vt pateretur: ſed vt victor triumpharet/ & victos ſpoliaret. & prædā de lacu mortis æternæ/ per pœnas quas ſuſtinuit in cruce non quas apud inferos ſenſit: eriperet ab hoſtibus victis/ & tyrannis mortis æternæ/ ſicut & per Zachariā prophetatū fuerat. Tu quoq; in ſanguine teſtamēti tui: emiſiſti vinctos tuos de lacu/ in quo non eſt aqua. conuertimini ad munitionem: vincti ſpei. Ad ipſos (inquit ſacer Hieronymus) qui vincti erant/ & CHRISTI miſericordia liberandi/ ſermo dirigitur: conuertimini ad munitionē vincti ſpei. id eſt qui nunc vincti eſtis/ & ab inimicis & terribili inferno tenemini/ qui ſolutionem vinculorum in CHRISTI ſperatis aduētu: cōuertimini ad munitionē. Hæc Hieronymus. Sed quæ hæc munitio: niſi victrix illa & glorioſa CHRISTI anima? Quod autē munitū eſt/ & nō ſolū munitū/ ſed & aduerſus aliorū mala munitio/ defenſio/ protectio: quomodo mala ſuſtineret? Abſit igitur vt carcer inferni fuerit victori CHRISTO funeſtus: qui venit non ſufferre/ ſed eius diſſoluere pœnas. qui venit non includi: ſed vectes eius diſrumpere/ & omnibus clauſis filijs ſpei lętitiam afferre ſempiternā/ & (tyranno mortis reluctari nō valente) ad ſuperos ereptā educere prędam. qui venit vincire tyrannū: non vinciri. vt de illo nunc per eū a faucibus inferni liberata fiducialiter canat eccleſia. Cōſurgens CHRISTVS tumulo: victor redit de barathro/ tyrannū trudens vinculo/ et reſerans paradiſum. ¶ Quis igitur ex his dubitat/ omnia adducta ex pſalmis 17. 30. 70. 87. 114. 141: non deſignare glorioſæ animæ CHRISTI vllā inflictam apud iferos pœnā/ ſed ſolum in hoc mundo? et ſi apud inferos: non CHRISTO in perſona/ ſed ſolum membris eius? Qualia ſunt.

Matthęus. 8
Eccleſia.
Ad Hebrę. 2
Coloſſēſes. 2
Zacharias 9
Hieronymus.
Hymnus eccleſiæ.

Pſalmus.

¶ Circundederunt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. 17
Dolores inferni circundederunt me: præoccupauerunt me laquei mortis.
¶ Miſerere mei dñe qm̄ tribulor: cōturbatus eſt in ira oculus meus/ anima mea/ & vēter meus. 30
¶ Quantas oſtendiſti michi tribulationes multas & malas: & conuerſus viuificaſti me/ & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me. 70
¶ Quia repleta eſt malis anima mea: & vita mea in inferno appropinquauit. 87
Eſtimatus ſū cū deſcēdētibus ī lacū: factus ſū ſicut homo ſine adiutorio/ īter mortuos liber.
Poſuerunt me in lacu in feriori/ intenebroſis & in vmbra mortis.
Super me confirmatus eſt furor tuus: & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.
In me tranſierunt iræ tuæ: & terrores tui conturbauerunt me.
Circundederunt me ſicut aqua tota die: circundederunt me ſimul.
¶ Circundederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me. 114
¶ Intende ad deprecationē meam: quia humiliatus ſum nimis. 141
Libera me a perſequentibus me: quia confortati ſunt ſuper me.
Educ de cuſtodia animā meam.

Et eandē intelligentiā quā ij verſus pſalmorū prætendūt: veritatē hebraicā annotationū diſputationi annexā/ & expoſitiones litteræ adiectas prętendere exiſtimandum eſt. Et hæc vniuerſa ſi de CHRISTO intelligantur: citra omnem beatiſſimę eius ſeparatę animę iniuriam/ intelligenda ſunt/ vt ſancti intellexere patres. Et pie quidem. nam ſi (vt ſcriptum eſt) iuſtorum animæ in manu dei ſunt/ & nō tanget illos tormentū mortis/ & hoc dicatur de ijs

Sapientiæ. 3

iustis qui non sunt per se & summe iusti: quanto magis non potuit tangere animã CHRISTI/solius per se & summe iusti/ex quo habet omnis iustus vt sit iustus/& vt ab illo tangi non possit mortis tormento/ quæ proculdubio inferorũ pœnę intelligũtur? Aliter credere: nefariũ & irreligiosum est. Ergo hæc intelligãtur de doloribus: quos in preciosissimo corpore suo ī hoc mũdo CHRISTVS pertulit, qui quia omnẽ omniũ mortaliũ excesserũt dolorẽ/ omnẽq; dolẽdi modũ (videte inquit: si est dolor sicut dolor meus) iuste doloribus inferni ad idipsum insinuandũ comparari possunt. qui enim dolorum maiores sunt ijs qui in hoc mundo naturaliter perferri possunt: nisi infernales? Ipse supra hominũ possibilitatẽ ac naturã in hoc mundo passus est: qui pro talibus pœnis satisfaciebat, et in hoc: quodam modo mortis secundæ dolores et terrores pro nobis passus est. Cœpit/inquit diuinus Marcus/pauere & tedere. Et Lucas, factus est sudor eius: sicut gutte sanguinis decurrentis in terram, & tam acerbus fuit ille dolor & supra hominẽ: vt miseratione patris/ tunc per benedictum filium suũ salutem nostram nimirũ miserorum & infœlicium operãtis/angelus ei de cœlo apparuerit cõfortans eum. Pro ijs igitur & pro ignominiosissima morte tantos dolores secuta vt Adam qui noxio fructus morsu secundã mortem incurrerat/& nos successores eius a doloribus illis & secũda morte liberaret: nos miseros reputare debemus/ & nimiũ infœlices pro quibus oportuit tot tantaq; innocentẽ CHRISTVM pati/ vt nos nocẽtes & mortuos viuificaret/nõ pro doloribus illis & pœnis quas apud inferos passus est quę nullę sũt/ nec fuerũt. Q; si contendis: de pœnis inferorum illa intelligi debere. De illis profecto solis pœnis & doloribus quos in membris suis apud inferos patiebatur/ quos & adueniens (vt iam quoq; dictum est) victoriosissime soluit/intelligerentur. CHRISTVM dominũ regem gloriæ ad inferos descendisse: veritas & fides est. Sed & non solum ad inferos descendisse: verum & in inferno orasse/& nichil dolorũ/illi inferorum tormenta attulisse/ Ionas figura est. Erat (inquit scriptura) Ionas in ventre piscis tribus diebus & tribus noctibus. Et orauit Ionas ad dominũ deũ suum de ventre piscis: et dixit. Clamaui de tribulatione mea ad dominum: & exaudiuit me. De vẽtre inferi clamaui: & exaudisti vocem meã. Et proiecisti me in profundum in corde maris: & flumen circũdedit me. Omnes gurgites & fluctus tui: super me transierunt. Et reliqua quæ Ionas prophetans orat & loquitur: non pro se sed pro alijs, vt CHRISTVS non pro se: sed pro alijs orabat. & non de se: sed de alijs/mẽbris suis scilicet dicebat. Quid cetus: nisi infernus? Quid gurgites/fluctus/& procellę super eũ trãseuntes: nisi inferorũ tormenta designant? Nichil tamen cetus / nichil gurgites/ fluctus & vndæ: Ionę nocuerunt. ita quoq; neq; CHRISTO infernus/infernive cruciatus: qui solus erat inter mortuos liber/& subinde ij/quos voluit sua potestate liberare. Et verum est modũ patiendi apud inferos nos æque latere/vt beatorum delectandi modum: quem tamen patiendi apud inferos incognitum modum/CHRISTO domino regi & liberatori nostro accidisse negamus. Et hæc etiam nouissima eius deifici oris verba/cõsummatũ est: de consummatis eius doloribus intelligi posse/nequaq; inficias ire volumus, nã illa voluntaria in manus patris/spiritus emissio quæ supererat/& cætera quæ mortẽ secuta sunt: nõ dolorosa/immo glorioſa fuere. glorioſa enim inferorũ spoliatio/resurrectio/ glorioſa immortalitatis ex resurrectione ostẽsio/glorioſa ascensio/& sessio in dextris paternæ maiestatis & gloriæ. Neq; te moueat/ q; in differendo pro parte altera/quam suspicatus tunc sum fuisse Cusę: additum est. Fuisse qui cõtumeliã crucis de deifico CHRISTI corpore negauerunt: quasi rem indignã CHRISTO deoq; & dei verbo. & æque illis forte timendũ ne post suos sensus ambulent/qui CHRISTO domino ad inferos descẽdenti: terrores/cruciatus/gemitus et pœnas tenebrosi lacus aspectanti/omnes animi molestias tollunt. Timendũ sane est/ & summopere timendũ: negare crucis contumeliã. Sed nequaq; eque timendũ est: omnes ab anima CHRISTI inferorum loca lustrante/tollere molestias. nam primũ: fides est/quam sancti ōnes asserũt. Secundũ vero/CHRISTI glorioſã animã apud iferos passam: neq; fides est/neq; sancti id ipsũ/quinimmo oppositũ asserũt. Primũ itaq; negare: esset fidẽ negare, sed secundũ: nequaq;. quare non æque/imo nullo modo negare formidandũ. Q; CHRISTVS pœnas inferorũ etiã terrificas viderit: negare nolueri. sed nõ ipsi terrificas: verũ eis qui ab ipsis detineri poterant. ipse vero detineri non poterat: immo detentos soluebat sperantes in deũ/& in gaudio illuminabat tenebris illis exterioribus & horrendis inuolutos/ sicut scriptum est. Penetrabo inferiores partes terræ/& inspiciam omnes dormientes: & illuminabo omnes sperantes in domino. Non ergo tenebras patiens sed illuminans sanctus sanctorum CHRISTVS IHESVS introiuit inferos. Et quid miratis si tormenta aspectãs

Threni. 1

Marcus. 14

Lucas. 22

Ionas. 2

Ecclesiasti. 24

nichil patiebatur: quandoquidē & Abraham/ & Lazarus videntes diuitis cruciatus/ gemitus/ eiulatus/ siccitates/ ardores/ & terrificum pœnarū eius locum: nō cruciabantur/ nō molestiā sentiebant animarū? Diuiti enim apud inferos roganti Abrahā & dicenti/ pater Abrahā miserere mei/ & mitte Lazarū vt intinguat extremum digiti sui in aquam/ & refrigeret linguam meam/ quia crucior in hac flamma: respondit Abraham/ fili recordare quia recepisti bona in vita tua/ & Lazarus similiter mala. nunc autē hic consolatur: tu vero cruciaris. Ecce quomodo iusti videntes cruciatus non cruciantur: neq; etiam si in illis locis tormētorum sint/ patiantur. Mitte (inquit) Lazarum vt refrigeret linguā meam: intelligens etiam/ Lazarū missum/ tormenta illa pati non posse. Quis igitur nisi scripturarū nescius: dicet ob id q; CHRISTVS dominus ea videret/ & etiam in locis illis esset/ eum quicq; passum? Nō igitur dicenti CHRISTVM secundū animam nichil apud inferos fuisse passum/ quod verum est: timendū erit/ ne CHRISTVS dominus ea sentētia eū qua et Petrū/ feriat dicēs. Vade post me sathana/ scandalū es michi: quia nō sapis ea quę dei sunt/ sed quę hominū. Petro certe fuerat timēdū: nobis autē asserētibus CHRISTVM nichil apud inferos passū/ nō timēdū. Nā dominus ostēderat discipulis suis (vt ait Matthęus) q; oporteret eū ire Hierosolymā et multa pati a senioribus/ & scribis/ et pricipibus sacerdotū/ & occidi: et tertia die resurgere. Cui sententiæ non solum contradicebat Petrus: immo & increpabat eū dicens. Absit a te domine: non erit tibi hoc. Non dixit hic aut alibi vsq; se quicq; passurū apud inferos: sed solū multa in hoc mūdo/ quę morte cōcludūtur. Q; si dixisset & quisq; nūc cōtradicere auderet: similiter profecto vt Petrus esset feriēdus. Nō dixit autē: sed oppositū credēdū esse iā ostēsum est. Quare asserens nichil dominum apud inferos passum: eadem feriri sententia timere non debet/ sed is qui assereret oppositum. Nam asserere CHRISTVM apud inferos passum: est euacuare crucis virtutē/ & iminuere glorioſū CHRISTI triūphū. qui est iuxta apostolum omnia in seipso pacificans per sanguinem crucis suę. Nonne in figura eius Moyses i virga de Aegyptijs triūphauit/ & vicit Pharaonē: mare rupit/ et populum eduxit? Moyses ipse in figura: CHRISTVS. Virga Moysi: crux CHRISTI. Pharao: tyrannus inferni. Mare ruptum: infernus. Populus eductus/ animæ e captiuitate inferni liberatæ. Dicamus igitur id quod symboli expositio ad Laurentium pontificem continet: q; crux illa triumphus CHRISTI erat, triumphi enim insigne tropheum est: deuicti hostis indicium est. Et subiungitur. Mors enim ab eo mortem spoliatura susc̄ipitur. nam sacramentum illud susceptæ carnis quod supra exposuimus: hanc habet causam. diuina filij dei virtus/ velut hamus quidam/ habitu humanæ carnis obtectus/ & (sicut apostolus Paulus inquit) habitu inuētus vt homo: vt principem mundi inuitare posset ad agonē. cui cum ipse carnem suam velut escam traderet: hamo diuinitatis intrisecus teneretur inserto. Et profusione immaculati sanguinis (solus enim est: qui peccati maculam nescit) hominum peccata deleret/ eorum duntaxat/ qui sanguine eius postes fidei suæ signassent. sicut ergo hamum esca contectum si piscis rapiat/ non modo escam ab hamo non remouet/ sed ipse de profundo esca futurus educitur: ita & is qui habebat mortis imperiū rapuit quidem/ in morte corpus CHRISTI/ non sentiens in eo hamum diuinitatis inclusum/ sed vbi deuorauit/ hæsit ipse continuo/ & diruptis inferni claustris velut de profundo extractus trahitur. Hæc: symboli expositio. Quod humanū testimoniū etiam cū diuinis hic apponere voluimus: ne cum diuina nobis suppetāt plurima/ viderētur nobis humana deesse testimonia. Et principem mortis ad CHRISTVM vitæ dominū venisse: ipse dominus testatur. Venit (inquit) ad me princeps mundi huius: & in me non habet quicq;. Enimuero neq; in eo aliquid iuris/ aliquidve habuit potestatis. sed contra: ipse in tyrannū mundi/ ōne ius spoliandi habuit & victoris potestatem/ sicut per Osee scriptum est. De manu mortis liberabo eos: de morte redimam eos. Ero mors tua O mors: morsus tuus ero inferne. tunc enim tyrānus mortis iuste ius detinendi perdidit: cum temerarius/ flagitiosus & audax/ ad dīm suū venit ex certamine crucis victorem/ vt detineret indetentibilē/ & vt ipse qui angelus erat refuga/ perditusq; seruus næquā/ dīm suum/ dominū totius maiestatis & glorię captiuaret. Non igitur tu deuotissime pater/ nec quisq; alius tam leuiter suspicetur me voluisse dominum nostrum inferorum spoliatorem/ fractorem/ destructorem/ quicq; apud inferos passum/ ex his verbis/ differēdo pro parte altera adductis/ scilicet si ita est q; CHRISTVS dominus non solum temporalem mortem sed & mortis secundæ quā noxio fructus morsu primus parēs incurrerat/ dolores & terrores sustinere voluerit/ vt nos a doloribus illis & terrifico illo sensu liberaret: hic conditio sola apponitur/ nichil asseritur. Verū est tamē

Lucas. 16

Matthæus. 16

Colossēses. 1

Exodus. 14

Expositio symboli.

Ioannes. 14

Osee. 13

dominum glorię non ſolum pro nobis paſſum cõmunem mortem temporalẽ/ ſed mortem excedẽtẽ omnem mortem/ & omnem temporalem paſſionẽ/& quodãmodo mortis ſecũdę (vt ſic dixerim)& iferorum dolores complicantem. ſed hęc omnia a tempore nouiſſimę cę næ: vſq; ad trãſitum ſuum/ & completum/ verũq; phaſe. Et vt Adam primus parens in arbore ſecundam mortem incurrerat: ita in arbore pro ſecunda morte ſatiſfactum eſt. vbi ipſe qui ſolus dñs & liber erat: ſe pro ſeruo ſecreta diſpenſatione captiuum exhibuit/ ſed in hoc mundo captiuum, vt qui iuſte teneri non potuit: eum liberaret qui iuſte in clauſtris iferi detinebatur. Adã: in arbore/ deo vſq; ad contẽptũ mortis inobediẽs. CHRISTVS: in arbore/ deo vſq; ad ſuppliciũ mortis obediens. Obediẽtia autẽ illa CHRISTI: Adę & vniuerſę poſteritatis in immenſum ſuperauit cõtemptũ/ vt infinita lux pauxillulũ tenebrarum, neq; enĩ omnes homines poſſunt tantũ peccare: quantũ CHRISTVS obedire, neq; omnes tantum demereri: quantum CHRISTVS vnicus mereri. Cũ adijcitur inter diſſerendum pro parte alia / quæ dicta ſint non quia iſta ex me aſſererc velim / ſed vt alij prophetarum ſenſa profundius exquirant/ aut potius a deo (quod ſatius eſt) eorum intelligentiam poſtulent: re vera illa aſſerere nolebam/ ſed duntaxat diſſerere. Deterrere tamen volebam reſpondentes: ne quis humana pręſumptione/& nimia ſui ſenſus audacia/ ſtatim allatas prophetias/ allataſq; ſcripturas torquere auderet vel in hanc vel in aliã proſenſu humano ſententiam. Neq; ab re quidem deterrebam, nam Petrus apoſtolorum ver
2 Petri Ca. 1 • tex/ teſtatur: q; omnis prophetia ſcripturę/ propria interpretatione non fit, non enim volũ
• tate humana allata eſt aliquando prophetia: ſed ſpiritu ſancto inſpirati/ locuti ſunt ſancti
• dei homines. Ab ijs igitur qui ſpiritu ſancto inſpirati fuerunt: in ijs quæ prophetiarũ intelligentiam requirunt/ ſenſus requirẽdus eſt/& hoc eſt a deo requirere. ad quod hortabamur eos: qui de hac queſtione fuiſſent amplius in charitate & modeſtia inquiſituri/ non in contentione & altercatione. quales ſũt nõnulli qui clamoribus iportunis & multitudine ferme populari/ ſed longe nocentiore/ malunt pro vincendi cupiditate/ problema aliquod etiam infame defendere/ q̃ relicta defendendi pertinacia/ ad dei qui ſumma veritas eſt/ reuerentiam/ veritati cedere. Abſit enim vt de talibus: qualis præſens materia eſt/ infame ventiletur problema. & hoc ille: hoc iſte defendat. Abſit vt quiſpiam cathedram conſcendens: talibus aures populi perturbet, dicenda ſunt illic/ quę ędificent/ & quæ paſcant: non quæ conturbent & euertant/ non quæ eneruent & famelicos deſtituant. licet doctis/ in libris legere: quæ nõ licet populo prædicare/ ne forte dũ velint quidã nimiũ ſcioli videri/ deo ſint odibiles/ et populo noxij/ mũdoq; deteſtabiles. Sed quia nõ occurrit nobis vt optabã/ qui in charitate & modeſtia hãc latius queſtionẽ ſuſceperit diſcutiendã: ne occaſione primę diſputationis pſalmo xxx appoſitæ aliqui laberentur in errorem/& proteruiã/& verboſam cõtentionem magiſq; ædificatoriam & vtilem/ ad id cõfugimus/ vt a deo per prophetas ſuos expeteremus intelligentiam. quã ad te religioſiſſime pater deſcribere cœpimus. Nã ij omnes qui ſupra adducti ſunt: intelligentiam aperiunt dominum IHESVM nichil apud inferos paſſum/ & non in pœnis quas apud inferos/ ſed quas in hoc mundo duntaxat paſſus
Eſaias. 53 • eſt/ redemiſſe mũdum. Et multa alia adduci poſſent ſacra teſtimonia: vt id Eſaię. Vidimus
• eum & non erat aſpectus: & deſyderauimus eum deſpectum/ & nouiſſimum virorũ/ virũ
• dolorum/ et ſcientem infirmitatẽ. Vere languores noſtros ipſe tulit: & dolores noſtros ipſe
• portauit. Ipſe vulneratus eſt propter iiquitates noſtras: attritus eſt propter ſcelera noſtra.
• Et liuore eius ſanati ſumus. Et iterũ. dabit impios pro ſepultura: & diuites pro morte ſua.
• Et quo modo impios daret pro ſepultura/ & diuites pro morte ſua: aperit in Oſee dicens.
Oſee. 5 • Ego capiam & vadam: tollam/& non eſt qui eruat. vadens: reuertar ad locum meum. Ec
• ce accipit: anteq̃ vadat. vadit & tollit/ infernaq; ſpoliat. & nõ eſt poteſtas: quæ poſſit ei reſiſtere. Victor redit ad ſuos/ propriumq; corpus reſumit/ glorioſa fulgens immortalitate: & tandem in cœlos regreditur/ vnde & ipſe venerat. Et hæc nunc ex Eſaia & Oſee/& quæ ſupra adducta ſunt ſacra teſtimonia: ſatis & ſuperq̃ ſatis confirmare videtur/ huius ſacramẽti pietatem/ michil dominũ noſtrũ regẽ gloriæ ſecũdũ ſe apud inferos eſſe paſſũ. Eleuami-
Pſalmus. 23 • ni (inquit id myſterium in ſpiritu videns propheta) portæ ęternales: & introibit rex gloriæ.
• Eleuatę ei profecto fuerunt æternales portę inferorũ: in quas introiens deſcẽdit dominus fortis & potens/ dominus potens in prælio. vicerat enim in prælio crucis: inferorum tyrannum. Et eleuatæ fuerunt eidẽ æternales portę cœlorum: in quas introiẽs/ aſcendit rex virtutum. quia ipſe dominus virtutum: eſt rex gloriæ. immo vtraſq;/ & has & illas introiuit: dominus fortis & potẽs/ dñs potẽs in pręlio/ qui & idẽ eſt rex totius glorię. En apud prophe-

tam/geminæ portę:portæ inferorum/& portę cœlorũ sunt nominatæ/quas vtrasq; gloriosę rex gloriæ ingressus est. ¶Ergo deuote pater ad hanc intelligentiã trahe tam psalmos supradictos 17/30/70/87/114/141/q̃ circa eos expositionẽ adiectã. Quorũ versus in prima disputatione adductos & eorum expositionẽ:ne quis forte errare possit/succincte resumã. ¶Psalmi 17/quintus versus.Circũdederũt me dolores mortis:& torrentes iniquitatis cõturbauerunt me.Expositio adiecta.Omni ex parte occupauerunt me angustię passionis: & sarcinę peccatorũ hominũ/michi impositę/inũdationes transgressionũ generis humani conterruerunt me.Id:nõ nisi pie intelligi potest.Id enĩ est qđ ait Esaias propheta. Oẽs nos quasi oues errauimus/vnusquisq; in viã suam declinauit:& posuit dominus in eo iiquitatẽ omniũ nostrũ.Sextus subsequens versus.Dolores inferni circũdederunt me:pręoccupauerunt me laquei mortis.Expositio adiecta.Cruciatus gehennę obsederunt me: anticipauerunt me retinacula interitus. De doloribus a nouissima cęna/vsq; ad transitũ eius de hoc mũdo:hæc intelligũtur.qui:dolores inferni seu cruciatus gehẽnę duplici ratione dici posse intelligantur.& q̃ maiores essent pœnis & doloribus mundi(non est(inquit) dolor similis: sicut dolor meus) & q̃ pro doloribus & cruciatibus gehennę satisfacerent. Et adiunctũ est pręoccupauerunt me laquei mortis:quia eos dolores ante descensum suum ad inferos ipse innocens agnus/vitę largitor/mortisq; destructor/pro nobis omni nostra appræhensione maiores/& maiori & plusq̃ enarrari a nobis possit pietate/sustinere dignatus est. ¶Psalmi 30/versus 11. Miserere mei domine quoniã tribulor:cõturbatus est in ira oculus meus/anima mea/& venter meus. Expositio adiecta. Pater misericors/pater propicie compatere michi/quoniã premor videns vltiones tuas apud inferos:cõmotus est in visione vindictę illius/mentis meæ aspectus/spiritus meus in spectaculo illo conturbatus est/& tota virium mearũ capacitas. Hęc (ne plus ęquo fauere videãtur destructæ iã quæstioni) de doloribus passionis sane intellecta:nichil continere videbuntur impietatis.CHRISTVS enim dominus tẽpore passionis suę vidẽs oculo spiritus quo oĩa videt/& quo õnia videbat omniũ hominũ pręteritorũ/pręsentiũ/& futurorũ debitas ob peccatũ/in hoc mũdo/& apud inferos pœnas/pro quibus satisfacturus erat/vidẽs & pœnas quas & pro ijs susceptur us erat) exoluens quę non rapuerat/in illo (inquã)/spectaculo conturbatus est ille infirmitatis nostræ assumptę/mẽtis oculus/spiritus eius & tota virtũ eius capacitas. Qđ & psalmi 70 id prætẽdere videtur. Quãtas ostẽdisti michi tribulationes multas & malas: & conuersus viuificasti me. Tanta enĩ fuit illa/nobis quidẽ salutifera & pro nobis satisfactoria pœnarũ apprẽhẽsio/tanta in ipso accessu & primordio agonia: vt sudor/sanguineę guttę e supersacro corpore/copiosissime defluerent. Tunc paterna miseratione: accessit angelus de cœlo confortãs eũ qui est omniũ gloria angelorum/robur/& fortitudo. O gloria sublimis:in hoc mũdo depressa. O robur excelsum: in humilitate nostra debile. O fortitudo cuncta vincens: quæ in hoc mundo tanta patitur/tanta sustinet in nostra infirmitate. Non enĩ hæc saluator sæculorũ apud inferos passus est:sed in assũpta nostra natura/quantũ supra cõmunes mortaliũ vires ferre potuit/ad hoc certamẽ ordinatus gigas geminę substãtię. Qua passione finita quã fecit dñs(propter scelus inquit/populi mei:percussi eũ)liber factus est/et superior õni malo. Ideo id pręostendit in eodẽ psalmo dicẽs.Nec cõclusisti me in manibus inimici: statuisti i loco spacioso pedes meos. Verũ & mẽbra quędã corporis CHRISTI:cruciatus & pœnas apud iferos passa sũt/patiunt̃/& sũt passura.de quibus si CHRISTVS dñs ea quę corporis sunt sua faciens/orat ne aut patiãtur aut patiẽtia liberẽtur: hęc intelligẽtia vt existimo sanctorũ etiã iudicio/nichil continet impiũ. ¶Psalmi 70/versus 22. Quantas ostendisti michi tribulationes multas & malas:& cõuersus viuificasti me/& de abyssis terræ iterum reduxisti me. Expositio adiecta. O pater benignissime quot & quantos cruciatus & tormenta numerosa & terrifica patefecisti michi:& tu misericordissime pater/iusta satisfactiõe placatus/de profunda voragine inferni suscitãs/rursus in vitã reuocasti me. Verũ est CHRISTVM dominũ qui in peccatis nostris captus est:in tempore suę pro nobis miseris omnisalutiferę & õnisatisfactoriæ passionis(vt dictũ iã est)vidisse tribulationes multas & malas/cruciatus & tormenta terrifica quę passurus erat/& pro quibus passurus erat. & tunc illi molesta illa fuerunt/& dolorem qui dici non potest afferentia: vt in persona eius diceret propheta. Circũdederũt me dolores mortis:& pericula inferni inuenerũt me. Et post passionẽ etiã apud iferos/sed iã ab omni pœna liber/at pœnarũ liberator:vidit tribulationes multas et malas/dãnatorũq; õniũ iexcogitabiles pœnas. ¶Psalmi 87/tertius versus. Quia repleta est malis anima mea:& vita mea inferno appropinquauit. Expositio adiecta. inclina aurẽ tuã pre-

Psalmus. 17 Versus. 5 Esaias. 53 Versus. 6 Threni. 1 Psalmus. 30 Versus. 11 Esaias. 53 Psalmus. 70 Versus. 22 Threni. 4 Psalmus. 87 Versus. 3

ã meæ pater miſericordiſſime: quia pœnis & doloribus impletus eſt ſpiritus meus/ & anima mea vicina facta eſt carceri mortuorũ. Infernũ eſſe carcerẽ mortuorũ: nullus it inficias. ad quẽ continuo poſt paſſionẽ deſcendit: omniũ rex/ & ſaluator animarũ. Sed quando ſpiritus eius impletus eſt doloribus/ & anima vicina facta eſt inferno & carceri mortuorũ? Nõne quando ipſe: in glorioſa paſſione ſua ſaturatus eſt opprobrijs? ſicut in Hieremia ſcriptũ eſt. Dabit percutienti ſe maxillã: ſaturabitur opprobrijs. Quartus verſus. Aeſtimatus ſũ cũ deſcendentibus in lacũ: factus ſum ſicut homo ſine adiutorio/ inter mortuos liber. Expoſitio adiecta. Non aliter me reputarunt q̃ vnũ de ruentibus in interitus abyſſum/ aſſimilatus ſum viro õni auxilio deſtituto/ ſolus inter mortuos criminis inſons. Erat certe criminis inſons inter mortuos: qui deſcenderat ſoluere fontes. erat criminis inſons: qui peccatũ nõ fecit/ nec inuentus eſt dolus in ore eius. Et non ſolũ inter mortuos criminis inſons & a crimine liber: ſed & ab õni pœna/ õniq; mortuorũ dolore liber/ ſicut de eo i Eſaia ſcriptũ eſt. Cũ ãbulaueris in igne non cõbureris/ & flãma non ardebit in te: quia ego ſum dominus deus tuus/ ſãctus Iſrael/ ſaluator tuus. Et ſequitur. Dabo homines pro te: & populos pro anima tua. noli timere: quia ego tecũ ſum. Liber enim illic erat õni libertate: & ideo inferorũ dominus. de quo/ hũc locũ exponẽs ſacer Hieronymus. Inter mortuos liber. quia nemo me in inferno vinxit: ſed ego vinctorum catenas propria virtute laxaui. Verũ non ita exiſtimabant pontifices/ ſcribę & phariſęi: ſed ipſũ a deo derelictũ/ & ad penas (vt cęteros) deſcẽſurum. ideo præmiſſum eſt. Aeſtimatus ſum cũ deſcendẽtibus in lacũ. Et in 30 pſalmo. Factus ſum tanq̃ vas perditũ: quoniã audiui vituperationẽ multorũ cõmorantiũ in circuitu. Et in pſalmo 70. Qui cuſtodiebant animã meam/ conſiliũ fecerunt in vnũ/ dicentes deus dereliquit eum/ perſequimini/ & cõpræhendite eũ: quia non eſt qui eripiat. Sextus verſus. poſuerunt me i lacu inferiori: i tenebroſis/ & in vmbra mortis. Expoſitio adiecta. Collocauerũt me in ergaſtulo mortis/ in tenebris exterioribus & in opacitate inferni. Magnitudo peccatorũ nõ ſuorum ſed noſtrorum/ miſerorum mortalium/ pro quibus in omnidolorifica paſſione ſatisfaciebat dominus: tanta erat vt ipſe qui pro illis ſatisfaciebat/ in carcere mortis eſſe videretur/ in tenebrarum exteriorũ pœnis/ & in opacitate mortis. Sic enim eum dominus voluit conterere in infirmitate: vt ait Eſaias. At ipſe deſcendens in inferiores partes terræ peracta mortis ſuæ paſſione: non deſcendit paſſurus/ ſed ſpolia pro victoria mortis ſuæ direpturus. ſicut idem: continuo aperit Eſaias/ dicens. Iniquitates eorũ: ipſe portabit. ideo diſpartiam ei plurimos: & fortiũ diuidet ſpolia/ pro eo q̃ tradidit in morte animã ſuam. Ecce pro morte & doloribus mortis eius: inferorum ſpolia/ non inferorum vllæ pœnæ. Et quãq̃ ipſe ſpolia direpturus inferorũ clauſtra ſubiuit: id tamen/ poſuerũt me in lacu inferiori/ in tenebroſis & in vmbra mortis/ ſi intelligeretur ipſe in prophęta pro mẽbris & corpore loquẽs/ etiam verum eſſet eum in membris ſuis & in corpore ſuo apud inferos paſſum. veruntamẽ ipſe deſcendit/ ſoluturus illos membrorum ſuorum dolores. quibus ſolutis/ ipſe ea ſecum glorioſus victor ad ſuperna regna reduxit. Septimus verſus. Super me confirmatus eſt furor tuus: & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me. Expoſitio adiecta. Aggrauatum eſt ſuper me flagellum tuum: & vniuerſæ afflictionum tuarum procellæ illiſerunt me. In perſona CHRISTI in viuifica paſſione eius: id adimpletum eſt. In corpore autem & membris eius/ pro diuina iuſtitia apud inferos etiam eſſe adimpletum: non eſt inſuper negandum. Sed quod in perſona/ non in mẽbris/ in hoc mũdo/ in ara crucis/ in ligno pro peccato ligni Adę ſatiſſactorio/ paſſus eſt: ſolum vitale omnibus/ & pro omnibus meritoriũ & ſaluificũ. Cum tamen ipſe qui in ſe omnia paſſus eſt in obedientia patris/ ſe in membris ſuis quæ tanto proſequitur amore/ & quę tantis pœnis tantiſq; doloribus emit/ pati teſtatur: ad nos diuini patris flectit miſerationem. vt quos iuſtitiæ pœna iuſte affligit: miſericordia non nobis/ ſed filio dei debita/ miſericorditer abſoluat. De perſona igitur CHRISTI hæc pie intellecta: ineffabile CHRISTI meritũ/ & pro omnibus ſatiſfactionem nobis oſtendunt. & eadem ab eo pro membris enunciata: clementiſſimi patris inſinuant inflexã miſerationẽ. Nonus verſus. Traditus ſum & non egrediebar: oculi mei languerunt præ inopia. Expoſitio adiecta. Triduo in ſepulchro clauſus ſum/ & non prodibam foras: ſenſus animæ meæ debilitati ſunt præ moleſtia. Non poſt ſepulchri clauſionem languerunt ſenſus eius: ſed quando viuificum crucis implebatur myſteriũ. de quo pſalmo viceſimoprimo dicitur. Sicut aqua effuſus ſum: & diſperſa ſunt omnia oſſa mea. Factum eſt cor meum tanquã cæra liqueſcens: in medio ventris mei. Aruit tanquam teſta virtus mea: & lingua mea adhæſit faucibus meis/ & in puluerem mortis deduxiſti me. Tunc enim oculi eius lan-

Threni. 3
Verſus. 4
Eſaias. 43
Hieronymus.
Verſus. 6
Eſaias. 53
Verſus. 7
Verſus. 9

guerunt præ inopia: tunc ſenſus animę eius debilitati ſunt moleſtia. ſed et apoſtoli eius
» prę mœſtitia tabuerant/ præ terrore & horrore fugerant. Conſyderabam (inquit) ad de-
» xteram & videbam: & non erat qui cognoſceret me. Et alibi. Et ſuſtinui qui ſimul con-
» triſtaretur/ & non fuit: & qui conſolaretur/ & non inueni. Et dederunt in eſcam meam fel:
» & in ſiti mea potauerunt me aceto. At vero vbi corpus ſepulchro mandatum eſt: regem
viderunt cum decore/omnes animæ futurę beatę/ quę in inferno exiſtentes/ ſpem libera-
» tionis ſuæ in aduentu eius poſuerant/ ſicut in Eſaia apud ſeptuaginta ſcriptum eſt. Qui Eſaias.
» ambulat (inquit) in iuſtitia: & loquitur viam rectã. & odit impietatem & iniquitatem: & ma 33
» nus excutit a muneribus. & obturat aures vt non audiat iudiciũ ſanguinis: & claudit ocu-
» los ne videant iniuſtitiam. iſte habitabit in ſpelũca petrę fortiſſimæ. Hęc de ſepultura. Et illi
» co ſubiungit. Regem cum gloria videbunt oculi veſtri: videbunt terrã de longe. Ex inferni
enim profunda voragine & voraginis profunditate ad ſuperos remeantes cũ glorioſo re-
ge ſuo: introierunt in ſanctam ciuitatẽ & apparuerũt multis. Quam ſententiam & diuinus
» Paulus ad Hebræos habet: cum ait. videmus IHESVM propter paſſionem mortis: gloria Hebræos.
» & honore coronatum. Quartuſdecimus verſus. Et ego ad te domine clamaui: & mane ora 2
» tio me pręueniet te. Hęc CHRISTVS dominus ſuo corpori orat: & quę membrorum eius Verſus.
» ſunt/ipſe ſua facit. Septimuſdecimus & ſeptimuſoctauus/& vltimus verſus. In me tranſie- 14
» runt iræ tuæ: & terrores tui conturbauerunt me. Circundederunt me ſicut aqua tota die: cir Verſus.
» cundederunt me ſimul. Elongaſti a me amicum & proximum: & notos meos a miſeria. 17
Hi verſus/& ad latus expoſitio adiecta/ intelliguntur de angoribus acerbiſſimę paſſionis: 18
vt ſatiſfactionem pro generis humani reatibus/ ſacre aperiunt. Et intelliguntur pro corpo 19
re eius in inferorum miſerijs detento: vt diuinarum miſericordiarum flexionem clementiſ
ſima in nos CHRISTI pietate/ prętendunt. vt hęc: ex ſuperioribus facile intelliguntur.
» ¶Pſalmi 114: tertius verſus. Circundederunt me dolores mortis: & pericula inferni inue- Pſalmus.
» nerunt me. Expoſitio adiecta. obſederunt me anguſtię paſſionis: clauſtra abyſſi terroribus 114.
» plena/ ſuſceperunt me. Terroribus quidẽ alijs plena: ſed non CHRISTO. Si ambulauero Verſus.
» (inquit) in medio vmbrę mortis non timebo mala: quoniam tu mecum es. Non enim vi- 3
ctori: ſpoliati tyranni carceres ſunt terrori/ ſed in hocipſo q; ſoluit miſeros/ lętitię potius et
iocunditati. ſpoliatus autem eſt inferni tyrannus: & carceres eius euacuati.
» ¶Pſalmi 141 Octauus/ nonus/ & decimus verſus. Intende ad deprecationem meam: quia Pſalmus.
» humiliatus ſum nimis. Libera me a perſequentibus me: quia cõfortati ſũt ſuper me. Educ 141
» de cuſtodia animam meam: ad confitendum nomini tuo. Hęc cum adiectis expoſitioni- Verſus.
bus: de liberatione CHRISTI a pœnis paſſionis/ & de eductione glorioſę animę eius e cõ 8
foſſo/ confracto & omnidoloroſo pro nobis corpore eius/ ſiue de eductione cũ proprię ani- 9
mę tum membrorum eius ex clauſtris inferni poſtulatio intelligenda eſt. non q; propria 10
virtute CHRISTVS dominus cũ voluit animã non poſuerit/ nõ & q; cũ voluit/ non reſũ-
» pſerit (poteſtatem inquit habeo ponendi eam: & poteſtatẽ habeo iterum ſumendi eam) ſed Ioannes.
honorẽ ſemper defert patri/ a quo ipſe habet omnia. Cui cum ipſo omnilargitore patre/ et 10
vtriuſq; ſuperbono ſpiritu: ſit honor & gloria in ſempiterna ſęculorum ſęcula. Amen.
¶Hęc eſt religioſiſſime pater pia intelligentia: quam de queſtione illa ſentio/ quam vene-
ror/ quam prędico/ quã tota animi ſyncęritate amplector. volẽs ſanctę CHRISTI eccleſię
omniũ vere fideliũ matris incontaminatę/ veſtigijs ſemper inniti/ ſemper ſubmitti/ ſemper
obedire/ & ſanctis eius ſemper acquieſcere iudicijs. Quam quidem intelligẽtiam decreui
curare pręmitti pẽtaplo noſtro pſalterio qđ ex prima emiſſione habes: ſi iterum mãdabitur
calchographis excudendũ. ne quis in illã ſuſpitionẽ/ victorioſiſſimã glorioſiſſimãq; CHRI
STI redẽptoris animã aliquid pœnarũ apud inferos fuiſſe paſſã/ vllatenus veniat: et occa
ſione illius diſputationis pſalmi 30 plus ęquo illi parti faueat/ cui minime fauendũ eſt. & cui
multa cõmendatione/ multoq; prefationis honore dignus Cardinalis Cuſanus/ meo quidẽ
iudicio: nequaquam fauit. & ſi fauit: non pertinaciter fauit. At melius eſt non fauiſſe: et id
quidem nos oſtendere. Et hic dicendi finem iure facere poteramus: niſi ęquius duceremus
id prius oſtẽdẽdum/ Cardinalem Cuſanũ huic parti ſcilicet glorioſam CHRISTI animam
aliquid pœnarum apud inferos paſſam fuiſſe/ nõ fauiſſe: et apoſtolicum virum a ſuſpitione PVR-
tãti erroris eſſe purgãdũ ¶Sed inquies/ quomodo id efficies? ¶Certe ex pijs eius aſſertio- GA
nibus in q̃plurimis librorum ſuorum locis: ex quibus ingens creſceret aceruus/ ſi illas paulo TIO
accuratius exquirere vellemus. Sed nunc ex duobus locis: teſtimonia adduxiſſe ſufficiat. Cuſæ Car-
In tertio enim doctę ignorantię libro capite ſexto/ de myſterio mortis IHESV loquens: dinalis.

Cusa. sic inquit. Voluntaria & innocentissima/ turpissima atq; crudelissima hominis CHRISTI/ crucis mors: omnium carnalium desyderiorum humanæ naturæ extinctio/ satisfactio/ atq; purgatio fuit. Quicquid humaniter contra charitatem proximi fieri potest: in plenitudine charitatis CHRISTI qua seipsum morti etiã dedit pro inimicis/abundanter extat adimpletum. Hæc Cusa. Ecce quomodo testatur passionem CHRISTI secundum carnem/esse adimplẽtionẽ & satisfactionem pro omniũ hominũ excessibus. Et in secundo libro Cribrationis Alchoran cap. 16/de mysterio natiuitatis & mortis CHRISTI: sic rursus inquit. Metuit enim consũmata mors innocentissimi vnigeniti filij dei/ quam in humana natura passus est/redemptionem omnium captiuorum per sathan mortis authorem. In qua CHRISTI morte quisq; eidẽ incorporatus: mortuus est/ & vitã meruit. Hæc ipse. Sed & nõne ex verbis et cõfessione eius: aperte vides ĩ consũmata morte CHRISTI quam in humana natura passus est/omnium captiuorum per sathan mortis authorem/redemptionẽ esse factã/ & sathanã esse victum? nõ igitur vult ipsum post omnimodã satisfactionem/post completã redemptionem/post deuicti sathanæ glorioſum victoriæ triumphum: quicq̃ pœnarũ ipsũ apud inferos fuisse passũ. ¶Dices forsan. Id in his locis non sensit: sed in sermonibus eius. Quod & tu ipse asseruisti. ¶Nõ plane asserui: sed disputationis gratia solũ/sic eum sensisse adduxi. Diluentis igitur erat ostendere ipsũ nõ sic sensisse. et si etiam ita sensisset: nõ tanti momenti & ponderis est/vt in eius sententiam manibus pedibusq; (vt aiunt) currere debeamus. Nõ sensisse tamen: ostendere melius est/ ne aliquem hæc noua/extranea/& inaudita assertio proprium videatur habere authorem/ quam nullus vnq̃ asseruisse cõperitur. Ad quod lege mille loca in sermonibus eius: ĩ quibus glorioſe loquitur de CHRISTI IHESV passione/ & triumphanti ac glorioſo eius ad inferos descensu. & si tot legere molestum: lege saltẽ sermonẽ ecce ascendimus Hierosolymam. verum vt omnem sibilantis hydrę/serpentis antiqui occludam ingressum: ostendam illucescente CHRISTO ex ea littera Cusæ ex qua potissimũ ita sensisse suspitio oriri potest/eũ nequaquã ita sensisse. quam et nunc subijciam. in sermone enim super id/qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit: sic habet. Visio mortis/via cognoscentiæ: est pœna consũmata. Et quia mors CHRISTI fuit cõsũmata: ideo quia vidit via cognoscentię mortẽ/quam pati elegerat. Tunc anima CHRISTI descendit ad inferna: vbi est visio mortis. mors enim: infernus dicitur. & liberata est: ex inferno inferiori. inferior seu profundior infernus: est vbi mors videtur. Quando deus suscitauit CHRISTVM: eruit eum ex inferno inferiori (vt in actis apostolorum dicitur) solutis doloribus inferni. Et propheta. Non dereliquit animã meam in inferno. Passio autem CHRISTI/ qua maior nulla esse potest: fuit vt damnatorũ qui magis damnari nequeunt scilicet vsq; ad pœnã infernalem. In eius nomine dicit propheta. Dolores inferni circumdederunt me. eduxisti tamen ab inferno animã meam. Sed ipse solus est: qui per talẽ mortem intrauit in gloriã illã. illã pœnã sensus/ conformem damnatis in inferno pati voluit/ certe in gloriam dei patris sui/ vt ostenderet q; ei obediendũ sit vsq; ad extremum supplicium. hoc enim est deum magnificare & glorificare omni possibili modo. idq; propter nostrã iustificationem. nam nos peccatores: in ipso infernales pœnas quas nos iuste meremur/exoluimus/ vt sic in resurrectione vitæ perueniamus. Illi autẽ qui non sunt CHRISTI: manent in morte non resurgentes/& videbunt æternalẽ mortẽ. et hęc visio mortis: est mors secunda. Hactenus littera illius sermonis de Cusa: ex qua vel maxime quispiam suspicari posset/ ipsum sensisse CHRISTVM secundũ animam apud iferos passum. Quod & aliquãdo (ingenue fateor) ipse putaui. Id enĩ michi acciderat: quod & alteri cuiuis accidere potest. Sed quando pensiculatius litterã illã examinaui: videre visus sum oppositũ et posse et debere defendi/& primũ ex materia subiecta/ virũ apostolicũ Cusam locutum fuisse de temporali CHRISTI passione. nam id Pauli ad Hebręos: exponit. Si enim sanguis hircorum et taurorum/& cinis vitulę aspersus inquinatos sanctificat ad emundationẽ carnis: quãto magis sanguis CHRISTI/qui per spiritũ sanctũ semetipsũ obtulit immaculatũ deo/ emundauit conscientiã nostrã ab operibus mortis/ ad seruiendũ deo viuenti? In quo beatissimi Pauli apostoli dicto: nulla de pœnis inferni haberi potest suspitio/sed tãtũ de pœnis ĩ hoc mũdo a CHRISTO vitę principe pro nobis voluntarie susceptis. Ergo de illis pœnis intelligi debet qđ ait Cusa: cũ dicit. Visio mortis via cognoscentię: est pœna consũmata. & quia mors CHRISTI fuit cõsũmata: ideo quia vidit via cognoscẽtiæ mortẽ/quã pati elegerat. tũc aĩa CHRISTI descẽdit ad iferna: vbi ẽ visio mortis. Quid absurdũ est dicere aĩam CHRISTI in sua dolorosissima passione via cognoscẽtiæ descẽdisse ad iferna/pœnas vidisse/nõ modo

Ad Hebrę. 9

quas passurus erat/sed & infernorum pœnas pro quibus/pœnis suis erat satisfacturus/siue hoc fuerit in agonijs eius cũ sudor eius riui erant sanguinei/ siue in extremis passionis angustijs/cum clamat ad patrem. Deus meus/ deus meus: vt quid dereliquisti me? Erue a fra mea deus animam meam: & de manu canis vnicam meã. Salua me ex ore leonis: & a cornibus vnicornium humilitatẽ meã. Cum sol in meridie quasi lugens/& tam acerbis & intolerabilibus pœnis filij dei compatiens: retraxit lumen suum/& a sexta hora in horam nonam super vniuersam terrã tenebræ factæ sunt. tunc deus omnia elementa concussit: quasi iratus eis, vt quæ hominum seruiuissent peccatis: propter quæ oportuit filiũ suum tanta pati/sicut scriptum est. Commota est & contremuit terra: fundamenta montium conturbata sunt & commota sunt/quoniam iratus est eis. Ascẽdit fumus in ira eius: & carbones succẽsi sunt ab eo. Et posuit tenebras latibulũ suũ in circuitu eius: tabernaculũ eius tenebrosa aqua in nubibus aeris. Et apparuerunt fontes aquarum: & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum. Ab increpatione tua domine: ab inspiratione spiritus iræ tuæ. Et q; de visione mortis via cognoscentię quę CHRISTI temporalẽ crucis mortẽ præuenit/intelligat Cusa: satis aperte innuit/cum ait. Vidit via cognoscentiæ mortem quam pati elegerat. Quasi non quam iam passus/sed quam aut patiebatur/aut passurus erat. & tunc via cognoscẽtiæ anima eius ad inferna descendit: & vidit pœnas pro quibus satisfaciendum erat. & glorioſissima CHRISTI anima ab hac dolorosissima passione via cognoscentiæ ex inferno inferiori et præuisione pœnarum & acerbissimę mortis/liberata est sua glorioſa morte in cruce: sicut & prophetatũ erat. Misit de summo & accepit me: & assumpsit me de aquis multis. Eripuit me de inimicis meis fortissimis/& ab ijs qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me. Præuenerunt me in die afflictionis meæ: & factus est dominus protector meus. Et eduxit me in latitudinẽ: saluũ me fecit quoniã voluit me. Tunc igitur liberata est anima CHRISTI/vitæ salutisq; omniũ opificis/ ex inferno inferiori & visione mortis hac via cognoscẽtiæ dolorosa: solutis doloribus eius. & assũptus est de multis tribulationũ aquis: cũ in manus patris tranquillum reddidit spiritum, liberata etiam fuit ex inferno inferiori vera existẽtiæ prẽsentia/solutis vinctorum inferni doloribus: cum spoliato inferno victrix remeauit/immortale ex mortali/& impassibile ex passibili/glorioſum corpus resumptura/sicut scriptum erat. Non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Et si quis voluerit esse beniuolus æquusq; interpres: videbit Cusam locutum esse solum de pœnis quas in passione sua dominus vitæ/in hoc mũdo pro nobis pati dignatus est. Quid enim aliud hęc verba Cusę sonant. Passio autem CHRISTI qua nulla maior esse potest: fuit vt dãnatorum qui magis dãnari nequeunt/scilicet vsq; ad pœnã infernalẽ. In eius nomine dicit propheta. dolores inferni circũdederũt me. eduxisti tamẽ ab inferno animã meã. Hęc Cusa. Passio (inquit) CHRISTI qua nulla maior esse potest. Sed nũquid bis passus est CHRISTVS: & vna eius in hoc mũdo passio qua nulla maior esse potest/ & altera in inferno? Absit/absit. hoc enim: ipius error. sed semel passus est: vt sacre innuit Paulus/cum ait. Per proprium sanguinem semel introiuit in sancta: æterna redemptione inuenta. Et rursus. CHRISTVS semel oblatus est: ad multorũ exhaurienda peccata. Et Petrus. CHRISTVS semel pro peccatis nostris mortuus est/ iustus pro iniustis: vt nos offerret deo/mortificatos quidem carne/viuificatos autẽ spiritu. Sed neq; fides apostolorũ de alia passione/de alia morte mentionem vllam facit: nisi de ea passione & ea morte quę sepulturam præcessit. passus inquit sub Pontio Pilato/crucifixus/mortuus & sepultus est. stultum igitur & temerarium est/si non potius impiũ: aliam passionem CHRISTI cogitare/aliãue quæ nulla fuit/ apud inferos effingere. ¶ Sed fortius ex verbis Cusæ instabis voluisse etiã ipsum aliam in inferno CHRISTVM passũ fuisse pœnã. Nã inquit in inferno pati voluit/ certe in gloriam dei patris sui: vt ostenderet q; ei obediendũ sit vsq; ad extremum supplicium. hoc enim est deũ magnificare & glorificare omni possibili modo. idq; propter nostrã iustificationẽ. Quod & supra adductũ est: & cõcessũ/Cusam scilicet voluisse CHRISTVM in inferno ob patris obedientiam pati voluisse. ¶ Nequaq; simpliciter supra concessimus id Cusam voluisse: sed diximus si voluit Cusa/idipsum suadere videtur ob obedientiã patri prẽstãdam. Verumenimuero ingenue fateor/hanc litteram multorum qui legerunt/ & meã aliquando torsisse intelligentiam: vt credere aliquãdo Cusam voluisse animã CHRISTI in inferno passam/ q̃is id nulla assertionis pertinacia ab eo factum putarem. Et hæc fuit disputationis illius in psalmo tricesimo: occasio. Verum nunc muto sententiã/nunc cano palinodiam: me ipsum & alios ab hac suspitione purgans. Et potius iudico me & alios

Psalmus. 21

Psalmus. 17

Cusa.

Psalmus. 17

Psalmus. 15

Cusa.

Hebræos. 9 1

Petri Ca. 3

(cũ penſiculatius cõſyderaui) ſermonis ãbiguitate allucinatos: q̃ ipſum Cuſã ſedi Romanæ apoſtolicæ dignitate & mentis feruore CHRISTO proxime adhęrẽtẽ/ vllatenus erraſſe. Et hic dico litterã Cuſæ cõtra Cuſã truncate adductã/ ac particulam in inferno nõ in ſequens pati voluit/ ſed in præcedens damnatis eſſe referendam: vt ſic (littera altius repetita) legamus. Illam pœnam ſenſus conformem damnatis in inferno: pati voluit certe in gloriam patris ſui/ media diſtinctione facta poſitoq; cõmate/ geminato ſeu ſuperuirgulato grãmaticorum puncto poſt inferno/ non poſt damnatis. vt ſit ſenſus. CHRISTVS certe pati voluit in gloriam dei patris ſui illam pœnam ſenſus conformem damnatis in inferno: pati quidem ſed dum adhuc eſſet in corpore. & id propter obedientiam patris: & obiuſtificationem noſtram. Et ſic intellectus Cuſa/ vt & intelligendũ cenſeo: nichil nouitatis/ aut impietatis continere videbitur. Pœna enim Chriſti/ qui omnium peccata expiauit/ qui (vt Petrus inquit) peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ/ qui pro omniũ peccatis & pœnis etiam inferorũ/ ſua pœna ſatisfecit: omnes pœnas reuera exceſſit/ vt æquiparari pœnis inferorum iure potuerit. Et hęc pro apologia Cuſæ/ ſi quis eum forte hactenus aliter ſenſiſſe exiſtimauit: ſufficere videbuntur/ vt ſcripta eius a modo ſecũdum piam & ſanam in hac parte recipiantur intelligentiam. Quę etiã ſi quis contentioſior recipere noluerit: pro certo tamen fideliter aſſerto/ ac indubitato recipiat CHRISTVM dominũ ſecundũ animã nichil apud inferos paſſum. ipſumq; deſcendiſſe non paſſurum: ſed virtutem ſuã cœlo hereboq; potentem inſuperabiliter oſtenſurum. in cuius nomine/ omne genu flectatur/ cœleſtium/ terreſtrium/ & infernorum: & omnis lingua cõfiteatur quoniam dominus IHESVS ſaluator mundi/ fractor inferni/ & reſerator cœli/ ſedet in excelſis in dextera maieſtatis dei in gloria patris. ¶ Hæc eſt deuote pater noſtra determinatio/ & in cõtrariam partem illi diſputationi quæ in annotationibus triceſimi pſalmi adducta eſt diſcuſſio: quam oro pſalterio tuo præponi iubeas. vt ſtatim legentes intelligant: quæ noſtra ſit in hac re aſſertio. Et boni conſulant velim omnes legentes verſus illos pſalmorum & noſtras verſuum illorum interpretatiunculas/ ex quibus oriri poſſet ſuſpitio/ CHRISTVM gloriæ regem/ inferorumq; victorem aliquid apud inferos paſſum: reuocantes verſus ipſos & interpretationũ intelligentiã ad ea quæ dominus IHESVS in ſua viuifica paſſione adhuc mortale corpus infirmitatis noſtræ circũferens/ paſſus eſt/ modo etiam nobis & omnibus mortalibus incognito/ & quæ etiam nullus hominum pati ſuffeciſſet/ niſi ille ſolus qui ſuper omnes eſt/ & ſuper omnes potens eſt. Quæ interpretationes illic adiectę ſi tibi aut alijs non placebunt: libens eas aut mutabo/ aut irritabo. mallem enim propria aut mutare aut etiam (ſi ita in re eſſet) penitus cõuellere/ q̃ aliorum ædificationi obeſſe. Quare & te & omnes oratos velim venerande pater/ vel q̃ poſſum maxime/ etiam per eam charitatem quam CHRISTO domino noſtro omnium iudici debemus/ qui nos omnes in fratres adinuicem regenerauit/ & in ſuos filios adoptauit: vt ſi in his aut quibuſcunq; alijs ſcriptis meis inueniantur aliqua hiantia/ dubia/ perplexa/ aut quæ aliorum pietati aduerſari poſſent/ niſi aut ſecus interpretata eſſent aut erecta: me admonere velit/ qđ tu ipſe facis. Et ego cũ multa admonẽtiũ gratia: ſcripta illa erigam/ aut ſi oportet penitus immutabo. Cæterũ dileciſſime pater: quę de alijs locis pſalmorum me interrogaſti. Illa reuera in prima pſalmorum emiſſione: manca et corrupta fuere. Quæ ſi CHRISTVS lux vera/ & hominum mentes ſupra nundi captum illuminans/ deſyderijs noſtris annuerit: reperies in altera pſalmorum emiſſione ad exemplar reſtituta. Si id iquã ãnuerit CHRISTVS per ſe lux & per ſe vita: qui ſit a nobis & ab omnibus ſemper & vbiq; benedictus & ſuperbenedictus i ſæcula. In quo & tu ęterne viue: eumq; pro me ac omnibus nomen eius ſanctum confitentibus/ vt et in eo pariter æterne viuere poſſimus/ iugiter ora. Ex cœnobio ſancti Germani in ſummœnijs vrbis Pariſię anno CHRISTI. M. D. XII. Nonis ſextilibus.

Petri Ca. 2

Concluſio.

APPENDICIS IN PSAL. XXX AD IHESV COELESTIVM/ TERRESTRIVM/ ET INFERNORVM OMNIPOTENTIS DOMINATORIS HONOREM:

FINIS.

¶PROLOGVS beati Hieronymi in psalterium Gallicum/ quod secundum septuaginta æditionem correxit ad Paulam & Eustochium: addita ab illis vel omissa ex hebræis/ obelis asteriscisq; distinguens.

psalterium gallicum emendatum a Hyero.

 SALTERIVM Romæ dudum positus emẽdaram & iuxta LXX interpretes licet cursim magna tamen ex parte correxeram: quod quia rursum videtis O Paula & Eustochium scriptorũ vicio deprauatum plusq; antiquum errorem q̃ nouam emendationem valere/ me cogitis vt veluti quodã nouali scissum iam aruum exerceam & obliquis sulcis renascentes spinas eradicem. æquum esse dicentes vt quod crebro male pullulat: crebrius succidatur. Vnde consueta præfatione commoneo tam vos quibus forte labor iste desudat q̃ eos qui exemplaria istiusmodi habere voluerint: vt quę diligenter emendaui/ cum cura & diligentia transcribant. notet sibi vnusquisq; vel iacentem lineam vel radiantia signa id est obelos vel asteriscos. Et vbicunq; viderit virgulam præcedentem: ab ea vsq; ad duo puncta quę impressimus/ sciat in LXX interpretibus plus haberi. vbi autem stellę similitudinem prospexerit: de hebręis voluminibus additum nouerit. æque vsq; ad duo puncta iuxta Theodotionis duntaxat æditionem. qui simplicitate sermonis a LXX interpretibus non discordat. Hęc ergo & vobis & studioso cuiq; feciſſe me sciens: non ambigo multos fore qui inuidia vel supercilio malint contemnere videri pręclara q̃ discere/ & de turbulento magis riuo q̃ de purissimo fonte potare.

¶Prologus beati Hieronymi in psalterium Romanum.

 Eatissimo papę Damaso sedis apostolicę vrbis Romę Hieronymus supplex. Legi litteras apostolatus tui/ poscentes vt secundum simplicitatem LXX interpretum caneris psalmographum/ interpretari festinem propter fastidium Romanorum: vt vbi obscuritas impedit/ apertius & latine trahatur sensus. Precatur ergo cliens tuus vt vox ista psallentium in sede Romana die noctuq; canatur: & vt in fine cuiuslibet psalmi siue in matutinis horis siue vespertinis coniungi pręcipiat apostolatus tui ordo/ Gloria patri & filio & spiritui sancto/ sicut erat in principio & nunc & semper & in sęcula sęculorum amen. Istud carmen õni psalmo cõiungi pręcipias: vt fides CCCXVIII episcoporũ Nicẽni concilij etiam vestri oris consortio declaretur. Vbi autem deus & homo honorabili voce cantatur: Alelu ia semper cum omnibus psalmis affigatur/ vt in omni loco communiter respondeatur horis diurni nocturniq; temporis. In ecclesia autem post resurrectionem vsq; ad sanctam pentecosten finiatur. inter dierum vero spacia quinquagesimę propter nouitatem sancti paschę vox ista laudis canatur in Aleph quod prologus latine aut præfatio dicitur.

¶Nunc vsus ecclesię habet a sancto pascha id est ab Anastasi domini vsq; ad septuagesimam psallere Halelu Iah. a septuagesima vero ad pascha silet & finit Halelu Iah: & eius loco canit Laus tibi domine rex ęternę glorię.

¶Prologus beati Hieronymi in psalterium Hebraicum; id est quod secundum veritatẽ traduxit hebraicam ad petitionem Sophronij.

 Cio quosdam putare psalterium in quinq; libros esse diuisum: vt vbicũq; apud LXX interpretes scriptum est γεροῖτο γεροῖτο id est fiat fiat/ finis librorum sit. pro quo in hebræo legitur Amen Amen. Nos autem Hebræorum authoritatem secuti & maxime apostolorum qui semper in nouo testamento psalmorum librum nominant: vnum volumen asserimus. psalmos quoq; omnes eorum testamur authorum qui ponuntur in titulis: Dauid scilicet/ Asaph & Iditum/ filiorum Corę/ Eman/ Ezrahitæ/ Moysi & Salomonis & reliquorum/ quos Ezdras primo volumine compræhendit. Si enim Amen Amen pro quo Aquila transtulit γεροῖτο γεροῖτο id est fiat fiat in finę

tantūmodo librorum poneretur & nō interdum aut in exordio aut in calce sermonis siue sententiæ: nunq̄ Saluator in euāgelio loqueretur. Amen amen dico vobis: & Pauli epistolæ in medio illud opere nō continerent. Moyses quoq; & Hieremias & ceteri in hunc modum multos haberent libros: qui in medijs voluminibus suis Amen frequēter interserunt. Sed & numerus viginti duorum librorum hebraicorum/& mysterium eiusdem numeri commutabitur. Nam & titulus ipse hebraicus SEPHER THEHILIM quod interpretatur volumen hymnorum apostolicæ authoritati congruens: non plures libros sed vnum volumen ostendit. Quia igitur nuper cum hebræo disputās/quædam pro domino Saluatore de psalmis testimonia protulisti/volēsq; ille te illudere per sermones pene singulos asserebat nō ita haberi in hebræo vt tu de LXX interpretibus opponebas: studiosissime postulasti vt post Aquilam & Symmachum & Theodotionē/ nouam ęditionem latino sermone transferrem. Aiebas enim te magis interpretum varietate turbari & amorē tuum quo laberis/vel translatione vel iudicio meo esse contentū. vnde impulsus a te cui & quæ possum debeo & quę nō possum: rursum me obtrectatorum latratibus tradidi/maluiq; te vires potius meas q̄ voluntatem in amicitia quærere. Certe confidenter dicam et multos huius operis testes citabo: me nichil dūtaxat sententię de hebraica veritate mutasse. Si cubi ergo ęditio mea a veteribus discreparit: interroga quēlibet hebræorum & il quido peruidebis me ab ęmulis frustra lacerari/ qui malunt contemnere videri præclara q̄ discere/peruersissimi homines. Nam cū semper nouas expetant voluptates/& gulę eorum vicina maria non sufficiāt: cur in solo studio scripturarū veteri sapore contenti sunt? Nec hoc dico/quo præcessores meos mordeam aut quicq̄ ab ijs arbitrer detrahendum/ quorum translationem diligentissime emēdatam olim meę linguæ hominibus dederim: sed quod aliud sit in ecclesijs CHRISTO credentiū psalmos legere/aliud Iudæis singula verba calumniantibus respondere. Quod opusculum meum si in græcum vt polliceris transtuleris/& imperitię meę doctissimos quosq; viros testes facere volueris: dicam tibi illud Horatianū. In siluam ne ligna feras. nisi q̄ hoc habeo solamen: si in labore communi intelligam michi et laudem & vituperationem tecū esse cōmunem. Vale in CHRISTO. cupio te meminisse mei.

Partitio Hieronymi secundū alium prologū qui incipit/In hebræo libro psalmorum.

Sine titulis/octodecim.
1
2
32
42
70
90
92
93
94
95
96
97
98
99
103
115
136
147
Cum titulis/personas quorum sunt continētibus/nonagita septē.
3 Dauidi.
4 Dauidi.
5 Dauidi.
6 Dauidi.
7 Dauidi.
8 Dauidi.
9 Dauidi.
10 Dauidi.
11 Dauidi.
12 Dauidi.
13 Dauidi.
14 Dauidi.
15 Dauidi.
19 Dauidi.
17 Dauidi.
18 Dauidi.
19 Dauidi.
20 Dauidi.
21 Dauidi.
22 Dauidi.
23 Dauidi.
24 Dauidi.
25 Dauidi.
26 Dauidi.
27 Dauidi.
28 Dauidi.
29 Dauidi.
30 Dauidi.
31 Dauidi.
33 Dauidi.
34 Dauidi.
35 Dauidi.
36 Dauidi.
37 Dauidi.
38 Dauidi.
39 Dauidi.
40 Dauidi.
50 Dauidi.
51 Dauidi.
52 Dauidi.
53 Dauidi.
54 Dauidi.
55 Dauidi.
56 Dauidi.
57 Dauidi.
58 Dauidi.
59 Dauidi.
60 Dauidi.
61 Dauidi.
62 Dauidi.
63 Dauidi.
64 Dauidi.
67 Dauidi.
68 Dauidi.
69 Dauidi.
85 Dauidi.
100 Dauidi.
102 Dauidi.
107 Dauidi
108 Dauidi.
109 Dauidi.
133 Dauidi.
137 Dauidi.
138 Dauidi.
139 Dauidi.
140 Dauidi.
141 Dauidi.
142 Dauidi.
143 Dauidi.
144 Dauidi.
71 Salomoni.
126 Salomoni.
41 Filijs Coræ.
43 Filijs Coræ.
44 Filijs Coræ.
45 Filijs Coræ.
46 Filijs Coræ.
47 Filijs Coræ.
48 Filijs Coræ.
83 Filijs Coræ.
84 Filijs Coræ.
86 Filijs Coræ.

49	Asaph.	88 Etham.	112	Halelu iah.	119 Cãticũ graduũ.
72	Asaph.	89 Moysi.	113	Halelu iah.	120 Cãticũ graduũ.
73	Asaph.	Cũ titulis sine expressio-	114	Halelu iah.	121 Cãticũ graduũ.
74	Asaph.	ne psonarũ/ trigitaqnqꝫ.	116	Halelu iah.	122 Cãticũ graduũ.
75	Asaph.	65 Canticũ psalmi.	117	Halelu iah.	123 Cãticũ graduũ.
76	Asaph.	66 Canticũ psalmi.	118	Halelu iah.	124 Cãticũ graduũ.
77	Asaph.	91 Psalmus cãtici.	134	Halelu iah.	125 Cãticũ graduũ.
78	Asaph.	101 Oratio.	135	Halelu iah.	127 Cãticũ graduũ.
79	Asaph.	104 Halelu iah.	145	Halelu iah.	128 Cãticũ graduũ.
80	Asaph.	105 Halelu iah.	146	Halelu iah.	129 Cãticũ graduũ.
81	Asaph.	106 Halelu iah.	148	Halelu iah.	130 Cãticũ graduũ.
82	Asaph.	110 Halelu iah.	149	Halelu iah.	131 Cãticũ graduũ.
87	Eman.	111 Halelu iah.	150	Halelu iah.	132 Cãticũ graduũ.

PRIMVS INDEX.

		Folio.	Fo.			Fo.	Fo.
1	Beatus vir.	1	234	42	Iudica me deus.	65	249
2	Quare fremuerunt.	2	234	43	Deus auribus nostris.	66	250
3	Domine quid.	3	234	44	Eructauit cor meũ.	68	250
4	Cum inuocarem.	4	234	45	Deus noster refugiũ.	70	251
5	Verba mea.	5	235	46	Omnes gentes.	70	251
6	Dñe ne in furore.	6	235	47	Magnus dominus.	71	251
7	Domine deus meus.	8	235	48	Audite hec omnes.	72	252
8	Domine dñs noster.	9	236	49	Deus deorũ domin9.	74	252
9	Confitebor tibi.	10	236	50	Miserere mei deus.	76	253
10	In dño confido.	14	237	51	Quid gloriaris.	78	253
11	Saluum me fac.	15	237	52	Dixit insipiens.	79	253
12	Vsquequo dñe.	16	237	53	Deus in nomine.	80	254
13	Dixit insipiens.	17	237	54	Exaudi de9 orationẽ.	80	254
14	Dñe quis habitabit.	18	237	55	Miserere mei.	82	254
15	Conserua me dñe.	19	238	56	Miserere mei de9 mise.	84	255
16	Exaudi me dñe.	20	238	57	Si vere vtiqꝫ.	85	255
17	Diligam te dñe.	22	238	58	Eripe me de inimicis.	86	255
18	Cœli enarrant.	26	239	59	Deus repulisti.	87	256
19	Exaudiat te dñs.	28	240	60	Exaudi deus.	88	256
20	Domine in virtute.	29	240	61	Nonne deo.	89	256
21	Deus deus meus.	31	240	62	Deus deus meus.	90	256
22	Dñs regit me.	34	241	63	Exaudi de9 orationẽ.	91	257
23	Domini est terra.	35	241	64	Te decet hymnus.	92	257
24	Ad te dñe leuaui.	36	241	65	Iubilate deo omnis.	93	257
25	Iudica me dñe.	38	242	66	Deus misereatur.	94	258
26	Dñs illuminatio.	39	242	67	Exurgat deus.	95	258
27	Ad te domine.	41	243	68	Saluum me fac.	98	259
28	Afferte domino.	42	243	69	Deus in adiutorium.	101	260
29	Exaltabo te dñe.	43	243	70	In te domine.	101	260
30	In te dñe speraui.	44	244	71	Deus iudicium.	103	261
31	Beati quorũ remissæ.	47	244	72	Quam bonus	105	261
32	Exultate iusti.	48	245	73	Vt quid deus.	107	262
33	Benedicam dominũ.	50	245	74	Confitebimur tibi.	109	262
34	Iudica dñe nocẽtes.	51	245	75	Notus in iudæa.	110	263
35	Dixit iniust9 vt delinq̃t.	54	246	76	Voce mea ad dñm.	111	263
36	Noli ęmulari.	55	246	77	Attendite populc.	112	263
37	Dñe ne in furore.	58	247	78	Deus venerũt gentes.	116	265
38	Dixi custodiã vias.	59	248	79	Qui regis.	117	265
39	Expectãs expectaui.	61	248	80	Exultate deo.	119	266
40	Beat9 vir qui itelligit.	62	249	81	Deus stetit.	120	266
41	Quẽadmodũ desyde.	64	249	82	Deus quis similis.	121	266

	PRIMVS	Fo.	Fo.
83	Q̄ dilecta.	122	267
84	Benedixisti dñe.	123	267
85	Inclina domine.	124	267
86	Fundamenta eius.	126	268
87	Domine deus.	127	268
88	Misericordias.	128	268
89	Domine refugium.	131	269
90	Qui habitat.	133	270
91	Bonum est confiteri.	135	270
92	Dñs regnauit decorē.	137	271
93	Deus vltionum.	137	271
94	Venite exultemus.	138	271
95	Cantate domino.	140	272
96	Dñs regnauit exultet.	141	272
97	Cantate domino.	142	272
98	Dñs regnauit irascātur.	143	272
99	Iubilate deo.	144	273
100	Misericordiam.	144	273
101	Domine exaudi.	145	273
102	Benedic anima.	148	274
103	Benedic anima.	149	274
104	Confitemini dño.	152	275
105	Confitemini dño q̄m.	154	276
106	Confitemini dño.	157	277
107	Paratum cor meū.	159	277
108	Deus laudem.	160	278
109	Dixit dñs dño meo.	162	279
110	Confitebor tibi.	163	279
111	Beatus vir.	164	279
112	Laudate pueri.	165	279
113	In exitu.	165	279
114	Dilexi quoniam.	167	280
115	Credidi propter.	167	280
116	Laudate dominum.	168	280

	INDEX.	Fo.	Fo.
117	Confitemini dño.	168	281
118	Beati immaculati.	170	281
119	Ad dñm cum.	203	284
120	Leuaui oculos.	203	285
121	Letatus sum.	204	285
122	Ad te leuaui.	205	285
123	Nisi quia dñs.	205	285
124	Qui confidunt.	206	285
125	In conuertendo.	206	286
126	Nisi dominus.	207	286
127	Beati omnes.	208	286
128	Sępe expugnauerūt.	208	286
129	De profundis.	209	286
130	Dñe nō est exaltatū.	210	286
131	Memento dñe.	211	287
132	Ecce q̄ bonum.	213	287
133	Ecce nunc benedicite.	213	287
134	Laudate nomen.	213	287
135	Confitemini dño.	215	288
136	Super flumina.	216	288
137	Confitebor tibi.	216	288
138	Dñe probasti me.	217	289
139	Eripe me dñe.	220	289
140	Domine clamaui.	221	289
141	Voce mea ad dñm.	222	290
142	Domine exaudi.	223	290
143	Benedictus dñs.	224	290
144	Exaltabo te deus.	226	291
145	Lauda anima mea.	227	291
146	Laudate dñm.	228	291
147	Lauda Ierusalem.	229	292
148	Laudate dñm.	230	292
149	Cantate domino.	231	292
150	Laudate dñm in sctis.	232	292

¶ Per numerum qui in fronte litteram proxime prēcedit cognoscitur numerus psalmorū/ quotus scilicet quisq; in ordine psalmorū sit. Aliis vero quotis foliis reperiatur & hoc tam in prēcedente qui ordinem sequitur psalmorum q̄ sequēte indice qui alphabeticam obseruat seriem litterarum.

	SECVNDVS	Fo.	Fo.
24	AD te dñe le.	36	241
27	Ad te do. cla.	41	243
28	Afferte do.	42	243
48	Audite hæc.	72	252
77	Attendite populе.	112	263
119	Ad dominū cum.	203	284
122	Ad te leuaui.	205	285
1	BEatus vir.	1	234
31	Bti quorū.	47	244
33	Bñdicā do.	50	245
40	Beat9 vir q.	62	249
84	Benedixisti do.	123	267
91	Bonū est cōfiteri.	135	270
102	Benedic anima.	148	274

	INDEX.	Fo.	Fo.
103	Benedic anima.	149	274
111	Beat9 vir qui timet.	164	279
118	Beati imaculati.	170	281
127	Beati omnes.	208	286
143	Benedictus dominus.	224	290
4	VM iuocarē.	4	234
9	Cōfitebor tibi.	10	236
15	Cōserua me.	19	238
18	Cœli enarrāt.	26	239
74	Confitebimur tibi.	109	262
95	Cantate domino.	140	272
97	Cantate domino.	142	272
104	Cōfitemi dño & iuo.	152	275
105	Cōfitemi do. qm̄ bo.	154	276

SECVNDVS		Fo.	Fo.
106	Confitemini dño.	157	277
110	Confitebor tibi.	163	279
115	Credidi propter.	167	280
117	Cõfitemini dño qñ.	168	281
135	Confitemini dño qñ.	215	288
137	Cõfitebor tibi dñe.	216	288
149	Cantate domino.	231	292
3	Omine quid.	3	234
6	Dñe ne i fu.	6	235
7	Dñe deꝰ me⁹.	8	235
8	Dñe dñs nr̃.	9	236
13	Dixit inipiens.	17	237
14	Dñe quis habitabit.	18	237
17	Diligam te domine.	22	238
20	Domine in virtute.	29	240
21	Deus deus meus.	31	240
22	Dominus regit me.	34	241
23	Domini eſt terra.	35	241
26	Domin⁹ illuminatio.	39	242
35	Dixit iniuſtus.	54	246
37	Domine ne in furore.	58	247
38	Dixi cuſtodiã vias.	59	248
43	Deus auribus noſtris.	66	250
45	Deus noſter refugiũ.	70	251
49	Deus deorũ domin⁹.	74	252
52	Dixit inſipiens.	79	253
53	Deus in nomine.	80	254
59	Deus repuliſti.	87	256
62	Deus deus meus.	90	256
66	Deus miſereatur.	94	258
69	Deus in adiutorium.	101	260
71	Deus iudicium.	103	261
78	Deus venerũt gẽtes.	116	265
81	Deus ſtetit.	120	266
82	Deus quis ſimilis.	121	266
87	Domine deus.	127	268
89	Domine refugium.	132	269
92	Dñs regnauit decorẽ.	137	271
93	Deus vltionum.	137	271
96	Dñs regnauit exultet.	141	272
98	Dñs regnauit iraſcãtur.	143	272
101	Domine exaudi.	145	273
108	Deus laudem.	160	278
109	Dixit dñs domino.	162	279
114	Dilexi quoniam.	167	280
129	De profundis.	209	286
130	Dñe nõ eſt exaltatum.	210	286
138	Domine probaſti.	217	289
140	Domine clamaui.	221	289
142	Dñe exaudi orationẽ.	223	290
16	Xaudi dñe.	20	238
19	Exaudiat te.	28	240
29	Exaltabo te.	43	243
32	Exultate iu.	48	245
39	Expectãs expectaui.	61	248
44	Eructauit cor meũ.	68	250

INDEX.		Fo.	Fo.
54	Exaudi deꝰ orationẽ.	80	254
58	Eripe me de inimicis.	86	255
60	Exaudi deꝰ deꝓcationẽ.	88	256
63	Exaudi deꝰ orationẽ.	91	257
67	Exurgat deus.	95	258
80	Exultate deo.	119	266
132	Ecce q̃ bonum.	213	287
133	Ecce nunc benedicite.	213	287
139	Eripe me domine.	220	289
144	Exaltabo te deus.	226	291
86	Fundamenta eius.	126	268
10	IN dño cõfido.	14	237
25	Iudica me do.	38	242
30	In te domĩe.	44	244
34	Iudica do.no.	51	245
42	Iudica me deus.	65	249
65	Iubilate deo omnis.	93	257
70	In te domine ſperaui.	101	260
85	Inclina domine.	124	267
99	Iubilate deo oĩs terra.	144	273
113	In exitu iſrael.	165	279
125	In conuertendo.	206	286
112	Laudate pu.	165	279
116	Laudate dominum omnes gẽtes.	168	280
120	Leuaui ocu.	203	285
121	Letatus ſum in iis.	204	285
134	Laudate nomen.	213	287
145	Lauda anima mea.	227	291
146	Laudate dñm qm̃ bo.	228	291
147	Lauda hieruſalem.	229	292
148	Laudate dñm de cœlis.	230	292
150	Laudate dñm in ſctis.	232	292
47	Agnus dñs.	71	251
50	Miſerere mei.	76	253
55	Miſerere mei.	82	254
56	Miſerere mei.	84	255
88	Miſericordias domini.	128	268
100	Miſericordiã & iudiciũ.	144	273
131	Memẽto domĩe dauid.	211	287
36	Oli emulari.	55	246
61	Nonne deo.	89	256
75	Not⁹ i iudea.	110	263
123	Niſi qa dñs.	205	285
126	Niſi dominus.	207	286
46	Omnes gentes.	70	251
107	Paratũ cor meum.	159	277
2	Vare fremue.	2	234
41	Quẽadmodũ.	64	249
51	Quid gl'iaris.	78	253
72	Quam bon⁹.	105	261
79	Qui regis iſrael.	117	265
83	Q̃ dilecta.	122	267
90	Qui habitat.	133	270
124	Qui confidunt.	206	285

		Fo.	Fo.
11	Aluũ me fac.	15	237
57	Si vere vtiq;.	85	255
68	Saluũ me fac.	98	259
128	Sępe expugna.	208	286
136	Super flumina.	216	288
64	Te decet hymnus.	92	257
5	Verba mea.	5	235
12	Vsquequo dñe.	16	237
73	Vt quid deus.	107	262
76	Voce mea ad.	111	263
94	Venite exultemus.	138	271
141	Voce mea ad dominũ.	222	290

SECVNDAE TABVLAE FINIS.

PSALTERIVM GALLICVM. I.



1 Eatus vír qui nō abíjt ín cō=
síliō ím piorū/ & í vía peccato=
rū nō ſtetít: & ín cathe=
dra peſtílētiæ nō ſédit.
2 Sed ín lége dñi volun=
tas eius: & ín lége eius
meditabit die ac nocte.
3 Et erit tāq̄ lignū quod
plantatū eſt ſecus de=
curſus aquarum: quod
fructum ſuum dabit in
tempore ſuo.
4 Et foliū eiꝰ nō defluet:
et ōnia quęcunq; faciet
proſperabuntur.
5 Non ſic īpíj nō ſic: ſed
tanq̄ puluis quē ꝓjcit
vētus a facie terræ.
6 Ideo non reſurgūt ím=
píj ín iudício: neq; pec=
catores ín cōcílio iuſto=
rum.
7 Quoniā nouit domí=
nus viā iuſtorū: & iter
impiorū peribit.

ROMANVM. I.



Eatus vír qui non a=
bíjt ī cō ſilío ím
piorū/ & ī vía peccato=
rū nō ſtetít: & ín cathe=
dra peſtílētiæ nō ſédit.
Sed ī lége dñi fuit volū
tas eius: et ī lége eiꝰ me=
ditabitur die ac nocte.
Et erit tāq̄ lignū: quod
plātatū eſt ſecus decur
ſus aquarum.
Quod fructū ſuū da=
bit: in tēpore ſuo.
Et foliū eiꝰ nō decidet:
et ōnia quęcūq; fecerit
proſperabūtur.
Non ſic īpíj nō ſic: ſed
tanq̄ puluis quē ꝓjcit
ventus a facie terrę.
Ideo non reſurgūt ím=
píj ín iudício: neq; pec=
catores ín cōcílio iuſto=
rum.
Quoniā nouit domí=
nus viā iuſtorū: & iter
impiorū peribit.

HEBRAICVM. I.



Eatus vír qui non a=
bíjt ī cō ſilío ím
piorū/ & ī vía peccato=
rum nō ſtetít: in cathe=
dra deríſorū nō ſédit.
Sed ín lége dñi volūtas
eius: & in lege eius me=
ditabitur die ac nocte.
Et erit tanq̄ lignum
tranſplantatū: iuxta rí=
uulos aquarum.
Quod fructū ſuū da=
bít in tēpore ſuo/ & fo=
lium eius nō defluet: et
ōne quod fecerit pro=
ſperabítur.
Non ſic ímpíj: ſed tan=
q̄ puluis quem proíj=
cit ventus.
Propterea non reſur=
gūt īpíj in iudício: neq;
peccatores ín congre=
gatione iuſtorum.
Quoniā nouit domí=
nus viā iuſtorū: & via
impiorū peribit.

TITVLVS nullus. Pſalmus de Chriſto dño. Eſt enī qui habet clauē Dauid: & qui clau- Apoc. 3
dit & nemo aperit/ aperit et nemo claudit. Propheta in ſpiritu loquitur. Beatus vir: deſcri
bitur Chriſtus. impij: gētes/ idololatrę/ dei cōtēptores. peccatores: trāſgreſſores diuīæ le=
gis & naturę. cathedra peſtilentiæ: pontificū/ ſcribarū & phariſęorū iudiciaria poteſtas/
qua corrupti abutebātur. Lex dñi: lex moſaica nō paſſibiliter ſed ſpiritualiter intellecta/ &
euāgelica. die ac nocte: iugiter/ indeſinenter. id Chriſto ꝓprīū eſt. Lignū: lignū vitę. de=
currentes aquę: quatuor paradiſi flumina Geon/ Phiſon/ Tigris/ Eufrates: quatuor riuis
decurrētis ſanguinis (Chriſto pendēte in ligno) reſpondētia. fructus: redēptio generis hu=
mani. Tēpus: tēpus paſſionis. ¶ Antichriſtus ex oppoſito diffinitur. Et impij et peccato=
res per appropinquationē ad eum: vt pij & iuſti per appropinquationē ad Chriſtū. nō re=
ſurgunt: nō iuſtificātur/ nō īmutantur. iuſti: pij qui legem īplent. Ideo ſi Chriſtus reſurre=
xit ad vitę īmortalitatē: & pij in die iudicij in cœtu iuſtorū & ſanctorū ad vitā reſurgent.
Antichriſtus vero & impij nō reſurgent ad vitā/ ſed ad mortē ſecundā/ quę eſt tormentū
indeficiēs. & nō in cōgregatione iuſtorū: ſed in cōſortio dęmonū/ iniuſtorū & dānatorū.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Propheta ī ſpiritu loquit. Beatus vir qui nō abijt in cōſí=
lio īpiorū/ & in via peccatorū nō ſtetit: et in cathedra peſtilētiæ non ſedit. Hic vir beatus
diffinitur: eum virum beatū eſſe et certam vitæ æternæ ſalutem manere/ qui ſententijs nō
adhęſit contemptorū dei/ qui viam tranſgreſſorum latam non intrauit: qui iudiciaria po=
teſtate pontificū/ ſcribarū/ phariſęorū et aliorū peſtilentiū iudicum dcūq; homineſq; non

Beatus

verētium nō est abusus. Sed in lege domini volūtas eius: & in lege eius meditabitur die 2
ac nocte. beatus ille vir: qui nō modo priuato nec publico peccato peccauit/ qui nō solum
a mālo abstinuit sed mens eius tota in ipletione legis diuinæ versa est: & in contēplatio-
ne eius sine intermissione. Et erit tanq̄ lignū quod plantatum est secus decursus aquarū: 3
quod fructū suū dabit in tempore suo. & assimilabitur arbori iuxta riuos aquarū consitę:
quę cū tēpus aduenerit proferet fructū suū. Et folīū eius nō defluet: & omnia quęcūq; fa- 4
tuos qui in te sunt: & nō relinquēt in te lapidē sup lapidē/eo q; nō cognoueris tēpus visitationis tuæ. Itē Hieremias. recesserūt & abierūt: & nō dixerūt in corde suo metuamus dñm deū nostrū. ¶ Idē. Inuenti sunt a populo meo impij insidiātes quasi aucupes/laqueos ponē 8
tes & pedicas ad capiendos viros. & subdit. nunquid sup his nō visitabo dicit dñs: aut sup
gentē huiusmodi non vlciscetur anima mea? ¶ Idem. Indurauerunt facies suas super pe- 9
trā/& noluerūt reuerti. ¶ Idē. causam viduæ non iudicauerunt/causā pupilli non dixerūt/ 10
iudiciū non iudicauerunt. ¶ Idem. tu ergo ne timeas serue meus Iacob ait dominus/neq; 11
paueas Israel: quia ecce ego saluabo te de terra longinqua/& semen tuum de terra captiuitatis eorum. & subiungitur in fine. In nouissimo dierum intelligetis ea.

ADVERTE. Finē secūdi versus non est vsq; ad vnū/& finē noni vbi nō erat timor: hebręus in hoc psalmo non habet/sed in quīquagesimo secūdo pene huic in omnibus respondēte. & timebūt in futuro enūciat: cæteri autē quod illi respondet/in præterito. ¶ Quīto versu. distinctio faciēda post declinauerūt: vt simul sequēti vocabulo iūgatur. quod ex hebręo facile intelligis: vbi simul agglutinatos sonat. Itē nota tres versus quorū initia sepulcrum/quorū/cōtritio/id est quintū/sextū/& septimū: neq; in hebręo neq; in græco nunc haberi. at in septuaginta: olim habebātur. vt dilucet ex capite tertio epistolæ Pauli ad Romanos: vbi litterā septuaginta interpretū cū his versibus inserit. nō enī alia tunc erat apud gētes. ¶ Sexto versu. venenū aspidū. Aspis (inquit Aristoteles) in Africa gignitur: cuius ictui/nullū remediū est. ¶ Nono versu. illic trepidauerunt timore vbi nō erat timor: ex hebręo ibi formidabunt formidine. & particula vbi nō erat timor nō apponit. sed particula ibi formidabūt cōtinuo iūgitur ex hebræo particulæ: quoniā deus in generatione iusta est. & videtur paulo aliud velle q̄ expositū est circa literā. videlicet q; cū ipsi carnales & insipientes in tormētis/videbūt deū in generatione iustorū pauperū & spiritualiū esse/& se esse æternis cruciatibus derelictos: magno stupore obstupescent. tunc enim cognoscent omnes qui operantur iniquitatē/& qui dicūt in corde suo non est deus: q̄ vere insipientes fuerint/insēsati & decepti/in tormētis mori non valentes. et contra: q̄ alij sapientes/sensati/& nequaq̄ decepti/semp cū deo solatiū habētes. videbūt q̄ stulta spes est/q̄ fallax/q̄q; bonorū trāsitoriorū mometanea: & cōtra/q̄ sapiēs/q̄ certa/& nūq̄ deficiēs spes æterni boni/et ī deo collocata et spiritū dei veracē/hois autē sensū fallacē/quē ipsi secuti sunt. ergo carnales & iniusti: suum sensum sequuntur non dei. sed contra/spirituales: non suum sed dei sequuntur sēsum. quem nobis concedat eligere & sequi: qui est superbenedictus in sæcula. ¶ Decimo versu. quoniā spes eius est. eius in hebraica tralatione ad generationem iustam refertur: in cæteris autem ad inopem. Nam et græcus habet ἀυτοῦ.

¶ Psalmꝰ Dā. XIIII.

1 DOmīe q; habitabit ī tabernaculo tuo: aut q; requiescet īmō

¶ In fīnē ps. dā. XIIII

DOmīe q; habitabit ī tabernaculo tuo: aut q; requiescet in

¶ Psalmꝰ Dauid. XV

DOmīe quis pegrinabitur in tētorio tuo: et quis habitabit in

GALL.	ROM.	HEB.
te ſancto tuo?	monte ſancto tuo?	monte ſancto tuo?
2 Qui igreditur ſine ma	Qui igreditur ſine ma	Qui igreditur ſine ma
cula: & operat iuſtitiã.	cula: et opatur iuſtitiã.	cula & operatur iuſtitiã
3 Qui loquit veritatẽ in	Qui loquitur verita	am: loquitur q3 veritatẽ
corde ſuo: qui non egit	tem in corde ſuo: et non	in corde ſuo.
dolum in lingua ſua.	egit dolũ in lingua ſua.	Qui non eſt facilis i li
4 Nec fecit ꝓxio ſuo ma	Nec fecit ꝓxio ſuo ma	gua ſua/ nec fecit ami
lũ: et opprobriũ nõ acce	lũ: et opprobriũ nõ ac	co ſuo malũ: & oppro
pit adũſ9 ꝓximos ſuos	cepit adũſ9 ꝓximũ ſuũ	brium non ſuſtinuit ſu
5 Ad nichilũ deductus	Ad nichilum deduct9	per vicino ſuo.
eſt in conſpectu ei9 ma	eſt in conſpectu ei9 ma	Deſpicitur oculis eius
lignus: timentes autem	lignus: timentes autem	improbus: timentes au
dominum glorificat.	dominum magnificat.	tem dominũ glorificat.
6 Qui iurat ꝓximo ſuo	Qui iurat ꝓximo ſuo	Iurat vt ſe affligat &
& non decipit/ qui pe	& nõ decipit eũ/ qui pe	non mutat/ pecuniã ſu
cuniam ſuã non dedit	cuniã ſuam non dedit	am non dedit ad vſurã:
ad vſuram: & munera	ad vſurã: et munera ſu	& munera aduerſum i
ſup innocẽtes nõ accepit	ꝑ innocentẽ non accepit.	noxiũ non accipit.
7 Qui facit hæc: nõ mo	Qui facit hęc: non com	Qui facit hæc: nõ mo
uebitur in æternum.	mouebitur i æternum.	uebitur in æternum.

TITVLVS. Pſalmus Dauid. pſalmus de Chriſto domino. Propheta in ſpiritu interrogat. reſpondet ſpiritus ſanct9. tabernaculũ: domus dei. mons ſanctus: paradiſus/ cœleſtis habitatio/ cœleſtis Hieruſalẽ vbi requies & ſtabilitas/ ſecuritas & pax interminа. qui ingredit/ ad finẽ vſq3 dei reſpõſũ eſt: qui decẽ Chriſti cõditiones ſtudebit imitari. Prima. qui ingredit ſine macula & operat iuſtitiã/ id eſt cõplet diuinã legẽ. & hæc generalis eſt: ſequẽtes ſpeciales. Secũda. qui loquit veritatẽ in corde ſuo. Tertia. qui nõ egit dolũ in lingua ſua. Quarta. qui nõ fecit ꝓximo ſuo malũ. Quita. qui nõ admiſit opprobriũ cõtra vicinũ ſuũ. Sexta. qui ſathanã conterit/ & cõtritus in cõſpectu ei9 diſperit. Septima. qui timẽtes dñm glorificat/ cõmẽdat/ laudat & preconijs effert. Octaua. qui iurat ꝓximo ſuo & nõ decipit. Nona. qui pecuniã ſuam nõ dedit ad vſuram. Decia. q munera ſuper innocentẽ nõ accepit. non commouebitur in æternum a cœleſti habitaculo: ſed in eo permanebit ſine fine. At quomodo alius a Chriſto ingreditur ſine macula? Per regenerationis lauacrum: diuinam legem & diuina implendo præcepta.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Dñe quis habitabit i tabernaculo tuo: aut quis requieſcet i mõte ſancto tuo? O dominator õniũ & rector/ quis admittetur ad incolẽdũ cœleſte tẽplum
2 tuũ: aut quis quiete fruetur æterna in ſublimi habitatione tua? Qui ingreditur ſine macula: & operat iuſtitiã. reſpõſio ſpiritus ſancti. admittet ad cœleſte tabernaculũ et illa pace fru
3 etur/ qui in mũdo cõuerſat abſq3 peccato: qui diuina implet mandata. Qui loquitur veritatem in corde ſuo: qui non egit dolum in lingua ſua. habitabit in tabernaculo dei & i mõ-
4 te ſancto eius requieſcet/ qui toto corde eſt verax: in cuius ore nullus eſt dolus. Nec fecit proximo ſuo malum: & opprobrium nõ accepit aduerſ9 proximos ſuos. qui nullã affecit i-
5 iuria notũ & cõfratrẽ ſuũ: nec eſt ſcãdalizatus in notis & vicinis ſuis. Ad nichilũ deductus eſt in conſpectu eius malignus: timentes aũt dñm glorificat. qui nichiliducit quẽ noſcit im-
6 probum: ſed ſancto timore deũ reuerẽtes magnipẽdit & honorificat. Qui iurat proximo ſuo & nõ decipit/ qui pecuniã ſuã nõ dedit ad vſurã: & munera ſuper innocẽtẽ nõ accepit.
7 qui nomen dei aſſumẽs/ nõ in vanũ ad fratrẽ & notũ accipit/ nõ fallit/ qui auaritiæ & turpi ſuper nũmo lucro nunq3 itẽdit: qui iuſtitiã muneríb9 acceptis/ nõ vẽdidit. Qui facit hęc: non mouebitur in æternũ. qui hæc quæ dicta ſunt operat/ habitabit in tabernaculo dei/ & requieſcet in monte ſancto eius: a quo non dimouebitur in ſempiternum.

1.2 CONCORDIA. Quis aſcẽdet i mõtẽ dñi: aut qs ſtabit i loco ſãcto ei9? ¶ Innocẽs manib9
3 & mũdo corde: q nõ accepit i vano aiam ſuã. Alibi. ſine iiqtate cucurri & direxi. ¶ Propt veritatẽ & mãſuetudinẽ & iuſtitiã: & deducet te mirabiliter dextera tua. Et Eſaias. q ambu

1 Psal. 23
2 Psal. 23
2 Psal. 58
3 Psal. 44
3 Esaiæ. 33
3 1. Pe. 2
4 1. Pe. 2
5 Heb. 2
5 Mal. 4
6 Ioan. 3
6 Psal. 71
7 Esaię. 33

lat in iustitijs: & loquitur veritatē. q̄ proiscit auaritiā ex calūnia: & excutit manus suas ab oi munere. qui obturat aures suas ne audiāt sāguinē: & claudit oculos ne videāt malū. iste ī excelsis habitabit. Et Petr⁹. q peccatū nō fecit: nec īuēt⁹ est dol⁹ ī ore ei⁹. ¶ Idē. q cū maledicerēt nō maledicebat: cū paterēt nō cōminabat. ¶ Paul⁹. Ipse similiter particip auit eis dē: vt p̄ mortē destrueret eū qui mortis habebat īperiū/ id est diabolū. Et Malachias. Orietur vobis timētibus nomē meū sol iustitię: & sanitas in pēnis eius. ¶ Dñs in Ioāne ad Nicodemū. Amē amē dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sācto/ nō potest videre regnū dei. Et psalmo septuagesimo prio. Ex vsuris & iniquitate redimet aias eorū. Itē. parcet pauperi & inopi/ & animas pauperū saluas faciet. Et rursū. liberabit pauperē a potēte: et pauperē cui nō erat adiutor. ¶ Esaias. Oculi tui videbūt Hierusalē habitationē opulētā/ tabernaculū q̄d nequaq̄ trāsferri poterit: nec auferētur claui eius in sēpiternū/ & oēs funiculi ei⁹ nō rūpēt. quia solūmō ibi magnificus est dns deus noster. ¶ Et ex opposito: qui opposita facit/ ad loca tormētorū (vt idē testatur propheta) detrudet. quis poterit habitare (īquit) de vobis cū igne deuorante/ aut quis habitabit de vobis cum ardoribus sempiternis? ADVERTE. Sexto versu. Qui iurat ꝓximo suo & nō decipit: Hieronym⁹ ex hebręo/ iurat vt se affligat & nō mutat. hec alia ab illa videt sentētia. Nā hæc particula sonare videt: Christū quadā īmutabili sētētia ac ꝓposito voluisse se affligere ꝓ ꝓximo/ hoc est gñe hūano/ cui fecit misericordiā. sicut scriptū est: cū michi molesti essēt induebar cilicio. humiliabā ī ieunio aiam meā: & oratio mea in sinu meo cōuertet. Et alibi. oculi mei elanguerunt p̄ iopia. Itē. Vota mea dño reddā ī cōspectu ois ppli ei⁹/ ī atriis dom⁹ dñi ī medio tui Hierusalē. Septuagīta aūt īterpretes: aliā secuti sūt intelligentiā/ q̄ circa litteram exposita est.

¶ Tituli inscriptio ipsi Dauid. XV.

1 COnserua me dñe quoniā speraui in te: dixi dño de⁹ me⁹ es tu/ quoniā bonorū meorū non eges.
2 Sanctis qui sunt ī terra eius: mirificauit omnes voluntates meas in eis.
3 Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea acceleraverunt.
4 Nō cōgregabo cōuēticula eorū de sāguinib⁹: nec memor ero nominū eorū per labia mea.
5 Dns pars hæreditatis meę & calicis mei: tu es qui restitues hęreditatē meam michi.
6 Funes ceciderūt michi ī p̄claris: etenim hęreditas mea p̄clara est michi.
7 Bndicā dñm qui tribuit michi intellectū: insup & vsq̄ ad noctem increpuerunt me renes mei.

¶ Tituli inscriptio ipsi Dauid. XV.

1 COnserua me domine quoniam in te speraui: dixi dño de⁹ me⁹ es tu/ quoniam bonorum meorū nō eges.
2 Sanctis qui in terra sūt ei⁹: mirificauit oēs volūtates meas inter illos
3 Multiplicatæ sūt enim infirmitates eorum: postea acceleraverunt.
4 Non cōgregabo cōuēticula eorū de sāguinibus: nec mēor ero nominū illorū p̄ labia mea.
5 Dns pars hęreditatis meę & calicis mei: tu es qui restitues michi hæreditatem meam.
6 Funes ceciderūt michi ī p̄claris: eteni hæreditas mea p̄clara ē michi
7 Bndicā dñm qui michi tribuit intellectū: insup & vsq̄ ad noctē increpauerunt me renes mei.

¶ Humilis et simplicis Dauid. XVI.

1 CVstodi me deus quoniam speraui in te/ dicens deo dominus me⁹ es tu: bene michi nō est sine te.
2 Sanctis qui in terra sūt & magnificis: ōnis voluntas mea in eis.
3 Multiplicabuntur idola eorum: post tergum sequentium.
4 Non libabo libamina eorum de sāguine: neq̄ assumam nomina eorum in labijs meis.
5 Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei: tu possessor sortis meę.
6 Lineę ceciderūt michi ī pulcherrimis: et hęreditas speciosissima mea est.
7 Bndicā dominū q̄ dedit michi consilium: insuper & noctib⁹ erudierunt me renes mei.

8 Prouidebā dominū in cōspectu meo semper: qm̄ a dextris est michi ne commouear.

9 Propter hoc lætatum est cor meū et exultauit ligua mea: insuper et caro mea requiescet i spe.

10 Q m̄ non derelinques animā meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionē.

11 Notas michi fecisti vias vitę/ adimplebis me lætitia cū vultu tuo: delectationes in dextera tua vsq; in finem.

Prouidebā dn̄m in conspectu meo semper: q̄niam a dextris est michi ne commouear.

Propter hoc delectatū est cor meū/ & exultauit ligua mea: insup & caro mea req̣escet i spe.

Quoniā nō dereliques animā meam i inferno: nec dabis sanctū tuum videre corruptionem.

Notas michi fecisti vias vitę/ adiplebis me lętitia cū vultu tuo: delectatiões in dextera tua vsq; in finem.

Proposui dn̄m in cōspectu meo semper: q̣a a dextris meis est ne cō mouear.

Propterea lętatum est cor meum/ & exultauit gloria mea: & caro mea habitauit confidenter.

Non enim derelinques animam meam in infer no: nec dabis sāctū tuum videre corruptionē

Ostendis michi semitā vitæ / plenitudinē lætitiarum ante vultū tuum: decores in dextera tua ęternos.

TITVLVS. Humilis & simplicis psalmus Dauid. Psalm⁹ de Christo dño qui vere humilis est & simplex. discite inquit a me: quia mitis sum & humilis corde. Propheta in spū: iduc it Christū ad patrē. Dns: de⁹ pater. bonorū meorū non eges: quæ sunt incarnatio/ natiuitas/ in mūdo cōuersatio/ tētationes/ passiones/ tādē mors & resurrectio/ sed cōtra tuis egeo. sancti: apostoli & discipuli & qui fidē ipsius receperūt. eius: refert patrē. mirificauit: mirabiles fecit. i firmitates: i sanię/ idolorū culturę/ idolaq; ipa. eorū: fidē scilicet suscepturorū. accelerauerūt: fidē suscipere. cōuēticula eorū de sanguinib⁹: cœt⁹ eorū in sacrificijs sanguinū/ id tādo pecudes & homines. nec memor ero nominū eorū p labia mea: nō āplius nominabo eos gentes. dominus: deus pater. pars hęreditatis meæ & calicis mei: portio / & merces mea/ & merces passionis meæ. tu es: tu pater. hæreditatem: possessionē. funes: chordę metiē darū hæreditatū & distribuendarū/ vt psalmo 77. versu 60: & forte diuisit eis terrā in funiculo distributionis. ceciderūt michi in p̄claris: possessionibus. p̄clara est michi: scilicet termini terræ. intellectū: ad discernendū inter bonū & malū/ carnē & spiritū/ deū & creaturā/ lucē & tenebras. Increpuerūt me renes mei: sensualitas mea & caro/ affectusq; carnis castigauerunt/ erudierūt me in oībus afflictionibus meis/ ne ptraherer/ prolabererq; in malum vsq; ad mortē. prouidebā dn̄m in cōspectu meo semper: hoc Christo proprium est. caro: humanitas. requiescet in spe: dormiet in morte/ quiescet in sepulchro in spe resurrectionis. in inferno: sed reuocabis in corpus. sanctū tuū: Christū tuū. corruptionē: resolutionem in primordia sua/ vt cum corpora mortuorū vermibus scatēt/ & in cinerē suū diffluunt & pulueręſ. vias vitæ: resuscitādo. cum vultu tuo: per meā ascēsionē. delectationes in dextera vsq; i finē: cū sedē a dextris tuis in gloria sāctorum omniū sempiterna. qua nos donare digne tur sanctus sanctorum: qui est super omnia benedictus in sæcula. Amen.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Conserua me dn̄e quoniā sperauī in te: dixi dño deus meus es tu/ quoniā bonorū meorū nō eges. custodi me pater semp bn̄dicte/ quoniā fiducia mea
2 est i te: dixi p̄ri meo deus meus es tu/ quoniā nullius rei es indigus/ sed cōtra/ te est michi opus. S ānctis qui sūt i terra ei⁹: mirificauit oēs volūtates meas in eis. fidelibus/ puris/ & ico
3 inquinatis qui sūt i orbe terrarū ei⁹: ipleuit/ magna & mira fecit oīa placita mea/ pater meus
4 i eis. M ultiplicatę sunt infirmitates eorū: postea accelerauerūt. cultura idolorū aucta est & ad sūmū deducta: postea ad fidē itrare festinauerūt. N ō cōgregabo cōuēticula eorū de sanguinibus: nec memor ero nominū eorū per labia mea. nō conuocabo cœtus eorū ad īmolationes animaliū: neq; memorabor vltra q̄ gētes/ q̄ idololatræ fuerit/ neq; his eos nomi
5 nibus nominabo. D ns pars hæreditatis meæ & calicis mei: tu es qui restitues hæreditatē
6 meā michi. pater meus portio & merces sortis/ possessionisq; meæ & passionis meę: O pater æterne tu es qui dabis possessionē meā michi. F unes ceciderūt michi in p̄claris: etenī hereditas mea p̄clara est michi. dim̄siones hæreditatis factę sūt michi i speciosis: etenī possessio mea speciosa est michi. B ñdicā dn̄m q tribuit michi intellectū: isup et vsq; ad noctē in-

crepuerũt me renes mei. glorificabo patrẽ meũ qui michi mentẽ largit⁹ est ad se cognoscẽ dũ & amandũ/& qui isup sensus addidit perfectos & affect⁹ eruditẽtes me in reb⁹ caducis/ tẽporalib⁹ ac trãsitorijs ad ꝓsequẽda bona & fugiẽda mala vsq; ad mortẽ. Prouidebã dominũ i cõspectu meo semp: quoniã a dextris est michi ne cõmouear. 8
Intellectu & mẽte quã michi donauit ꝓspiciebã patrẽ meũ/deũ meũ ãte me iugiter: quoniã pater me⁹ adest michi auxilio/ne a rectitudine vlla ex parte dimouear. Propter hoc lætatũ est cor meũ et exultauit lingua mea: insup & caro mea requiescet in spe. 9
Quoniã nõ derelinques aĩam meã in iferno: nec dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ. caro mea requiescet in spe/quoniã tu cœlestis pater/nõ deseres spũm meũ in mortuorũ ergastulo/ in loco 10
suppliciorũ ẽternorũ: neq; corp⁹ qđ purũ/mũdũ & incõtaminatũ seruasti/sines abire i verminũ puluerũq; resolutionẽ. Notas michi fecisti vias vitę/adiplebis me lętitia cũ vultu tuo: 11
delectatiões i dextera tua vsq; i finẽ. reducẽ fecisti me in vitã/æterno gaudio visione tui cõplebis me: voluptates i parte fœlicitatis & beatitudis tuę indeficientes sũt atq; interminę.

1 Psal. 70 CONCORDIA. In te dñe speraui/nõ cõfundar in æternũ: in iustitia tua libera me/& eripe me. ¶ Dñs in Luca. Ecce dedi vobis potestatẽ calcãdi supra serpentes & scorpiones: & 1
2 Lucę. 2 supra oẽm virtutẽ inimici/& nichil vobis nocebit. Et subiũgit. etiã pater: qa sic placuit ãte 2
3 Esaiæ. 2 te. ¶ Esaias. Incuruabit ois sublimitas hominũ/& humiliabitur altitudo virorũ/& eleuabi
4 Mal. 1 tur dñs solus i die illa: & idola penit⁹ cõterẽtur. ¶ Malachias. Ab ortu solis vsq; ad occasũ 3
4 Esai. 65 magnũ est nomẽ meũ in gentib⁹: & i õni loco sacrificat & offert noi meo oblatio mũda. Et 4
5 Psal. 141 Esaias. Seruos suos vocabit noie alio: i quo qui bñdict⁹ est sup terrã/ bñdicet i deo. Amẽ.
6 Luc. 10 ¶ Clamaui ad te dñe/dixi tu es spes mea: portio mea in terra viuẽtiũ. ¶ Dñs i Luca. Oia 5.6
7 Psal. 25 tradita sũt michi a patre meo. ¶ Pes me⁹ stetit i directo: in ecclesijs bñdicã te dñe. ¶ Mise 7.8
8 Psal. 25 ricordia tua ãte oculos meos est: et cõplacui i veritate tua. Et Petr⁹ i actis. Dauid enĩ di-
8 Act. 2 cit in eũ. ꝓuidebã enĩ dñm i cõspectu meo semp: quoniã a dextris est michi ne cõmouear. 9
9 Act. 2 ꝓpter hoc lætatũ est cor meũ/& exultauit lingua mea: insup & caro mea requiescet in spe. 10
10 Act. 2 quoniã nõ dereliques aĩam meã in iferno: nec dabis sãctũ tuũ videre corruptionẽ. Et Pau-
10 Act. 13 lus in eisdẽ. Q; autẽ suscitauit eũ a mortuis/ampli⁹ iã nõ reuersurũ i corruptionẽ: ita dicit.
11 Ioã. 17 quia dabo vobis sancta Dauid fidelia. ideoq; & alias dicit nõ dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ. ¶ In Ioanne. hæc est autem vita æterna vt cognoscant te solũ deũ verum. 11
ADVERTE. primo versu. quia bonorũ meorũ nõ eges: ex hebræo quia bene michi nõ est sine te/& id apte redditiuũ cause est ꝑcedẽtiũ. qđ autẽ dicit quia bonorũ meorũ non eges: causã nõ reddit. Id enĩ causæ minime sufficit vt sperare debeã i aliquo & ei dicere de⁹ me⁹ es tu: ꝓpterea q; rebus meis non egeat. At si vniuersa haberes/deũ autẽ nõ haberes: nõ tibi bene esset. quare vidẽtur septuagita cõuertisse intelligentiã: & dicẽdũ potiꝰ fuisse/ quia bonorũ tuorũ egeo/aut (quod & melius) quia bonum meum nõ est ꝑter te. & tunc & reddit ionis causæ & intelligẽtię cõspiratio est. ¶ Quinto versu. tu es qui restitues hæreditatẽ meã michi: ex hebręo/tu possessor sortis meæ. vbi possessionẽ hæreditatis/filius patri tribuit: in reliquis autẽ significat pater hãc hæreditatis sortẽ filio tribuere. sed id tolerabile: quãdo quidem ex Ioanne/omnia quæ patris sunt et filij sunt/et quæ filij sunt etiam et patris.

¶Oratio Dđ. XVI.

1 EXaudi dñe iustitiã meã: itẽde deprecationem meam.*
2 Aurib⁹ ꝑcipe orationẽ meã: nõ i labijs dolosis
3 De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitates.
4 Probasti cor meũ & visitasti nocte/igne me examinasti: & non est inuenta in me iniquitas.

¶Oratio Dđ. XVI.

EXaudi dñe iustitiã meã: itẽde deprecationi meæ.
Aurib⁹ ꝑcipe orationẽ meã: nõ i labijs dolosis
De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi mei videant æquitatẽ.
Probasti cor meũ et visitasti nocte/ igne me examinasti: & nõ est inuenta in me iniquitas.

¶Oratio Dđ. XVII.

AVdi deus iustum: intende deprecationem meam.
Aurib⁹ ꝑcipe oꝝonẽ me ã absq; labijs mẽdacib⁹
De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitates.
Probasti cor meũ/visitasti nocte: cõflasti me & nõ inuenisti cogitatiões meas trãsire os meum.

5 Vt non loquat os meũ opera hominũ: ꝓpter verba labiorũ tuorũ ego custodiui vias duras
6 Perfice gressus meos ī semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea.
7 Ego clamaui quoniam exaudisti me deus: inclina aurem tuam michi & exaudi verba mea.
8 Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperantes in te.
9 A resistẽtibus dexterę tuæ custodi me: vt pupillam oculi.
10 Subvmbra alarũ tuarũ ꝓtege me: a facie īpiorũ qui me afflixérunt.
11 Inimici mei aiam meã circũdedérũt/ adipẽsum concluserũt: os eorũ locutũ est superbiã.
12 Proijcientes me nũc circundederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.
13 Suscepérunt me sicut leo paratꝰ ad prædam: & sicut catulus leonis habitans in abditis.
14 Exurge domine pręueni eum & supplãta eũ/ eripe animam meã ab impio/ phrameam tuã ab inimicis manus tuę.
15 Domie a paucis de terra diuide eos ī vita eorum: de abscõditis tuis adiplet⁹ est vẽter eorũ.
16 Saturati sunt filijs: & dimisérunt reliquias suas paruulis suis.

Vt non loquat os meũ opera hominũ: ꝓpter verba labiorũ tuorũ ego custodiui vias duras
Perfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea.
Ego clamaui quoniam exaudisti me deus: inclina aurem tuam michi & exaudi verba mea.
Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperantes in te a resistẽtibus dexteræ tuæ.
Custodi me domine vt pupillam oculi/ sub vmbra alarum tuarum ꝓtege me: a facie impiorum qui me afflixerũt.
Inimici mei aiam meã circundedérũt/ adipẽsum cõcluserunt: os eorũ locutũ est superbiã.
Proijcientes me nũc circundedérũt me: oculos suos statuérũt declinare in terram.
Suscepérunt me sicut leo paratus ad prædã: & sicut catul⁹ leonis habitans in abditis.
Exurge domine pręueni eos & subuerte eos: eripe animam meã ab impio phrameam inimicorum de manu tua.
Domine a paucis a terra dispartire eos: & supplãta eos ī vita ipsorũ.
De abscõditis tuis adiplétus est venter eorũ/ saturati sunt porcina: et reliquérunt quæ super-

In opera hominũ: propter verba labiorũ tuorum ego obseruaui vias latronis.
Sustenta gressus meos in callibus tuis: & non labantur vestigia mea.
Ego inuocaui te quia exaudies me deus: inclina aurem tuã michi/ audi eloquium meum.
Mirabilẽ fac miam tuam: saluator sperantiũ.
A resistẽtibus dexterę tuæ custodi me: quasi pupillã intus in oculo.
In vmbra alarum tuarum protege me: a facie impiorum vastantium me.
Inimici mei animã meam circũdedérũt et adipe suo cõcluserũt: et ore locuti sunt superbe.
Incedentes aduersũ me nunc circũdederũt me: oculos suos posuerunt declinare in terram.
Similitudo eius quasi leonis desyderantis ꝑdã: et quasi catuli leonis sedẽtis ī abscõditis.
Surge domine præueni faciẽ eius incurua eũ/ salua animã meã ab impio: qui est gladius tuus.
A viris manus tuæ domine qui mortui sunt ī ꝓfundo/ quorũ pars in vita/ & quorũ de abscõditis tuis repleti vẽtrẽ: qui saturabuntur filijs & dimittent reliquias

	GALL.	ROM.	HEB.
Exaudi me		fuerunt paruulis ſuis.	ſuas paruulis eorum.
17	Ego autẽ in iuſtitia apparebo ĩ cõſpectu tuo: ſatiabor cum apparuerit gloria tua.	Ego autem cũ iuſtitia apparébo in conſpectu tuo: ſatiabor dum manifeſtabitur gloria tua.	Ego in iuſtitia vidébo faciem tuam: implebor cum euigilauero ſimilitudine tua.

TITVLVS. Oratio ipſi Dauid. Pſalmus. Oratio ad Chriſtũ dñm. propheta in ſpiritu: ĩducit populũ fidelẽ. Dñs: Chriſtus deus. iuſtitiã meã: iuſtã orationẽ/ iuſtũ cœtũ ſãctorũ tuorũ. intende depcationẽ meã: auribꝰ pcipe orationẽ meã. frequẽs repetitio eiuſdẽ/ orãtis affectũ inſinuãs. nõ in labijs doloſis: quã tibi offero abſq; fictione & dolo. de vultu tuo iudiciũ meũ prodeat: aſpice & iudica facta mea. oculi tui videãt ęquitates: facta in æquitate & legis tuæ obſeruatiõe. & eſt pcedẽtis particulæ declaratio. nocte: tentatione poteſtatũ tenebrarũ. igne: perſecutione hoim. nõ eſt inuẽta in me iniquitas: neq; ſuggeſtioni tenebroſæ poteſtatis/ neq; pſecutionibꝰ ſæculi ſuccubui. vt nõ loquaẽ os meũ opera hoim: opa filiorũ hoim/ quę pſalmꝰ tertiuſdecimꝰ cõtinet. verba labiorũ tuorũ: euãgeliũ. cuſtodiui/ obſeruaui vias duras: vias dęmonis/ vias latronis qui furaẽ verbũ tuũ de mẽtibus fideliũ. pfice greſſus meos in ſemitis tuis: ſtabili progreſſũ vitę meę in mãdatis tuis. vt nõ moueantur veſtigia mea: vt vita mea nõ labaẽ in tranſgreſſionẽ mãdatorũ tuorũ. clamaui: orationẽ fudi. inclina aurẽ: propicius eſto. verba mea: pcẽ meã. mirifica: admirabiles fac. dexterę tuę: ijs q ĩ miſericordia tua & bonitate tua cõfidũt/ quos & ĩ fine ſęculorũ ĩ dextera tua collocabis. vt pupillã oculi: purũ & mundũ/ & magna prouidẽtię tuæ cura. alarũ tuarũ: miſericordiæ & iuſtitiæ tuæ. ipiorũ: tã hoim q̃ ſpiritualiũ nequitiarũ. inimici mei: hoſtes mei/ peccatores & ifideles. circũdederũt: obſcederũt/ vallauerũt. Adeps: qui in ipſis valẽtiores et electiores videtur ad pſequendũ. locutũ eſt ſuperbiã: cõtra deũ et eius pcepta. proijciẽtes: eijciẽtes. in terrã: ad terrena & nõ ad deũ. ſuſceperũt: acceperũt. ad pdã: ad ſpoliãda et bona mea et vitã. i abditis: q palã nõ audẽt & mea & vitã meã ſpoliare/ occulte id moliũt̃ p iſidias. exurge: occurre ĩ auxiliũ meũ. pueni: ãticipa. ſupplãta: fruſtra. ipiꝰ: diabolus. phra meã tuã ab inimicis manꝰ tuæ: eripe/ tolle/ aufer poteſtatẽ lędẽdi/ pſecutionis gladiũ a reſiſtẽtibꝰ dexteræ tuæ. a paucis: a bonis/ a populo tuo qui pauci ſũt cõparatiõe hoſtiũ et ĩimicorũ. diuide: ſepara/ ſeiũge eos. de abſcõditis tuis adipletꝰ eſt vẽter eorũ: de imũdis/ quę a te abſcõdũt̃. ſaturati ſũt filijs: libidinibꝰ vacãdo/ nõ q̃rẽtes ſatietatẽ niſi i imũditijs carnis et delectatione liberorũ/ quibus terrena ſua/ conſimiles mores & cõſimilia pditæ vitæ reliquũt exẽpla. Iuſtitia: operibus iuſtitię & ipletionis tuę legis. ſatiabor: nõ in terrenis/ nõ in voluptatibꝰ carnis/ nõ in multitudine filiorũ/ ſed in manifeſtatione glorię tuę.

EXPOSITIO CONTINVA. Exaudi domine iuſtitiã meã: itẽde depcationẽ meã. ſuſcipe deꝰ ęterne iuſtã pcẽ meã: aĩaduerte ad ſupplicationẽ meã. Auribꝰ pcipe oronẽ meã: nõ ĩ labijs doloſis. exauditionis tuę aure admitte pcẽ meã: quã ad te porrigo nõ ĩ verbis ſimulatis/ mẽdacibꝰ & ſubdolis. De vultu tuo iudiciũ meũ prodeat: oculi tui videãt ęquitates. de ſerenitate faciei tuę ſententia iudiciaria prodeat: dulces aſpectꝰ tui facta mea diſcutiãt/ et pro ęquitate diiudicẽt. Probaſti cor meũ et viſitaſti nocte/ igne me examinaſti: et nõ eſt inuẽta in me iniquitas. piculũ feciſti aĩę meę/ pmiſiſti tenebrarũ poteſtates ſtimulis ſuis & ſuggeſtionibꝰ me moleſtare/ pſecutionibꝰ hoim probãs me cõcoxiſti me: et in oĩbus ijs nõ declinaui ad malũ. Vt nõ loquaẽ os meũ opa hoim: propter verba labiorũ tuorũ ego cuſtodiui vias duras. ꝓbaſti me/ tentatione et perſecutiõe examinaſti me/ et nõ ſũ locutꝰ ore meo facta hominũ/ nõ blaſphemaui nõ detraxi/ nõ decepi: propter pcepta et mãdata tua ego declinaui deuia maligni et itinera perditionis. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: vt non moueãtur veſtigia mea. benigniſſime deus tu hactenus adiuuiſti me/ ꝓſequere et abſolue oẽs motꝰ et volũtates meas in pceptis tuis: ne forte ꝓpria infirmitate labar et tuã in peccata/ ſi me michi ipſi reliqueris. Ego clamaui quoniã exaudiſti me deus: inclina aurẽ tuam michi et exaudi verba mea. ego ad te deus meus preces porrexi/ quia tuũ eſt exaudire precantẽ te: accõmoda michi benignitatis tuę auditũ/ et admitte pces meas. Mirifica miſericordias tuas: qui ſaluos facis ſperãtes in te. O miſericordiſſime deus/ nũc ĩ me manifeſta mirabiles miſerationes tuas: qui ſaluare ſoles confugiẽtes ad te. A reſiſtẽtibus dexterę tuę cuſtodi me: vt pupillã oculi. fortiſſime deꝰ defẽde me ab ijs qui reluctantur fortitudini et gratiæ tuę: vt õni cura et diligẽtia pupilla oculi ſolet ꝓtegi et defẽdi. Sub vmbra alarũ tuarũ ꝓtege me: a facie ipiorũ qui me afflixerũt. ſicut pulli ſub ala matris defenduntur ne videantur et rapiaṅ ab accipitre: ita ſub tegmine protectionũ tuarũ abſcõde me/ ne hoſtiles nequitię q̃ michi ꝓmoleſtę fuerũt/ videãt et diripiãt me. Inimici mei animã meã cir-

cũdederũt/ adipẽ ſuũ cõcluſerũt:os eorũ locutũ eſt ſupbiã.hoſtes mei cõſtipauerũt vitam
12 meã/fortitudinẽ ſuã collegerũt:irruperũt in blaſphemiã. Proiciẽtes me nũc circũdederũt
me:oculos ſuos ſtatuerũt declinare in terrã. cõculcãtes me/ nũc vallauerũt me: propoſue-
13 rũt non ad te deus meus/ſed in terrena mentẽ ſuã deflectere. Suſceperũt me ſicut leo para
tus ad p̃dã:& ſicut catul⁹ leonis habitãs in abditis.arripuerũt me in ſimilitudinẽ leonis fe
14 rã cõcupiſcẽtis:in ſimilitudinẽ leonculi in antro inſidiãtis. Exurge dñe p̃ueni eũ/& ſupplã
ta eũ/eripe aĩam meã ab ipio:phrameã tuã ab inimicis manus tuæ.accurre ĩ auxiliũ meũ
miſericordiarũ largitor/ãticipa hoſtẽ meũ prĩcipẽ nequitiarũ anteq̃ michi præualeat:erue
15 a faucib⁹ malignĩ ſpiritũ meũ/ab angelo pcutiẽte/ab ijs qui rebelles ſũt potẽtiæ tuę. Dñe
a paucis de terra diuide eos ĩ vita eorũ:de abſcõditis tuis adimplet⁹ eſt vẽter eorũ. dñator
æterne ſepara eos in vita ſua a paucitate ſanctorũ tuorũ qui ſũt in terra: ſepara eos/ quorũ
16 ſolis imũdicijs a quib⁹ oculos auertis ſcatẽt & referta ſũt viſcera. Saturati ſũt filijs:& dimi
ſerũt reliquias ſuas paruulis ſuis.ſolis voluptatib⁹/libidinibuſq; & intẽperãtijs ĩtẽti carna-
li prole ſunt ſatiati:& tandẽ ad æternã mortẽ ruẽtes/opes ſuas & ſimiles mores reliquerũt
17 liberis ſuis. Ego autẽ in iuſtitia apparebo in cõſpectu tuo: ſatiabor cum apparuerit gloriæ
tua.ego vero cõtra/ad vitã reſpirãs O gloriæ largitor æterne/cõparebo cõſpectui tuo nõ ĩ
carnali prole ſed in operibus iuſtitiæ & mandatorũ tuorũ obſeruatione:nõ ſaturabor ĩ hoc
mundo ſed cũ reuelabitur facies tua/cũ conformis & configuratus fuero Chriſto tuo.
ADVERTE.Quĩto verſu.vt nõ loquaẽ os meũ opa hoĩm: quod reſpõdet ex hebræo op-
tatiua eſt particula/hoc pacto.vtinã cogitatio mea nõ trãſiſſet os meũ in ope Adã/ĩ operi-
bus hoĩm narrãdis/& in q̃rimoniã trahẽdis.ſunt & codices qui habent.nõ inueniſti cogi-
tationes meas tranſiſſe os meũ:in opere hoĩm. ¶Vndecimo verſu.adipẽ ſuũ concluſerũt:
ex hebreo adipe ſuo.& ſĩ(vt adeps/ceu in tritico:quid valẽtius & delectius eſt) valẽtiores
hoſtiũ & delectiores intelligãtur:rectius ſeptimo caſu adipe ſuo cõcluſerũt aĩam meã ſcili-
cet/dicendũ eſt. ¶Duodecimo verſu.proiciẽtes me nũc circũdederũt me:Hieronym⁹ ex
hebræo aliã dat intelligẽtiã/nõ proiciẽtes aut eijciẽtes/ſed incedẽtes aduerſũ me.non enĩ
ſi proiceret aut eijceret/æque cõſonũ videt:vt circũdarent. ¶Quartodecimo verſu.Exur
ge dñe prẽueni eũ & ſupplãta eũ:Hieronym⁹ ad Sumniã ,pbat ſic eſſe dicendũ/& non vt
etiã nũc ĩ pſalmodia romana relictũ eſt p̃ueni eos & ſubuerte eos p plurale relatiuũ ¶Eo-
dẽ quartodecimo verſu vbi legit.eripe aĩam meã ab ipio phrameã tuã:legẽdũ videt phra
mea tua ſeptimo caſu.Nã & Hieronym⁹ ex hebreo explicat vt particulã ipio apponendã:
hoc pacto.ſalua aĩam meã ab ipio qui eſt gladius tuus.ſic enĩ ſpiritualis aĩarũ hoſtis pſal-
mo 21 erue a phramea de⁹ aĩam meã:nũcupat.et diſtinctio faciẽda poſt phramea.quod au
tẽ ſequitur:reſpicit ſuperiorẽ particulã erue animã meã.alioqui facta diſtinctione poſt im-
pio:exponat vt dictũ eſt poſt titulũ/etſi ſen⁹ ſit coactior:cũ eripe in alijs tralationib⁹ erue
& ſalua iterpretetur ¶Quĩtodecimo verſu.dñe a paucis de terra diuide eos:ex hebræo re-
ſpõdet a viris manus tuę qui mortui ſũt in profundo.atq; aliã Hieronym⁹ ex hebreo col-
ligere videtur ſententiã/reſpicies ſemper ſuperiorẽ particulã/ſalua/eripe ſiue erue animam
meã a viris manus tuæ qui mortui ſunt in profũdo/qui mortui ſunt in anima & ſpiritu/&
æterno adiudicati ſupplicio.ab ijs quorũ pars in vita:qui parti viuũt & parti mortui ſunt.
de quibus lege Hermã.ab ijs quorũ vẽtrẽ de abſcõditis tuis repleſti.at cũ dicit a viris ma
nus tuæ:nõ dextra/ſed ſiniſtra intelligitur/quæ plena eſt iuſtitiæ & vindictę.niſi intelliga-
mus cõtumacibus/rebellibus et inimicis vt ſeptuagita intellexere.. ¶Septimodecio ver-
ſu.cũ apparuerit gloria tua:aliter ex hebræo Hieronymus explicat/cũ euigilauero ſimili-
tudine tua.quod reſurrectionẽ noſtrã ad Chriſti ſimilitudinẽ:ſonare videt.Nã quos ad vi-
tã præſciuit æternã(vt diuin⁹ inquit Paul⁹)predeſtinauit cõformes fieri imaginis filij dei.

¶In finẽ pucro domi-
ni Dauid : q̃ locut⁹ eſt
dño verba cãtici huius
ĩ die qua eripuit eũ dñs
de manu omniũ inimi-
corum ei⁹ & de manu
Saul et dixit. XVII.

1 DIligã te dñe forti
tudo mea:dñs fir
mamentũ meum & re-

¶In finem puero dñi
Dauid:quę locutus eſt
dño verba cãtici hui⁹ in
die qua eripuit eũ dñs
de manu õniũ iimico-
rum ei⁹ & de manu Sa
ul & dixit. XVII.

DIligã te dñe vir-
t⁹ mea:domie fir-
mamentũ meum & re-

¶Victori ſeruo dñi da
uid:q̃locut⁹ eſt dño ver
ba cãtici huius ĩ die qua
liberauit eũ dñs de ma-
nu omniũ iimicorũ ei⁹
& de manu Saul & di-
xit. XVIII.

DIligã te dñe for-
titudo mea : dñs
petra mea et robur mea

Diligam te

	GALL.	ROM.	HEB.
	fugiū meū & liberator meus.	fugium meum.	um & saluator meus.
2	Deus meꝰ adiutor meus: & sperabo in eum.	Et liberator meus/ deus meus adiutor meus: & sperabo in eum.	Deus meus fortis meus:et sperabo in eo.
3	Protector meus & cornu salutis meę:& suscep tor meus.	Protector meus et cornu salutis meæ adiutor meus: laudans inuocabo dominum/& ab inimicis meis saluus ero.	Scutum meum & cornu salutis meę: & suscep tor meus.
4	Laudans inuocabo dominū:& ab iimicis meis saluus ero.		Laudatū inuocabo dominum: & ab inimicis meis saluus ero.
5	Circundederūt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis conturbauerunt me.	Circundederūt me gemitus mortis:& torrentes iniquitats conturbauerunt me.	Circundederūt me funes mortis: & torrentes diaboli terruerunt me.
6	Dolores inferni circundederunt me:ꝓoccupauerūt me laquei mortis	Dolores inferni circundederunt me/ præuenerunt me laquei mortis & in tribulatione mea	Funes inferni circundederunt me: prꝙuenerūt me laquei mortis.
7	In tribulatione mea inuocaui dominū: & ad deum meum clamaui.	inuocaui dominum:et ad deum meū clamaui.	In tribulatione mea inuocabo dominum: & ad deū meū clamabo.
8	Et exaudiuit de tẽplo sctōsuo vocē meā:et clamor meus in cōspectu eiꝰ itroiuit i aures eius.	Et exaudiuit de tẽplo sancto suo vocē meā:& clamor meꝰ i cōspectu eius itroiuit i aures eiꝰ	Exaudiet de tẽplo sancto suo vocem meam: & clamor meꝰ āte faciē eius veniet in aures eiꝰ.
9	Commota est et contremuit terra/& fundamenta montiū conturbatasūt & cōmota sūt: quoniam iratus est eis.	Et cōmota est & cōtremuit terra/& fūdamēta montiū conturbata sunt & commota sunt: qm̄ iratus est eis deus.	Cōmota est terra & cō tremuit terra/et fundamenta montium cōcussa sunt et conquassata sunt:quoniā iratus est.
10	Ascendit fumus in ira eius/& ignis a facie eiꝰ exarsit:carbones succēsi sunt ab eo.	Ascendit fumus in ira eius:& ignis a facie eiꝰ exardescit.	Ascendit fumus de fu rore eiꝰ / et ignis ex ore eius deuorās:carbones incensi sunt ab eo.
11	Inclinauit cœlos & descendit:& caligo sub pedibus eius.	Carbones succensi sūt ab eo/& inclinauit cœlos et descēdit:& caligo sub pedibus eius.	Inclinauit cœlos et descendit:& caligo sub pedibus eius.
12	Et ascēdit sup cherubi & volauit: volauit super pennas ventorum.	Et ascēdit super cherubim & volauit: volauit super pennas ventorū.	Et ascēdit super cherub & volauit: volauit sup pennas venti.
13	Et posuit tenebras latibulū suū/ i circuitu eiꝰ tabernaculū eius: tenebrosa aq̄ i nubibꝰ aeris	Et posuit tenebras latibulū suū/i circuitu eiꝰ tabernaculū eius: tenebrosa aq̄ i nubibꝰaeris.	Posuit tenebras latibulū suū i circuitu eius tabernaculū eiꝰ: tenebrosas aq̄s i nubibꝰ ętheris
14	Præ fulgore i cōspectu	Præ fulgore i cōspectu	Præ fulgore i cōspectu

eius nubes transierunt:
grādo & carbōes ignis
15 Et intonuit de cœlo do
minus/et altissimus de-
dit vocem suam:gran-
do & carbones ignis.
16 Et misit sagittas suas et
dissipauit eos: fulgura
multiplicauit & contur
bauit eos.
17 Et apparuēr fōtes aq̄-
rū:& reuelata sūt fūda
menta orbis terrarum.
18 Ab increpatione tua do
mine: ab inspiratione
spiritus iræ tuæ.
19 Misit de summo & ac-
cepit me:assumpsit me
de aquis multis.
20 Eripuit me de inimicis
meis fortissimis / & ab
ijs qui oderūt me: qm̄
cōfortati sunt sup me.
21 Prꝛeuenerūt me in die
afflictionis meę:et fact9
est dns protector me9.
22 Et eduxit me in latitu-
dinem:saluum me fecit
quoniam voluit me.
23 Et retribuet michi dns
secundū iustitiā meā:&
scd̄m puritatē manuū
mearū retribuet michi.
24 Quia custodiui vias
domini:nec impie gessi
a deo meo.
25 Q m̄ oia iudicia eius in
cōspectu meo:et iustiti-
as ei9 nō reppuli a me.
26 Et ero immaculatus cū
eo:& obseruabo me ab
iniquitate mea.
27 Et retribuet michi do
min9 scd̄m iustitiā me-

eius nubes transierunt:
grādo & carbōes ignis.
Et ītonuit de cœlo do-
minus: & altissim9 de-
dit vocē suā.
Misit sagittas suas &
dissipauit eos: fulgura
multiplicauit & contur
bauit eos
Et apparuerunt fontes
aquarū:et reuelata sunt
fūdamēta orbis terræ.
Ab īcrepatione tua do
mine: ab inspiratione
spiritus iræ tuæ.
Misit de sūmo & accē-
pit me.& assumpsit me
de multitudine aquarū
Eripuit me de inimicis
meis fortissimis / & ab
ijs qui oderunt me: qm̄
confortati sunt sup me.
Prævenerūt me in die
afflictionis meę/et fact9
est dns protector me9:
& eduxit me in latitudi
nem / saluum me fecit
quoniam voluit me.
Et retribuit michi dns
scd̄m iustitiā meā:et se-
cūdū innocētiā manuū
mearū retribuit michi.
Quia custodiui vias do
mini: nec impie gessi a
deo meo.
Q m̄ oia iudicia ei9 ī cō
spectu meo st sp:et iusti
tias ei9 nō reppuli a me
Et ero immaculat9 cū
eo:& obseruabo me ab
iniquitate mea.
Et retribuet michi do-
min9 scd̄m iustitiā me-

eius nubes transierunt:
grādo & carbōes ignis
Et intonuit ī cœlis do-
minus:& altissim9 de-
dit vocem suam grā-
dinem & carbōes ignis.
Et misit sagittas suas et
dissipauit eos: fulgura
multiplicauit & contur
bauit illos.
Et apparuerūt effusio-
nes aquarū:et reuelata
sunt fundamēta orbis.
Ab increpatiōe tua do
mine: ab inspiratione
spiritus furoris tui.
Misit de alto & acce-
pit me: extraxit me de
aquis multis.
Liberauit me de inimi
cis meis potentissimis/
& de ijs qui oderūt me:
qm̄ robustiores me erāt
Prꝛeuenerūt mei die af
flictiōis meę:et fact9 est
dns firmamētū meum.
Et eduxit me in latitu
dinē: liberauit me quia
placuit ei.
Retribuit michi dns se
cundū iustitiā meā se-
cūdū mundiciā manuū
mearū reddidit michi.
Quia custodiui vias do
mini: & non egi impie
a deo meo.
Oia enī iudicia ei9 ī cō-
spectu meo: et p̄cepta
eius non amoui a me.
Et fui immaculatus cū
eo: & custodiui me ab
iniquitate mea.
Et restituit michi dns se
cūdū iustitiā meā:et se-

Psal. 17 Diligam te

	GALL.	ROM.	HEB.
	am:& ſecūdū puritatē manuū mearum in cō ſpectu oculorum eius.	am:& ſecundū innocen tiam manuum mearū i conſpectu oculorū eiꝰ.	cūdū mūdiciā manuū mearum in conſpectu oculorum eius.
28	Cum ſancto ſanctus eris: & cum viro innocente innocens eris.	Cū ſancto ſanctꝰ eris: et cum viro innocēte innocens eris.	Cū ſancto ſanctꝰ eris: & cum viro innocente innocenter ages.
29	Et cum electo electus eris: & cum peruerſo peruerteris.	Et cum electo electus eris:et cū peruerſo ſubuerteris.	Et cum electo electus eris:et cū peruerſo peruertes.
30	Quoniam tu pplm humilē ſaluū facies: & oculos ſuperborū humiliabis.	Quoniam tu pplm humilē ſaluum facies:et oculos ſuperborū humiliabis.	Quoniam tu populum paupē ſaluabis: et oculos excelſos humiliabis
31	Quoniam tu illumínas lucernam meā domine deus meus: illumina tenebras meas.	Quoniam tu illuminas lucernam meam domine deus meus:illumina tenebras meas.	Quia tu illuminas lucernā meā domine deus meꝰ: illuminabis tenebram meam.
32	Quoniam in te eripiar a tentatione: & in deo meo trāſgrediar murū	Quoniam a te eripiar a tentatione; et in deo meo trāſgrediar murū.	In te enim currā accinctus:et in deo meo trāſiliam murum.
33	Deꝰ meus īpolluta via eiꝰ/eloquia dñi igne examinata: protector eſt omniū ſperantiū in ſe.	Deus meꝰ ipolluta via eiꝰ/eloquia dñi igne examinata : protector eſt omniū ſperantiū in ſe.	Deus immaculata via eius / eloquiū dñi igne examiatū:ſcutū eſt omnium ſperantium in ſe.
34	Quoniā quis deꝰ præter dominū:& quis deꝰ prēter deum noſtrum?	Quoniam quis deꝰ p̄ter dominum:aut quis deus p̄ter deū noſtrū?	Quoniā quis eſt deus præter dñm:et quis fortis præter deū noſtrū?
35	Deus qui præcīxit me virtute:& poſuit immaculatam viam meam.	Deus qui præcīxit me virtute:et poſuit immaculatam viam meam.	Deus qui accinxit me fortitudine: et poſuit īmaculatam viam meā.
36	Qui p̄fecit pedes meos tanq̄ ceruorum:et ſuper excelſa ſtatuēs me.	Qui p̄fecit pedes meos tanq̄ cerui:et ſup̄ excelſa ſtatuit me.	Coæquans pedes meos ceruis:et ſuper excelſa ſtatuens me.
37	Qui docet manꝰ meas ad p̄liū:et poſuiſti vt arcum ęreū brachia mea.	Qui docet manꝰ meas ad prelium:et poſuit arcū ęreū brachia mea.	Docēs manꝰ meas ad p̄liū:et cōponens quaſi arcū ęreū brachia mea
38	Et dediſti michi protectionē ſalutis tuę:et dextera tua ſuſcepit me.	Et dediſti michi protectionem ſalutis meæ/et dextera tua ſuſcepit me et diſciplina tua īpa me docebit.	Dediſti michi clypeū ſalutis tuæ/ et dextera tua confortauit me: et manſuetudo tua multiplicauit me.
39	Et diſciplina tua correxit me in finem:& diſciplia tua īpa me docebit		
40	Dilataſti greſſus meos ſubtus me:et nō ſunt infirmata veſtigia mea.	Dilataſti greſſus meos ſubtus me: et non ſunt infirmata veſtigia mea.	Dilatabis greſſꝰ meos ſubtꝰ me:et non deficient tali mei.

GALL.

41 Persequar ĩimícos meos et comprẹhendam illos: & non conuertar
42 donec deficiant. Confringam illos nec poterunt ſtare: cadent ſubtus pedes meos.
43 Et prẹcínxiſti me virtute ad bellum: ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me.
44 Et ĩimícos meos dediſti michi dorſum: et odientes me diſperdidiſti.
45 Clamauerũt nec erat q̃ ſaluos faceret ad dominum: nec exaudiuit eos
46 Et comminuam eos vt puluerem ante faciem venti: vt lutum plateárum delebo eos.
47 Eripies me de cõtradictionibus populi: cõſtitues me ĩ caput gentiũ.
48 Popul⁹ quẽ nõ cognoui ſeruiuit michi: ĩ auditu auris obediuit michi
49 Fílij alieni mẽtiti ſunt michi/filij alieni inueterati ſunt: et claudicauerunt a ſemitis ſuis.
50 Viuit domin⁹ & benedictus deus meus: & exaltetur de⁹ ſalutis meę.
51 Deus qui das vĩdictas michi/& ſubdis populos ſub me: líberator meus de inimicis meis iracundis.
52 Et ab inſurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me.
53 Propterea cõfitebor tibi in nationib⁹ dñe: &

ROM.

Perſequar ĩimícos meos & comprẹhẽdam illos/& non cõuertar donec deficiãt: affligam illos nec poterunt ſtare.
Cadent ſubtus pedes meos: & prẹcínxiſti me virtute ad bellum.
Supplãtaſti omnes inſurgentes in me ſubtus me/& inimicorũ meorum dediſti michi dorſum: & odiẽtes me diſperdidiſti.
Clamauerũt nec erat q̃ ſaluos faceret ad dñm: nec exaudiuit eos.
Et cõminuam illos vt puluerem ante faciem venti: vt lutum plateárum delebo eos.
Eripies me de cõtradictionibus populi: cõſtitues me ĩ caput gentiũ.
Populus quẽ nõ cognouí ſeruiuit mihi: obaudítu auris obediuit michi
Fílij alieni mẽtiti ſunt michi/filij alieni inueterauerũt: & claudicauerunt a ſemitis ſuis.
Viuit dominus & benedictus deus: & exaltetur deus ſalutis meę.
Deus qui das vindictã michi: & ſubdidiſti populos ſub me.
Líberator me⁹ dñs de gentibus iracundis / & ab inſurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me.
Propterea cõfitebor tibi ĩ populis dñe: & no-

HEB.

Perſequar ĩimícos meos & apprẹhendam: et non reuertar donec cõſumam eos.
Cẹdam eos & non poterunt ſurgere: cadent ſub pedibus meis.
Accínxiſti me fortitudíne ad prẹlium: incuruabis reſiſtentes michi ſub me.
Inimicorum meorũ dedíſti michi dorſum: & odiẽtes me diſpdidiſti.
Clamabunt & nõ erit qui ſaluet ad dominũ: & non exaudiet eos.
Delebo eos vt puluerem ante faciem venti: vt lutum platearum p̃iiciam eos.
Saluabis me a cõtradictionib⁹ populi: pones me in caput gentium.
Populus quẽ ignoraui ſeruiet michi: auditione auris obediet michi.
Fílij alieni mentientur michi: fílij alieni defluent & contrahentur in anguſtijs ſuis.
Viuit dominus & benedictus deus me⁹: & exaltabitur deus ſalutis meę.
Deus qui das vĩdictas michi: & congregas populos ſub me
Q̃ ſeruas me ab ínimícis meis/& a reſiſtẽtib⁹ michi eleuas me: a viro iniquo líberabis me.
Propterea cõfitebor tibi in gẽtib⁹ domine: &

Pſal. 17 Diligam. 54	GALL.	ROM.	HEB.
	noi tuo pſalmũ dicam.	mini tuo pſalmũ dicã.	nomini tuo cantabo.
	M agnificãs ſalutes regis ei9/ & faciens miſericordiam chriſto ſuo dauid: & ſemini eius vſq; in ſæculum.	M agnificans ſalutare regis ipſius / & faciens miſericordiam chriſto ſuo dauid:& ſemini ei9 vſq; in ſæculum.	M agnificanti ſalutes regis ſui & facienti miſericordiam chriſto ſuo dauid: & ſemini eius vſq; in æternum.

TITVLVS. Ad victoriam ſeruo dñi/ Dauid: qui locutus eſt dño verba cantici huius/in die qua eripuit eum dñs de manu omniũ inimicorũ ei9/& de manu Saul. Pſalm9 de Chriſto domino. propheta in ſpiritu inducit eũ ad patrem. Dñs: deus pater. in eum: deũ patrẽ. dolores mortis: in nocte paſſionis. torrẽtes iniquitatis: torrẽtes diaboli/ inundationes peccatorum generis humani/ quas aſtutia ſathanæ infudit/ pro quibus eluendis moriebatur. dolores inferni: funes/ laquei mortis ſolicitante diabolo adinuenti. prẽoccupauerunt me laquei mortis: ex inſtigatione ſathanę et iudæorũ machinatione. & eſt ſuperioris particulę explicatio/ & fere repetitio. In tribulatione mea inuocaui dñm: in agonia horti. & ad deum meum clamaui: in afflictione crucis. & exaudiuit de tẽplo ſancto ſuo vocem meã: in horto mittendo angelũ confortantẽ/ & in cruce acceptando pro redẽptione mortaliũ meã mortem. cõmota eſt & cõtremuit terra: in paſſione eius quãdo terra cõtremuit/ petrę ſciſſę ſunt/ et monumenta aperta/ & hæc erant quaſi indicia doloris & irę patris in morte filij (vt humano loquamur modo) in perfidos iudæos/ qui ex odio/ liuore/ & inuidia eũ morti tradiderant. aſcendit fumus in ira eius: hoc ſignum in euangelio ſcriptũ nõ eſt/ ſed Phlego hiſtoricus & annales/ ſimiliũ meminerunt. Inclinauit cœlos et deſcẽdit & caligo ſub pedib9 eius: quando tenebrę factę ſunt ſuper vniuerſam terrã. Et aſcendit ſuper cherubim: repurgatione lucis facta. tenebris eni illis exiſtẽtibus: quaſi pater in luctu deſcendiſſe viſus eſt. et reparata luce: viſus eſt quaſi ad ſũma conſcendiſſe. his ſiquidẽ indicijs: ſc verũ teſtatus eſt patrẽ/ & verũ qui opetijt filiũ. ſuper pẽnas ventorũ: ſuper ſublimitatẽ ſummorũ ſpirituũ. ille enim eſt de quo dicitur: qui facit angelos ſuos ſpiritus. vel hic etiã verſus: de deſcenſu totus intelligatur vt in expoſitione continua. Et poſuit tenebras latibulũ ſuũ: hoc eſt quod paulo ante & caligo ſub pedib9 eius/ ſuperioris repetitio & amplior declaratio ſignorum/ quæ in paſſione facta ſunt/ quæ trib9 ſequẽtibus verſibus declarãtur. diſſipauit eos: Iudęos qui ad dñi necẽ conuenerãt. & cõturbauit eos: vnde & centurio prę admiratione ſignorũ prorupit in vocẽ/ vere filius dei erat homo iſte. Et apparuerũt fontes aquarũ: ex illo inaudito terræ motu. & reuelata ſunt fundamẽta orbis terrarũ: reſpicit quod dictũ ſupra/ fundamenta montiũ cõturbata ſunt. Et hoc ab increpatione tua dñe: id euenit quoniã irat9 es eis. Miſit de ſũmo & accepit me: miſit auxiliũ de cœlo/ & liberauit me. aſſũpſit: eripuit/ liberauit me. de aquis multis: de multis & inundãtibus ĩ modũ aquæ tribulãtib9 me. inimicis meis fortiſſĩis: prĩcipe tenebrarũ et ei9 cõplicib9. et ab ijs q̃ oderũt me: a iudęis. quoniã cõfortati: validiores ſũt effecti ſup me. nã tũc data eſt eis deſup poteſtas ĩualeſcẽdi. Pręuenerunt me ĩ die afflictiõis meę: p̃occupare ſtuduerũt me inimici mei & poteſtates nęquã ĩ die paſſiõis meę. firmamẽtũ: ꝓpugnaculũ/ defẽſio/ neq; aduerſari9 meus ĩ me habuit quicq̃. & eduxit me ĩ latitudinẽ: eduxit animã meã ĩ libertatẽ/ nõ dimiſit ĩ capturã. liberauit me ab ore leonis: ĩimici vorare volẽtis. quoniã voluit me: quoniam placui ei. retribuit michi dñs ſcdm iuſtitiã meã: cõpẽſauit me pat/ reſuſcitãdo me ĩ imortalitatẽ. ſecũdũ puritatẽ manuũ mearũ reddidit michi: ſcdm mũdiciã operũ meorũ donauit michi redẽptionẽ gñis hũani/ et captiuos q̃ detinebanẽ ĩ mortis ergaſtulo. qa cuſtodiui vias dñi: mãdata patris mei. nec ĩpie geſſi a deo meo: nec q̃q̃ admiſi cõtra ei9 volũtatẽ. Et fui ĩmaculat9 cũ eo: quãdiu ĩ ĩra ſũ verſat9. et obſeruaui me ab iniq̃tate mea: mei gñis/ cui9 naturã aſſũpſi/ ꝓpriã offenſã nõ admiſi/ ſed ĩmunẽ ab illa me ſeruaui. Et retribuit michi dñs: repetitio q̃rti ſuperioris verſ9 in maiorẽ cõfeſſionẽ bñficij patris. ſctũs eris: ſctificabis. ĩocẽs eris: nõ nocebis/ nõ iferes flagella. cũ puerſo: ſubuerſionẽ/ plagã & flagellũ irrogabis. quoniã tu populũ humilẽ ſãctũ et innocentẽ et electũ ſaluũ facies/ ratio penultimi/ & prię ptis p̃cedẽtis verſ9. et ocl̃os ſupborũ humiliabis: ratio vltię partis p̃cedẽtis verſ9. quoniã tu pater illũinas lucernã meã: chorum euãgelizãtiũ ꝑ quos illucere debeo mũdo. illũina tenebras meas: illũina iudæos et gẽtes. quoniã ĩ te eripiar a tẽtatiõe: ĩ virtute tua liberabor a terrenis. & ĩ deo meo trãſiliã murũ: & ĩ tua dei mei virtute trãſcẽdã õne ĩter te et me/ op9 creatũ. ĩpolluta via: ĩmaculata doctrĩa. eloqa dñi: eloqa patris/ lex euãgelica. ĩgne examinata: pura/ defecata. p̃ter dñm: p̃ter non hypoſtaſes excludit ſed dñationis & deitatis pluralitatẽ. ſupprimitur reſpõſio ſcilicet prę̃ter vnũ dñm & vnũ deũ noſtrũ/ null9 eſt deus. qui ꝑfecit pedes meos: meorũ apoſtolo-

TITVLVS. Ad victoriā pſalmus Dauid. Pſalmus de Chriſto dño. Propheta in ſpiritu loquit̄. Domine: de⁹ pater. & ſup ſalutari tuo: in ſalutari tuo/ in eo ipſo q̄ eſt ſalutare tuū. labiorū eius nō fraudaſti: quia ſolo verbo curabat lāguores/ corpora/ animaſq; ſanabat/ effugabat dęmones/ quatiebat elemēta/ mare trāquillabat/ et id genus admiranda ſtupēdaq; patrabat. in benedictionibus dulcedinis: in chariſmatib⁹ ſpiritus ſācti coronā de lapide p̄cioſo: gloria/ honore/ & decore. vitā: excitationē a mortuis. tribuiſti ei lōgitudinē dierū in ſæculū & in ſæculū ſæculi: ſuſcitādo eū in vitæ īmortalitatē. in ſalutari tuo: in eoipſo quod eſt ſalutare tuū. gloriā & magnum decorē īpones ſuper eum: hoc eſt fere quod tertio verſu dictū eſt poſuiſti in capite ei⁹ coronā de lapide precioſo/ cōſtituēdo eū regē regū/ & dñm dominātiū/ ſubijciendoq; oīa ſub pedibus eius. lætificabis eū: cum ſederit in dextera tua. et hoc vltimæ particulæ 11 verſus/ pſalmi 15 reſpondet. rex: Chriſtus dñs. non cōmouebitur: non fruſtabitur/ non decipietur. Inueniatur manus tua: vltrix potētia tua. hic prophe-
ta Chriſtum regem alloquitur. omnib⁹ inimicis tuis: ab omnibus perſecutoribus tuis. dextera tua: vltrix potentia & valentior quidem/ illiſq; potentior/ eadē ſuperiori particulæ ſententia/ ſed cum augmento. pones eos: inimicos tuos. vt clibanum ignis: vt fornacē ſuccenſam. in tempore vultus tui: vindictæ tuæ. dñs: rex Chriſtus. in ira ſua: ſuperioris particulæ declaratio. in ira ſua conturbabit eos: in vindicta ſua cruciatibus afficiet eos. & deuorabit: exedet eos ignis gehēnalis. fructum eorum: omnem ſubſtantiam eorum. de terra perdes: euelles a terra. & ſemen eorum: poſteritatem eorū perdes/ euelles/ eradicabis a filijs hominum. quoniam declinauerunt in te mala: cauſam tam acerbæ vindictæ ſubiungit. quia declinauerunt: deſtituerunt/ inflixerūt in te: Chriſtum regem. mala: opprobria/ pœnas/ contumelias et flagella. cogitauerunt conſilia: Chriſtum omnino perdere/ et delere/ et terram ſuam a Romanis vendicare. non potuerunt ſtabilire: quia oppoſita eis contigerunt. ſiquidem Chriſtus dominus a mortuis reſurgens vltus eſt in eos: et romani locum et gentem eorum tulerunt. quoniam pones eos dorſum: ad onera ferenda. in reliquijs tuis præparabis vultum eorū: in vinculis/ in ſupplicijs detinebis ſenſ⁹ eorum. exaltare dñe: rex Chriſte.

20

Dñe in vir.

in virtute: in fortitudine/ in victrice potētia tua. psallem⁹ virtutes tuas nos q̄ te Christū regē cōfitemur/ psalmo et laude perēni decātabimus fortitudines/ potētias/ & victorias tuas.

EXPOSITIO CONTINVA. Dñe in virtute tua lætabitur rex: & super salutari tuo exultabit vehementer. ineffabilis pater dominator vniuersorū/ in forti auxilio tuo lętitia messię tui: & q⁹ eū constitueris salutare tuū/ saluatorē hominū & redēptorē/ exultatio eius valida. Desiderium cordis eius tribuisti ei: & volūtate labiorū eius non fraudasti eū. affectum animę & præcordiorū eius pro salute hominū largitus es ei: & quicquid voluit/ verbo potuit et effecit. Quoniā præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide precioso. īplesti desiderīū eius/ nō est fraudatus desiderio cordis sui/ quia plenitudine gratię tuæ replesti eū: regē super oīa constituisti eū. Vitā petijt a te: & tribuisti ei longitudinē dierū in sæculum/ & in sęculū sæculi. a te o fons ingenitę deitatis/ postulauit a morte excitari: tu imortalitate eū donasti in sempiternum & in durationē interminī ęui. Magna est gloria eius in salutari tuo: glorią & magnum decorē impones super eum. Ingens eius dignitas/ claritas/ et glorificatio in verbo tuo/ in eo ipso q⁹ est salutare tuum: magna glorificationis eminentia/ et cumulata pulchritudine adornabis eū. Quoniā dabis eum in benedictionē in sæculū sæculi: lætificabis eū in gaudio cū vultu tuo. gloria & summus decor eius/ quia benedictus/ benedictionisq; munera largiēs in imortalitatis ęuo: et tu fons diuinitatis præsentia tua/ aperta tui cognitione exhilarabis eū ieſiabili gaudio. Quoniā rex sperat in dño: et in misericordia altissimi non cōmouebitur. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua iueniat omnes qui te oderunt. quoniā messias et Christus dñs cōfidit i patre æterno: et miseratio eius qui super omnia est nō deseret eū. fiat ergo O messia rex benedicte vindicta tua super vniuersos hostes tuos: fortis vltio tua appræhendat vniuersos qui te odio persecuti sunt. Pones eos vt clibanū ignis in tēpore vultus tui: dñs in ira sua cōturbabit eos/ et deuorabit eos ignis. tu messia rex benedicte cum ad iudicandū veneris/ cū dies aduenerit vltionis/ cōcremabis vniuersos hostes tuos/ tanq̄ fornacē ignitā pones eos: et pater in vindicta sua mulctabit eos/ et spiritus tuus/ non charitatis sed æternę mortis igne concremabit eos. Fructum eorum de terra perdes: et semen eorum a filijs hoīm. O messia summi patris progenies omnē laborē eorum in terris irritum facies: et progeniē eorū a generatione hoīm euelles/ atq; exterminabis. Quoniā declinauerūt in te mala: cogitauerūt cōsilia quæ nō potuerūt stabilire. neq; ab re id facies O Christe rex æterne/ quia hostes tui/ Iudæi/ pōtifices/ scribæ/ et pharisæi coniecerūt in te quascunq; potuerunt afflictiones/ pœnas/ et tribulationes: inierunt pacta vt te perpetuo perderent/ quæ minime firmare valuerūt/ stabiliaq; efficere. Quoniā pones eos dorsum: in reliquijs tuis præparabis vultum eorum. nequaq̄ consilia sua stabilire valuerunt/ quoniam ex oppositō/ more iumentorum impositis tergo eorum sarcinis deprimes eos: aptabis ad tormenta et ad æternam mortem sensus eorum. Exaltare domine in virtute tua: cantabimus & psallem⁹ virtutes tuas. tibi sit gloria et exaltatio rex Christe in fortitudine victoriæ tuæ: nos fideles tui concinemus et laudabimus fortitudines et potentias tuas.

1 Luc. 10 CONCORDIA. ℂ Lucas. In ipsa hora exultauit in spiritu sancto et dixit. confitebor tibi 1
2 Luc. 10 pater cœli et terræ: quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus/ et reuelasti ea par-
3 Esaię. 11 uulis. etiam pater: quoniam sic placuit ante te. ℂ Idem. Omnia tradita sunt michi a patre 2
4 Psal. 71 meo: & nemo scit quis sit filius nisi pater/ & quis sit pater nisi filius/ et cui voluerit fili⁹ re-
5 Psal. 71 uelare. ℂ Esaias. Et requiescet super eum: spiritus domini/ spiritus sapientiæ et intellectus/ 3
6 Psal. 71 spiritus consilij et fortitudinis/ spiritus scientiæ et pietatis/ et replebit eum spiritus timo-
7 Psal. 70 ris dñi. ℂ Et viuet et dabitur ei de auro Arabiæ/ et adorabunt de ipso semper: tota die be- 4
8 Psal. 70 nedicent ei. ℂ Et adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes seruient ei. ℂ Et be- 5. 6
9 Psal. 139 nedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum. ℂ Ego autem 7
10 Hie. 18 semper sperabo: et adijciam super omnem laudem tuam. ℂ Confundantur & deficiāt de- 8
11 Hie. 18 trahentes animę meę: operiantur confusione & pudore qui quęrunt mala michi. ℂ Cadēt 9
11 Mat. 27 super cœlos carbones/ in ignem deijcies eos: in miserijs non subsistent. ℂ Hieremias. Si- 10
12 Psal. 17 cut ventus vrens dispergā eos coram inimico: dorsum & nō faciem ostendā eis in die per-
13 Psal. 17 ditiōis eorum. da filios eorum in famem & deduc eos in manus gladij: vxores eorū absq; liberis & viduæ/ et viri earum interficiantur morte. Iuuenes eorum confodiantur gladio in prelio: audiatur clamor de domibus eorum. ℂ Idem. Tu autem domine scis omne con- 11
silium eorum aduersum me in mortem: ne propicieris iniquitati eorum. Et Mattheus. Altera autem die quę est post parasceuen conuenerunt principes sacerdotum & pharisæi ad Pilatum dicentes. Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam. iube ergo custodiri sepulchrum vsq; in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius & furentur eum. et dicant plebi surrexit a mortuis: & erit nouissimus error peior

priore. ecce consilium quod non potuerunt stabilire. nã dñs surrexit a mortuis: & scimus
12 quia amplius non moritur/ neq; mors vltra illi dñabit. ℂ Et inimicos meos dedisti michi
13 dorsum: & odientes me dispdidisti. ℂ Viuit dñs & benedictus deus me⁹: & exaltet deus sa-
lutis mee. propterea confitebor tibi in nationibus dñe: & nomini tuo psalmum dicam.
ADVERTE. ℂ Tertio versu. posuisti in capite eius coronã de lapide precioso: Hieronymus ex hebræo/ pones in capite ei⁹ coronã de obrizo. quo designat aurũ optimũ. id enim aurũ purissimũ est: et vocatur aurũ ophir. vnde deduci vult Hieronym⁹ obrizũ: quasi ophirizum. Sed quid p coronã nisi honor/ per splẽdorẽ auri nisi gloria pfulgẽs/ per puritatẽ nisi summa sanctitas/ per ei⁹ ab igni indomabilitatẽ nisi summa fortitudo designãtur? sicut alio loco dicitur: corona aurea super caput ei⁹/ expressa signo sanctitatis/ glorie honoris & op⁹ fortitudinis. ℂ Sexto versu. quoniã dabis eũ benedictionẽ in sæculũ sęculi: ex hebręo pones eñi eũ benedictionẽ sempiternã. aut quia benedictionẽ a patre(quod prętẽdere videt codex grec⁹ vbi habetur ὅτι δώσω αὐτῷ εὐλογίαν quoniã dabis ei benedictionẽ) pceptur⁹ esset: vt psalmo 23 hic accipiet benedictionẽ a dño. aut qa iugiter esset ei benedicẽdum: vt psalmo 71 dicitur. adorabũt de ipso semper: tota die benedicent ei. aut quia ipse totius benedictionis largitor: vt & alibi dicitur. etenī benedictionẽ dabit legislator/ ibunt de virtute in virtutẽ: videbitur deus deorũ in Sion. Et Paulus ad Ephesios. Benedict⁹ de⁹ et pater dñi nostri IHESV Christi: qui benedixit nos in omni benedictione spirituali ī cœlestibus in Christo. aut ꝓpter hęc vniuersa simul. ℂ Duodecimo versu. Quoniã pones eos dorsum/ in reliquijs tuis præparabis vultũ eorum: Hieronym⁹ ex hebręo/ quoniã pones eos humerũ/ fines tuos firmabis contra facies eorũ. siue dicamus humerũ siue dorsũ: eos oneribus diuine vltionis grauãdos designat/ more animaliũ quæ βωτοφόρα dicunt: quę dorso & scapulis onera vehũt. potuerunt & interpretes æque vertere: pones eos humerum vt verterunt dorsum. Nã βῶτορ quod hic greçe habetur: eque humerũ vt dorsum significat. At cum illic subiũgitur in reliquijs tuis præparabis vultũ eorũ: designari videt. iter ea quæ a deo derelicta sunt: animas eorũ ad diuinã effigiẽ efformatas post onerosã mũdi vitã/ tandem relinquẽdas. & cũ hic dicit/ funes tuos firmabis cõtra facies eorũ: indicat/ tormẽta eis stabilia/ fixaq; & ꝓpetuo manẽtia præparari. & forte hic et illic idẽ prætẽdit sens⁹. nam quæ sunt reliquiæ & res(vt ita dicã) relictę a deo: nisi impij dæmones? inter quos nichilo min⁹ reprobi qui Christum regẽ humanæ salutis authorem negauere: ꝓpetuo cruciabunt.

ℂ In finem pro assumptione matutina psalmus Dauid. XXI.

1 DEus de⁹ meus respice in me/ quare me dereliquisti? longe a salute mea verba delictorum meorum.
2 Deus meus clamabo per diem & non exaudies: et nocte & non ad insipientiam michi.
3 Tu autẽ in sancto habitas: laus israel.
4 In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt et liberasti eos.
5 Ad te clamauerunt & salui facti sunt: in te sperauerunt & nõ sunt cõfusi.
6 Ego aũt sum vermis et

ℂ In finem pro susceptione matutina psalmus Dauid. XXI.

DEus de⁹ me⁹ respice ī me/ q̃re me dereliquisti? longe a salute mea verba delictorum meorum.
Deus meus clamabo per diem nec exaudies: & nocte et non ad insipientiam michi.
Tu autẽ in sancto habitas: laus israel.
In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt et liberasti eos.
Ad te clamauerunt & salui facti sunt: in te sperauerunt & non sunt confusi.
Ego aũt sum vermis et

ℂ Victori ꝓ ceruo matutino canticum Dauid. XXII.

DEus meus / deus meus/ quare dereliquisti me? longe a salute mea verba rugitus mei.
Deus meus clamabo per diem & non exaudies: & nocte nec est silentium michi.
Et tu sancte habitator laus israel/ in te confisi sunt patres nostri: confisi sunt & saluasti eos.
Ad te clamauerunt & salui facti sunt: in te cõfisi sunt & non sunt cõfusi.
Ego aũt sum vermis et

Psal.	GALL.	ROM.	HEB.
21 Deus deus.	nō hō: opprobriū hoī-	nō hō: opprobriū hoī-	nō hō: opprobriū hoī-
	num & abiectio plebis	nū & abiectio plebis.	nū & deſpectio plebis.
7	Omnes vidētes me de-	Omnes qui videbant	Oēs videntes me ſub-
	riſerunt me: locuti ſunt	me aſpernabantur me:	ſannant me: dimittunt
	labijs & mouerunt ca-	locuti ſunt labijs & mo	labium/mouent caput.
	put.	uerunt caput.	
8	Sperauit in dño eripi-	Sperauit in dño eripi-	Confugit ad domínū/
	at eum: ſaluum faciat	at eum: ſaluum faciat	ſaluet eum: liberet eum
	eum quoniam vult eū.	eum quoniam vult eū.	quoniam vult eum.
9	Quoniā tu es qui ex-	Quoniā tu es qui ab-	Tu autem propugna-
	traxiſti me de ventre/	ſtraxiſti me de ventre/	tor meus ex vtero: fidu
	ſpes mea ab vberibus	ſpes mea ab vberibus	cia mea ab vberib⁹ ma
	matris meæ: in te proie	matris meę/in te iacta-	tris meę.
	ctus ſum ex vtero.	tus ſum ex vtero: de vē-	In te proiectus ſum ex
10	De ventre matris meę	tre matris meę de⁹ me-	vtero: de ventre matris
	deus meus es tu: ne di-	us es tu.	meæ deus meus es tu.
	ſceſſeris a me.	Ne diſceſſeris a me/	Ne longe fias a me/
11	Quoniam tribulatio	quoniā tribulatio ꝓxi-	quoniā tribulatio pro-
	proxima eſt: quoniam	ma eſt: & non eſt qui	xima eſt: quoniam nō
	non eſt qui adiuuet.	adiuuet.	eſt adiutor.
12	Circūdederunt me vi-	Circūdederunt me vi-	Circundederūt me vi-
	tuli multi: tauri pīgues	tuli multi: tauri pīgues	tuli multi: tauri pīgues
	obſederunt me.	obſederunt me.	vallauerunt me.
13	Aperuerunt ſuper me	Aperuerunt in me os	Aperuerunt ſuper me
	os ſuum: ſicut leo rapi-	ſuum ſicut leo rapiens	os ſuum: quaſi leo rapi
	ens & rugiens.	& rugiens: ſicut aqua	ens & rugiens.
14	Sicut aqua effuſ⁹ ſū: &	effuſa ſunt/ & diſperſa	Sicut aq̄ effuſ⁹ ſū: et ſe-
	diſpſa ſūt oīa oſſa mea	ſunt omnia oſſa mea.	pāta ſūt oīa oſſa mea.
15	Factum eſt cor meum	Et factum eſt cor me-	Factum eſt cor meū ſi-
	tanquā cera liqueſcēs: ī	um tanq̄ cera liqueſcēs:	cut cera liquefacta: in
	medio ventris mei.	in medio ventris mei.	medio ventris mei.
16	Aruit tanq̄ teſta virt⁹	Exaruit velut teſta vir-	Aruit velut teſta forti-
	mea/& lingua mea ad-	tus mea/& lingua mea	tudo mea/& ligua mea
	hęſit faucibus meis: &	adhęſit faucibus meis:	adhęſit palato meo: &
	in puluerem mortis de-	& in puluerem mortis	in puluerē mortis de-
	duxiſti me.	deduxerunt me.	traxiſti me.
17	Qm̄ circūdederūt me	Qm̄ circūdederūt me	Circūdederunt me ve-
	canes multi: cōciliū ma	canes multi: cōciliū ma	natores/concilium peſ-
	lignantiū obſedit me.	lignantiū obſedit me.	ſimorum vallauit me: fi
18	Foderūt manus meas	Foderūt man⁹ meas/	xerunt manus meas &
	& pedes meos: dinume	& pedes meos: et dinu	pedes meos.
	rauerunt oīa oſſa mea.	merauerūt oīa oſſa mea.	Numerauerūt omnia
19	Ipſi vero cōſiderauerūt	Ipī vero cōſiderauerūt	oſſa mea: quę ipſi reſpi
	& inſpexerūt me: diui-	& cōſpexerūt me/ diui-	cientes viderunt in me.

ſerunt ſibi veſtimenta mea/& ſuper veſtē meā miſerunt ſortem.
20 Tu aūt domine ne elō gaueris auxiliū tuū:ad defēſionē meā cōſpice.
21 Erue a framea animā meam: & de manu canis vnicam meam.
22 Salua me ex ore leōis: & a cornibus vnicorniū humilitatem meā.
23 Narrabo nomē tuum fratrib9 meis: in medio eccleſiæ laudabo te.
24 Qui timetis dñm laudate eū: vniuerſum ſemē iacob glorificate eū.
25 Timeat eum omne ſemen iſrael: qm̄ nō ſpreuit neq; deſpexit deprecationem pauperis.
26 Nec auertit faciem ſuā a me:& cum clamarem ad eum exaudiuit me.
27 Apud te laus mea i eccleſia magna:vota mea reddam in conſpectu timentium eum.
28 Edent pauperes & ſaturabūtur & laudabūt dominum qui requirūt eum:viuent corda eorū in ſæculum ſæculi.
29 Reminiſcentur & conuertentur ad dominū: vniuerſi fines terræ.
30 Et adorabunt in cōſpectu eius: vniuerſæ familiæ gentium.
31 Qm̄ dñi eſt regnū: & ipe dñabitur gentium.
32 M̄ āducauerūt et adorauerūt oēs pīgues terrę: in conſpectu eius cadēt

ſerunt ſibi veſtimenta mea/& ſuper veſte mea miſerunt ſortem.
Tu aūt dñe ne lōge facias auxiliū tuū a me: ad defenſionē meā aſpice.
Erue a framea animā meam: & de manu canis vnicam meam.
Libera me de ore leōis: & a cornib9 vnicornuorum humilitatem meā
Narrabo nomē tuum fratribus meis: ī medio eccleſiæ laudabo te.
Qui timetis dñm laudate eū: vniuerſū ſemē iacob magnificate eū.
Timeat eū omne ſemē iſrael:quoniā non ſpreuit neq; deſpexit p̄ces pauperū / neq; auertit faciem ſuam a me:et dū clamarem ad eum exaudiuit me.
Apud te laus michi in eccl̄ia magna:vota mea domino reddam corā timentibus eum.
Edent pauperes & ſaturabuntur : & laudabunt dominum qui requirunt eum.
Viuet cor eorū i ſęculū ſęculi:reminiſcent̄ et cō uertentur ad dominū vniuerſi fines terræ.
Et adorabūt in cōſpectu eius omnes patriæ gentium:quoniā domini eſt regnū/& ipſe dominabitur gentium.
M̄ āducauerūt & adorauerūt oēs diuites trę: in conſpectu eius pro-

Diuiſerunt veſtimēta mea ſibi:& ſup veſtimētum meū miſerūt ſortē.
Tu aūt dñe ne lōge fias: fortitudo mea in auxilium meum feſtina.
Erue a gladio animam meam: de manu canis ſolitariam meam.
Salua me ex ore leōis: & de cornib9 vnicornium exaudi me.
Narrabo nomen tuū fratribus meis : in medio eccleſię laudabo te.
Qui timetis dñm laudate eum/omne ſemen iacob glorificate eū : et metuite eū vniuerſum ſemen iſrael.
Q m̄ nō deſpexit neq; cōtēpſit modeſtiā pauperis/& nō abſcōdit faciem ſuā ab eo: & cū clamaret ad eū exaudiuit.
Apud te laus mea ī eccleſia multa: vota mea reddam in cōſpectu timentium eum.
Comedent mites & ſaturabuntur / laudabūt dominū quęrētes eum: viuet cor eorū in ſempiternum.
Recordabūtur & conuertētur ad dominum: omnes fines terræ.
Et adorabūt coram eo vniuerſę cognatiōes gētiū:quia domini eſt regnum et dominabitur gentibus.
Comedēt et adorauerūt oēs pīgues terrę/añ faciem eius curuabunt

Psal.	GALL.	ROM.	HEB.
21 Deus deus.	omnes qui descendunt in terram.	cident vniuersi qui descendunt in terram.	genu vniuersi qui descendunt in puluere: & anima eius non viuet.
33	Et aia mea illi viuet: & semen meu seruiet ipsi.	Et aia mea ipi viuet & semen meu seruiet illi.	Semē seruiet ei: narrabitur dño in gnatione.
34	Annunciabit domino generatio vētura: & annunciabunt iustitiā eiꝰ populo qui nascet/ quē fecit dominus.	Annunciabit domino generatio vētura: & annunciabūt cœli iustitiā eius populo qui nascet quem fecit dominus.	Venient & annunciabunt iustitias eius populo qui nascetur: quæ fecit dominus.

TITVLVS. Ad victoriā pro cerua matutina psalmus de Christo dño: propheta in spiritu inducit Christū ad patrē/ & primū de iudæis loquentē. Deus deus meꝰ: hęc verba protulit in cruce. dereliquisti: deseruisti meos. longe a salute mea: a salute meorū. verba delictorum meorū: enarratio offensionū quas admiserunt. deus meꝰ clamabo per diē pro meis/ iudæis inq̄/ & nō exaudies. et nocte: per noctē/ neq; itē exaudies. & nō ad insipiētiā michi: neq; causam ignoro. tu autē in sancto habitas: laus israel. tu pater qui laus es te videntiū: in me manes/ in Christo/ in verbo tuo/ et id ipsi nō credūt/ ideo nō exaudies. in te sperauerūt patres nostri: Abraam/ Isaac et Iacob. sperauerūt et liberasti eos: at nō exaudies me pro iudæis/ quia nō sperabūt in te. ad te clamauerūt: patres nostri. et salui facti sunt: sed nō saluabis eos quia non clamabūt ad te. in te sperauerūt: patres nostri. et nō sunt cōfusi: sed isti confundētur/ quia nō sperabūt in te. ego autē sum vermis et nō homo: id per summā humilitatem dictum/ aut per occultū mysteriū. opprobriū hominū: quia omniū peccata tulit. et abiectio plebis: quia despectus et nouissimꝰ virorū/ vir dolorū. omnes videtes me deriserūt me: id tēpore passionis ipletū/ vsq; ad octauū versum. quoniā tu es qui extraxisti me: nūc de secundū dispensationē carnis assumptæ patrē alloquit vsq; ad vndecimū versum. vituli: petulans & insolēs iuuenū multitudo. tauri pigues: intēperās/ & saginata multitudo senum. aperuerūt super me os suū: cū clamarēt tolle/ tolle/ crucifige eū/ si hūc dimittis nō es amicus cęsaris/ & huiusmodi. sicut aqua effusus sum: ex flagellatione ad colūnā/ ex coronatione spinarū/ ex fossione manuū & pedū. factū est cor meū tanq̄ cera liquescens in medio vētris mei: quando omnis sanguis & spiritus resoluebat. aruit tanq̄ testa virtus mea: quādo nō sufficiebat præ debilitate baiulare crucē suā. & lingua mea adhæsit faucibꝰ meis: quādo eum potauerūt felle & myrrha. & i puluerē mortis deduxisti me: quādo in corde terræ & sepulchro collocatꝰ est. canes multi: turba inuidorū & maliuolorū. cōciliū malignātiū: id particulā explanat p̄cedentē. foderūt manꝰ meas & pedes meos: crudeliter affigēdo eū cruci. dinumerauerūt omnia ossa mea: dinumerare potuerūt eū nudū violente pertrahētes in cruce distendēdo. ipsi vero: inimici mei. diuiserūt sibi vestimēta mea: id fecerūt milites qui eum crucifixerūt. tu autē dñe: orat deū patrē aduersꝰ spirituales nequitias. erue a framea: ab angelo percutiēte. & de manu canis: de potestate iudi sathanæ. vnicā meā: spōsā meā/ ecclesiā meā. ex ore leonis: ex sęuitia diaboli rugiētis. & a cornibꝰ vnicorniū humilitatem meam: & a percussionibꝰ imanissimorū dęmonū/ angelorū sathanæ humiliatā/ abiectā & afflictā ꝓpter me spōsam meā. narrabo nomē tuū fratribus meis: manifestabo te patrē meū postq̄ surrexero apostolis & discipulis meis. i medio ecclesiæ: in cōgregatione fideliū testabor magnitudinē tuā. qui timetis dñm/ laudate eū: fideles hortatur ad laudes dei patris. vniuersū semē Iacob: semē secūdū spiritū. ōne semē israel: etiā secundū spiritū. dēpcationē pauperis: Christi sui/ qui pauper ꝓpter nos in mundū venit/ & pauper & omni auxilio destitutus ex eo trāsijt. nec auertit faciē suā a me: nō dereliquit me. & cū clamarē ad eū exaudiuit me: p̄ces meas admisit ꝓ vnica mea/ & meis fidelibꝰ. apud te: deū patrē meum. laus mea in ecclesia magna: ex me cognitio laudū tuarū i multa & diffusa cōgregatiōe fideliū. vota mea: libatione sacrificij laudis. reddā dño: offerā deo patri iuisibilis sacerdos. i cōspectu timentiū eū: in p̄sentia sāctorū angelorū & animarū. edēt pauperes: fideles mei i paupertate spirituali viuētes vescentur de sacrificio laudis/ reficientur hostia salutari. & saturabuntur: satiabuntur spiritualiter. laudabunt dominū: saturati salutari cibo prorūpent i laudes diuinas. qui requirunt eū: qui ipsum affectant/ qui ad ipsum aspirant. viuent corda eorum in sæculum sęculi: viuent animæ eorum sine fine/ beata immortalitate donatæ. reminiscentur: memoriā passionis meæ agent in sacrificio laudis. & conuertentur ad dominū: ad agnitionem cœlestis patris. omnes fines terræ: oriens/ occidens/ meridies/ & aquilo. & adorabunt: explicatio superioris particulę. manducauerunt meam carnem/ hostiam & sa-

trificiũ laudis.& adorauerũt:ſumẽdo.oẽs pingues terræ: ones principes & potẽtes in terra,
in conſpectu eius cadẽt oẽs qui deſcẽdũt in terrã:ante patrẽ procidẽt/adorabũt/& incurua
bunt genua omnes qui mortalẽ ſortiti cõditionem/in puluerẽ redeũt. & aĩa mea illi viuet:
ĩmortalitate fruetur apud patrẽ.& ſemen meũ ſeruiet ipſi:& populus qui in me regenera-
bitur/famulabitur patri & cultũ ei exhibebit.annũciabitur dño gñatio ventura: narrabĩt
patri a me/cũ ad eũ conſcendero regenerationis populus.populo qui naſcetur: populo in
me regenerato.annunciabũt cœli iuſtitiã eius: ſpiritus ſanctus qui e cœlis mittetur annũ-
ciabit iuſtitiã patris/populo qui renaſcẽ & regenerabitur.quẽ fecit:quẽ creauit & recreauit
dñs.tribuit patri ipſũ honorificans:quæ cũ patre & ſpiritu ſancto ſibi cõmunia ſunt.quib⁹
vni deo ſit omnis honor & gloria in ſæculorũ ſæcula. Amen.

1 EXPOSITIO CONTINVA.D eꝰ deꝰ meꝰ reſpice ĩ me/quare me dereliquiſti:lõge a ſa
lute mea verba delictorũ meorũ.ELI ELI LAMA ASABTANI deꝰ meꝰ deꝰ meꝰ vt qd
me dereliquiſti/pater mi attende michi/quid eſt q⁹ tu teipſũ ſubtrahis & me michi ipſi reſ
2 quis in hac peragenda pugna/in hoc bibendo calice: multũ abeſt vt facta peccatorũ/ me
ab hac paſſione liberari ſinãt/quæ tu michi impoſuiſti ferẽda.D eus meꝰ clamabo per diẽ/
& non exaudies:& nocte/& non ad inſipientiã michi,pater mi die noctuq⁹ vociferabo ad
te/& tu me ad hãc ſatiſfactionẽ peragendã/in afflictione deſeres: neq⁹ id me latet pater ſu-
3 perbenedicte.T u autẽ in ſancto habitas:laus Iſrael.O pater mi gloria ſaluandorũ cuius
4 voluntas eſt vt bibã calicẽ iſtũ:tu reſides in alto gloriæ tuæ ſolio. In te ſperauerũt patres
5 noſtri:ſperauerunt & liberaſti eos. A d te clamauerũt & ſalui facti ſunt:in te ſperauerunt et
non ſunt confuſi.O pater qui me in hac preſſura relicto/ in cœlo habitas in te confiſi ſunt
progenitores noſtri:confiſi ſunt & de tribulationib⁹ eruiſti eos.ad te vociferauerunt & ſal-
6 uaſti eos:in te confiſi ſunt/& non permiſiſti eos confundi. E go autẽ ſum vermis & nõ ho-
mo:opprobriũ hominũ & abiectio plebis.verũ O pater ſancti habitator/ ego qui in te cõfi
do/qui ad te vocifero pluſq⁹ confuſus ſum/nõ homo ſed vermis extimatus:ignominia ho-
7 minum/& horror hebraici populi. O ẽs videntes me deriſerunt me:locuti ſũt labijs/& mo
uerunt caput.vniuerſi hoſtes mei/qui in hac confuſione mea inſpexerũt me/ ludibrio ha-
8 buerunt me:ſcõmata protulerũt in me/ & motatione capitũ notauerunt me. S perauit in
domino eripiat eũ:ſaluum faciat eũ/quoniam vult eũ.per irriſionẽ dicebant in me:confi-
9 dit in deo/ſaluet eũ modo ſi vult. Q uoniã tu es qui extraxiſti me de vẽtre/ſpes mea ab vbe
ribus matris meæ:in te proiectus ſũ ex vtero,verũ eſt O pater æterne ſperaui in te/quoniã
am tu es qui de vtero virginis clauſo eduxiſti me/tu es fiducia mea a ſugendo virgineo la-
cte humilis ancillę tuę:ex latebris vteri in tuã ſuſceptionem/ protectionẽq⁹ in hunc mun-
10 dũ emiſſus ſum.D e vẽtre matris meæ deus meus es tu:ne diſceſſeris a me. O pater/ tu es
11 deus meus a plaſmatione mea / quã tu ipſe operatus es in vtero afflictæ virginis ancillæ
tuæ:ne diu abſentaueris te a me. Q uoniam tribulatio proxima eſt:quoniã non eſt qui ad-
12 iuuet.nõ diu abſẽtaueris te a me/quoniã inſtat afflictio & anguſtia:& derelictus ſum abſq⁹
13 vllo auxiliatore. C ircũdederũt me vituli multi:tauri pingues obſederunt me.vallauit me
petulantis turbæ multitudo:diuites & potẽtes ferociẽtes ãbierũt me. Aperuerunt ſup me
14 os ſuũ:ſicut leo rapiẽs & rugiẽs.iſtar leonis rugiẽtis & prędã vorãtis: laxauerũt ſuper me
fermonẽ ſuũ/me ad mortis ſuppliciũ petẽtes & rapiẽtes. S icut aqua effuſus ſũ: & diſperſa
15 ſunt omnia oſſa mea.nõ humor/ nõ ſanguis in me remanſit/ſed illũ inſtat æquæ fuderũt:
laxata ſunt/emota/diſſipata ac diſcõpaginata vniuerſa oſſa mea. Factũ eſt cor meũ tanq⁹
16 cæra liqueſcens:in medio ventris mei,reſolutus eſt õnis ſpiritus & vigor cordis mei ĩ me-
dio viſcerũ meorũ in ſimilitudinẽ cæræ quę flãma liqueſcit:& diſperit ĩ nichilũ. A ruit tãq⁹
teſta virtus mea/& lingua mea adhęſit faucibus meis: et in puluerẽ mortis deduxiſti me.
17 exſiccatus eſt õnis vitæ vigor/vt ficile in fornace figuli/lingua mea cohęſit palato/vocis
18 ipotens:et me vt eos qui in ſuũ puluerẽ redeũt/in ſepulcro condi feciſti. Q uoniã circũde-
19 derunt me canes multi: conſiliũ malignantiũ obſedit me. F oderũt manus meas et pedes
20 meos:dinumerauerũt oia oſſa mea. I pſi vero conſyderauerunt me/et inſpexerũt me:diui
ſerũt ſibi veſtimenta mea/et ſuper veſtẽ meã miſerunt ſortẽ. T u autẽ domine ne elongaue
ris auxiliũ tuũ a me:ad defenſionẽ meã conſpice.O pater miſerationis imenſę/ne diu ,pro
gaueris/ne in longum diſtuleris opis tuæ ſubuentionem a me:ad liberationem meam in-
tende:quoniã circũuallauit me multitudo inuidentiũ: congregatio me maliuole perſequẽ
tium ſepiuit me.fixuris clauorũ in manibus/pedibuſq⁹ fauciauerũt me:violẽtia diſtraxerũt
me/et dinumerabilia fecerũt vniuerſa oſſa mea. ipſi vero ſic cõfoſſũ/ſic perfractũ et veſti-
21 b⁹ exutũ cõtẽplati ſũt me/et crudelib⁹ oculis ituiti ſũt me:et partiti ſũt idumẽta mea ſibi/ et
ſortiti ſũt qs eorũ habitur⁹ eſſet tunicã meã icõſutilẽ. Erue ã phramea deꝰ aiam meã:et de
manu canis vnicã meã,pater ſupĩmẽſe & ſupbenedicte/ne diu me dereliquas/ne i lõgũ ,p-

Deus deus.

trahas auxiliū tuū a me/libera a maligno/ab angelo percutiente spiritū meū:& de potestate maligni atq; inuidi solitariā nec secū pter te habētē vllū auxiliū abeuntē animā meā/ vnicā mulierū virginē & matrē ancillā tuā/vnicā sponsā ecclesiā meā. Salua me ex ore leonis:& a cornibus vnicorniū humilitatem meā. custodi me ex faucibus iferi et sathanę:& a percussionibus ferociū et imaniū dæmonū hanc ipsā defende deiectionē & humiliationē meā. Narrabo nomē tuū fratrib⁹ meis:i medio ecclesię laudabo te. cū te eripueris pater i- 22
mēse ego ānūciabo te apostolis & charis meis quos cōmunioe carnis michi fratres dedisti:& in medio magnę congregatiōis fideliū/laudes tuas resonabo. Qui timetis dñm lau- 23
date eū:vniuersū semē Iacob glorificate eū. oēs timorē dei sanctū habētes laudib⁹ efferte patrē meū:oēs filij vicia calcātes/exaltate et magnificate eū. Timeat eum oē semē Israel: 24
quoniā nō spreuit neq; despexit deprcationē paupis. vniuersa gnatio cōtēplatione requiren tiū deū/reuereatur patrē meū:quia non aspernatus est/neq; semper iexauditū dimisit(me solo & paupe derelicto)clamorē meū. Nec auertit faciē suā a me.& cū clamarē ad eū exau- 25
diuit me. nō in longū protelauit fauorē suū a me/quin actu/tū & ilico respiceret me:& cū orarē ad eū/precibus meis exaudibilē præbuit se. Apud te laus mea in ecclesia magna:vo- 26
ta mea reddā in conspectu timentiū eū. ad te patrē meū laudatio mea in cōgregatione fidelių copiosa:et ego psoluā patri meo sacrificia mea vidētib⁹ fidelib⁹ meis/ timētib⁹ et de- 27
bita veneratione ac reuerētia colētibus eū. Edent pauperes & saturabuntur/ & laudabunt 28
dñm qui requirūt eū:viuēt corda eorū in sęculū sęculi. ea vota q̄ litabo patri comedēt fideles/terrena ob cœlestiū desyderium nichilifaciētes/ et satiabunt/& in diuinas ꝓrūpēt laudes:aię eorū libaminibus illis/ cibo illo & potu illo vitā ducēt in perpetuū. Reminiscētur 29
& cōuertent ad dñm:vniuersi fines terræ. in mei memoriā hūc pagēt ritū/& ad æterni patris agnitionē & cultū venient:habitatores totius orbis terrarū. Et adorabūt in cōspectu 30
eius: vniuersę familię gentiū. Quoniā dñi est regnū:& ipse dominabit gentiū. incuruabū- 31
tur ante patrē meū cūctę nationes hominū/qa patris mei est orbis terrę dominū: & ipse reget & moderabit nationes populorū. Adducauerūt et adorauerūt oēs pingues terrę:in 32
conspectu eius cadēt oēs qui descēdūt i terrā. hoc ritu sacro libauerūt/& venerati sūt vniuersi magnates et principes terræ:ante conspectū patris procidēt vniuersi qui hunc ingrediuntur mundū. Et aia mea illi viuet:et semen meū seruiet ipsi.& apud patrē meū vita fu- 33
ar æterna:et populus in me regenitus/ colet et venerabitur eū. Annūciabitur domino ge- 34
neratio ventura:et annunciabunt cœli iustitiā eius populo qui nāscetur/quem fecit dominus. narrabitur a me patri meo populus nasciturus:& spiritus sanctus/e cœloq; afflati virl manifestabūt legē et cęrimonias eius generationi illi venturæ/quam pater meus creauit/ recreationeq; sanctificauit ac iustificauit.

1 Mat. 27
2 Mar. 15
2 Mat. 26
2 Psal. 87
3 Psal. 76
4 Psal. 113
5 Psal. 106
6 Esa. 41
6 Psal. 72
7 Psal. 108
7 Mat. 27
8 Mat. 27
9 Psal. 70
10 Psal. 70
11 Psal. 141
12 Psal. 53
13 Psal. 108
14 Psa. 108
15 Psal. 39
16 Esa. 53
17 Mat. 26
18 Zac. 13
19 Mat. 27
20 Psal. 39
21 Psal. 143

CONCORDIA. Matthęus. Circa horā nonam clamauit IHESVS voce magna dicens. 1
ELI ELI LAMA ASABTANI. hoc est deus meus deus me⁹ vt quid dereliquisti me? ¶ Marcus. IHESVS autē iterū clamās voce magna emisit spiritū. nocte quidē clamaue- 2
rat: ex Matthęo. & progressus pusillū procidit in faciē suā orās et dicēs: pater mi si possibile est transeat a me calix iste. verūtamē nō sicut ego volo:sed sicut tu. et venit ad discipulos suos et inuenit eos dormiētes. Itē. dñe deus salutis meę: i die clamaui et nocte corā te. ¶ Deus in sancto via tua:quis deus magnus sicut deus noster? ¶ Domus israel sperauit i 3.4
dño: adiutor eorū et ꝓtector eorū est. ¶ Clamauerūt ad dñm cū tribularēt:et de necessi- 5
tatib⁹ eorū liberauit eos. ¶ Esaias. Noli timere vermis Iacob/ego auxiliat⁹ tū tui dicit dñs 6
& redēptor tuus sanctus Israel. Itē. vt tumētū factus sū apd te. ¶ Et ego fact⁹ sū opprobriū 7.
illis: viderūt me et mouerūt capita sua. Itē Matthę⁹. Prętereūtes aūt blasphemabāt eū mouētes capita sua et dicētes: vah qui destruis tēplū dei/& in triduo illud reędificas/ salua temetipsū. si filius dei es: descende de cruce. ¶ Idē. Similiter et principes sacerdotū illudētes ei 8
cū scribis et senioribus dicebāt: alios saluos fecit/ seipsū nō potest saluū facere. si rex israel
est: descēdat nūc de cruce & credim⁹ ei. cōfidit in deo: liberet nūc eū si vult. dixit enī qa fi-
lio⁹ dei sū. ¶ In te cōfirmat⁹ sū ex vtero: de vētre mris meę tu es ꝓtector me⁹. ¶ Cōsydera- 9.10
bā ad dexterā et videbā: et nō erat qui cognoscere me. Periit fuga a me:& non est qui re- 11
quirat animā meā. ¶ Quoniā alieni insurrexerūt aduersū me:et fortes quæsierūt animam 12
meā. ¶ Locuti sunt aduersū me lingua dolosa: et sermonibus odij circūdederūt me. ¶ Si- 13.14
cut vmbra cū declinat ablatus sum: et excussus sū sicut locusta ¶ Circūdederunt me mala 15
quorū nō est numerus/ cōpræhēderūt me iniquitates meæ:et nō potui vt viderē. Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: et cor meū dereliquit me. ¶ Esaias. Sicut ouis ad occi- 16
sionē ducet:& quasi agnus corā tōdente se/obmutescet. Et dabit ipios ꝓ sepultura: et diui
tes ꝓ morte sua. ¶ Matthęus. Tūc cōgregati sunt principes sacerdotū et seniores populi:& 17
concilių fecerūt vt IHESVM dolo tenerēt & occiderēt. ¶ Zacharias. Quid sūt plagę istę 18

19 in medio manuũ tuarũ: & dicet: his plagatis sũ in domo eorũ qui diligebant me. ¶ Mat-
theus. Postq̃ aũt crucifixerũt eũ: diuiserũt vestimẽta eius/ sortẽ mittentes. vt impleret qđ
20 dictũ est per prophetã dicentẽ. diuiserunt sibi vestimenta mea: & super vestem meã mise-
21 rũt sortem. ¶ Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua
& veritas tua semper susceperunt me. ¶ De gladio maligno eripe me. & erue me de manu
22 filiorũ alienorum quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorũ dextera iniquitatis.
23 ¶ Domine quando respicies? Restitue animã meã a malignitate eorum: a leonibus vnicã
meam. ¶ Paulus. Qui sanctificat & qui sanctificãtur: ex vno omnes. propter quam causã
non confunditur eos fratres vocare dicens/ nunciabo nomẽ tuũ fratribus meis: in medio
24 ecclesiæ laudabo te. Et psalmo 34. Confitebor tibi in ecclesia magna: in populõ graui lau-
25 dabo te. ¶ Exultent & lætentur qui volunt iustitiã meam: & dicãt semper magnificet dñs
qui volunt pacẽ serui eius. ¶ Timete dominũ omnes sancti eius: quia nichil deest time-
26,27 tibus eũ. Et alibi. quia astitit a dextris pauperis: vt saluã faceret a persequentibus animã
28 meã. ¶ Ego autem ad deũ clamaui: & dominus saluauit me. ¶ Vespere et mane et meri-
die narrabo et annunciabo: et exaudiet vocẽ meã. ¶ Viaticũ ei9 benedicẽs benedicã: pau
peres eius saturabo panibus. Et in actis. Erant autẽ perseuerãtes in doctrina apostolorũ: et
29 cõmunicatione fractionis panis/ et orationibus. Et Ioãnes. Si quis mãducauerit ex hoc pa
30 ne: viuet in æternũ. ¶ Esaias. parauit dominus brachiũ sãctũ suum in oculis omniũ gen-
31 tium: et videbunt omnes fines terre salutare dei nostri. ¶ Et adorabũt eum omnes reges:
32 omnes gentes seruient ei. ¶ Dominus in cœlo parauit sedem suam: et regnum ipsius om-
33 nibus dominabitur. ¶ Et dominabitur a mari vsq; ad mare: et a flumine vsq; ad terminos
34 orbis terrarũ. Coram illo procident æthiopes: et inimici eius terrã lingent. ¶ Et viuet/ et
dabitur ei de auro Arabię/ et adorabũt de ipso semper: tota die benedicent ei. ¶ Filij qui
nascentur et exurgent: narrabunt filijs suis. vt ponãt in deo spem suã et non obliuiscantur
operum dei: et mandata eius exquirant.

ADVERTE Circa titulũ ad victoriã pro ceruo matutino; ceruus matutinus: humanitas
Christi saluatoris. quę ab hora matutina apprehensionis suæ ad horã vsq; saluificę mortis
suæ in mõte Caluarię/ ceu fera quædã a venatoribus agitata/ afflicta et fatigata fuit. Et ni
chil referat siue dicas pro cerno matutino siue pro cerua matutina. nã vocabulũ hic pro-
miscuũ est: æque ceruũ ac ceruã significãs. Et spiritualis spõsa in amatorijs carminib9 cer-
uo dominũ cõparat cũ dicit. similis est dilectus meus capreę/ hinnuloq; ceruorũ. ¶ Primo
versu. deus/ deus meus respice in me: particula respice in me superfluit/ nec ex hebræo ha
betur. ¶ Eodẽ versu. verba delictorũ meorũ: Hieronymus ex hebręo verba rugitus mei.
quo clamor in animi angustia designatur: q9 ij pro quibus clamabat/ nullo modo suã salu
tẽ intelligere vellẽt. ¶ Scdo versu. clamabo per diẽ et non exaudies/ et nocte. recti9 noctẽ/
vt præcedẽs prępositio subaudiatur. vel dicamus absq; præpositione eodẽ casu clamabo
die et non exaudies et nocte: vt ex græco κράξομαι ἡμέρας καὶ οὐκ ἐισακούσῃ καὶ
νυκτὸς. ¶ Eodẽ secũdo versu. et nõ ad insipientiã michi: Hieronymus ex hebræo nec est
silẽtiũ michi. quo iugis cõtinuusq; clamor die noctuq; designatur ex nimio charitatis de-
syderio/ eius qui vult omnes homines saluos fieri/ et ad agnitionẽ venire veritatis. ¶ Se-
ptimodecimo versu. quoniã circũdederũt me canes multi: Hieronymus ex hebræo circun
dederũt me venatores. quo significatur ipsũ dominũ nostrũ/ in titulo per ceruũ matutinũ
designari. nã ab huiusmodi canib9 venatoribus/ ipse per os prophetę dicit: et fui flagellat9
tota die et castigatio mea in matutinis. ¶ Vicesimooctauo versu. edẽt paupes et saturabũt
et laudabũt dñm qui requirũt eũ. ex hebræo comedẽt mites et saturabunt/ laudabũt dñm
quærentes eũ. vbi totũ referri videt ad pcedẽtia/ acsi cõtinuata serie ita dicat: paupes siue
mites edent et saturabuntur/ et illi ipsi qui ederint laudabunt dominũ q̃rentes eũ/ cũ studio
curã adhibẽtes vt inueniãt/ vt habeãt eũ. ¶ Tricesimotio versu. et aia mea illi viuet: Hiero
nymus ex hebræo et aia eius nõ viuet. id est aiam suã nõ viuificabit: sed dabit eã in mor-
te separãdo eã a corpore. quod respõdet oraculo Esaiæ quo ait. ideo dispartiã ei plurimos/
et fortiũ diuidet spolia: pro eo q9 tradidit in mortẽ aiam suã/ et cũ sceleratis reputatus est.
¶ Vltimo versu. annũciabit dño generatio ventura: quod ex hebræo respondet/ paulo aliã
sonare videtur intelligentiã/ videlicet semen eius id est apostolos et discipulos/ quos Chri
stus exse elegit/ suaq; doctrina genuit seruituros patri/ illiq; annũciandos i gñatiõe/ nõ sen
suali/ nõ carnali sed diuina et spirituali. atq; ipsos venturos in orbẽ et annũciaturos iusti-
tias dñi populo qui nascetur/ futuris populis (vt scriptũ est in omnẽ terrã extisse sonũ eo-
rũ) ãnũciaturos inquã ea q̃ fecit dñs. et id vltimũ exponit iustitias dñi: id est ea q̃ fecit dñs.
neq; dicit quẽ vt aliæ tralatiões: vbi quẽ refert populũ. alij cõtẽdũt neq; quẽ/ neq; q̃ hic ha
beri: sed q9/ aut quoniã fecit. ꝓterea codẽ vltimo versu vbi passũ legit et ãnũciabũt cœli iu-

22 Psal. 34.
23 Heb. 2
23 Psal. 34.
24 Psal. 24.
25 Psal. 33
25 Psa. 108
26 Psal. 54.
27 Psal. 54.
28 Psal. 131
28 Act. 2
28 Ioan. 6
29 Esa. 52
30 Psal. 71
31 Psal. 102
32 Psa. 71
33 Psal. 71
34 Psa. 77

Psal. 21 Deus deus. 22

GALL. ROM. HEB.

stitiã eius: cœli neq; ex græco/ neq; ex hebræo inuenitur/ neq; gallici psalterij particula est/ vt intuerí licet ex vetustis codicibus: & in psalterio romano Hieronymus obelo cõfodit. et ãnũciabũt: ad gñationẽ illã vẽturã patri ãnũciandã referri videt. at circa litterã scdm tritũ legendi modũ expositũ est: & magis sermo q̃ itelligẽtia variat. gñatio enĩ illa/ apostoli & discipuli: vt organa spiritus sancti/ regenerationis populo iustitiã & opera Christi (q̃ ipse ĩ patrẽ referebat. pater inquit in me manẽs: ipse facit opera) annunciarunt.

¶ Psalm9 Dd. XXII.

1 DOminus regit me & nichil michi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit.

2 Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.

3 Deduxit me super semitas iustitiæ: propter nomen suum.

4 Nam & si ambulauero ĩ medio vmbrę mortis: non timebo mala quoniã tu mecum es.

5 Virga tua & baculus tuus: ipsa me consolata sunt.

6 Parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos qui tribulãt me.

7 Impinguasti in oleo caput meũ: & calix me9 iebrians q̃ prędarus est.

8 Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vitæ meæ.

9 Et vt inhabitem in domo domini: in longitudinem dierum.

In finẽ ps Dd. XXII.

DOminus regit me & nichil michi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit.

Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.

Deduxit me super semitam iustitiæ: propter nomen suum.

Nam & si ambulem in medio vmbrę mortis: non timebo mala quoniam tu mecum es.

Virga tua & baculus tuus: ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos qui tribulãt me.

Impiguasti ĩ oleo caput meum: & poculum tuũ inebriãs q̃ prędarũ est.

Et misericordia tua subsequitur me: omnibus diebus vitæ meæ.

Vt inhabitem in domo domini: in longitudine dierum.

¶ Psalm9 dd. XXIII.

DOmin9 pascit me: & nichil michi deerit.

In pascuis herbarũ acclinauit me: sup aquas refectiõis enutriuit me.

Animam meam refecit/ duxit me per semitas iustitię: propter nomen suum.

Sed & si ambulauero in valle mortis: non timebo malum quoniam tu mecum es.

Virga tua & baculus tuus: ipsa consolabuntur me.

Pones coram me mensam: ex aduerso hostium meorum.

Impinguasti oleo caput meum: calix meus inebrians.

Sed & benignitas & misericordia subsequetur me: omnibus dieb9 vitæ meæ.

Et habitabo in domo domini: in longitudine dierum.

TITVLVS. Canticũ Dauid. Psalm9 de Christo dño. propheta in spiritu loquitur in persona ecclesiæ/ populi fidelis & electi. dominus regit me: Christus dominus pascit me doctrina & pabulo vitę. & nichil michi deerit: erit michi spiritualium bonorum sufficientia. in loco pascuæ: in loco diuinorũ pabulorũ. ibi me collocauit: ĩ pascua illa diuinorũ pabulorũ. super aquã refectionis educauit me: super lauacrũ baptismi/ in quo mentẽ gratia refecit/ & spiritu regenuit me/ & enutriuit me. animã meã cõuertit: explicat prędecentẽ particulam/ animã meã conuertit ex iudaismo/ aut gentilitate ad se/ & refecit animã meã veri dei & saluatoris sui agnitione conuertit animã meã ad spiritualem & cœlestẽ vitam ex terrena generatione. sup semitas iustitiæ: pcepta sãcti euãgelij. propter nomẽ suũ: quia iust9 et saluator. ĩ medio vmbrę mortis: mũdi hui9 & hoim mũdanorũ. qa tu mecũ es: vt pastor bon9/ q̃ me pascis vt oues pascuę tuę. virga tua: directio tua. & bacul9 tuus: sustẽtatio tua/ aut

si deliquero/correptio tua. ipsa me consolata sunt: illa duo sūt michi solatio. parasti in cō-
spectu meo mēsam: tuipse parasti michi cibum/celeste mana/teipsū in eduliū/diuinā et su
perbonā eucharistiā. aduersus eos qui tribulāt me: tutamētū & protectionē aduersus ones
nequitias & potestates malignas/quęrentes me perdere. impinguasti in oleo caput meū:
oleo confirmationis tuæ fecisti me regale sacerdotiū. & calix meus inebrians q̄ præclarus
est: & poculū quod michi das/sacrosanctū sanguinē tuū/precium redēptionis nostrę/ ine-
brians diuino beneficiorū tuorū amore/q̄ pręciarū/q̄ admirabile/ q̄ omnibus alijs sęculis
incognitū/subsequetur me: comitabitur me per sacramētum reconciliationis & pœnitētiæ
si decidā/vt me subleues cadentem. omnibus diebus vitæ meę: q̄diu vixero in hoc mun-
do. & vt inhabitem in domo dñi: tandē habitare possim in cœlesti Hierusalē/in cœlesti ha
bitatione tua. in lōgitudinē dierū: in æternum & sine fine.

EXPOSITIO CONTINVA. Inducitur ī spiritu popul⁹ fidelis. Dominus regit me et ni-
chil michi deerit: in loco pascuę ibi me collocauit. dominator et redēptor me⁹ pascit & edu
cat me/neq; vllis priuabor bonis: in pascuis diuinę alimentationis/ in quibus ad carpēda
2 diuina/spiritualiaq; pabula me locauit. S uper aquam refectiōis educauit me: animā meā
cōuertit. dominator & redēptor meus super regenerationis lauacrū/ charismatū largitio-
3 nibus pauit me: ablutā mentē meā & purgatā euocauit ad se. Dēduxit me super semitas
iustitiæ: propter nomē suū. direxit me per præcepta legis diuinę: nō quia in aliquo meritus
4 sum/sed quia ipse bonus/iustus/bonisq; per se largitor. Nā & si ambulauero in medio vm-
bręmortis non timebo mala: quoniā tu mecū es. nā tu ipse ita bonus/& iustus es/q; si ices
sero & cōuersatus fuero inter eos qui opera mortis facientes/ passibiliter/ carnaliterq; vi-
uunt securus ero/minimeq; casū formidabo: quoniā tu michi ades ne ruā/ ne ꝓlabar ī delī
5 ctū. V irga tua & baculus tuus: ipsa me cōsolata sūt. directio tua & vbi oportuit castigatio/
6 & sustētatio tua: ipsa michi cōsolationē attulerūt. Parasti in cōspectu meo mēsā: aduersus
eos qui tribulāt me. dominator & redēptor me⁹ nō solū pauisti me doctrina spirituali/aqua
baptismatis regenerasti/p̄cepta iustitię tuę dedisti/corripuisti & sustētasti/sed (quę est bo-
nitas tua) dispolusisti michi cibū panē verū/ panē q̄ de cœlo descēdit/fortissimū munimētū
7 aduersus impetus spiritualiū nequitiarū. Impinguasti in oleo caput meū: & calix meus ine
briās q̄ pręclarus est. hoc pingui/et oleo lætitię prę participibus vncto edulio saginasti mē
tem meam: et poculum benedictionis & redemptionis ęternę quod michi pręstas/q̄ ineffa
8 bile/preciosum ac glorioſum est. Et misericordia tua subsequetur me: omnibus dieb⁹ vi-
tę meę. & O dominator & redemptor cum tu michi tā beneficus sis/ijs elargitis non rece
9 dis a me: sed magna mei cura & solicitudine miseratio tua toto tēpore mortalis peregrina-
tionis meę ad vestigia/ad vnūquēq; motum concomitatur me. Et vt inhabitem in domo
domini: in longitudinem dierum. miseratio tua miserator & redemptor iugiter subsequitē
me/& hoc ne bonis priuer ęternis: sed illa possideā in cœlesti habitatione tua/in illo īmor
talitatis ęuo nullum durationis finem/terminumq; vnq̄ habituro.

1 CONCORDIA. Ioannes. Per me si quis introierit saluabitur: & ingredietur & egredieť/ 1 Ioan. 10.
2 et pascua inueniet. ¶ Apocalypsis. Agn⁹ qui in medio throni est re,et illos: & deducet il- 2 Apo. 7.
3 os ad vitę fōtes aquarū. ¶ Hieremias. Assumā vos vnū de ciuitate et duos de cognatiōe: 3 Hie. 3.
et introducam vos in Sion. & dabo vobis pastores iuxta cor meū: & pascēt vos scientia et 4 Luc. 10
4 doctrina. ¶ Lucas. ecce dedi vobis potestatē calcādi supra serpentes & scorpiones/& super 4 Matt. 28
omnē virtutē inimici: & nichil vobis nocebit. Et Mattheus. Ecce ego vobiscū sum: vsq; ad 5 Act. 4.
5 consūmationē sęculi. ¶ Acta apostolorū. Conuocātes apostolos: cęsis denunciauerūt ne 6 Psal. 110
ōnino loquerentur in nomine IHESV. & illi quidē ibant gaudentes a conspectu concilij: 7 Pe. 2
6 quoniā digni habiti sunt pro nomine IHESV contumeliam pati. ¶ Memoriā fecit mira- 7 1Cor. 11
7 biliū suorum misericors & miserator domin⁹: escā dedit timētibus se. ¶ Petr⁹. Vos autē ge 8 Psal. 88
nus electum/regale sacerdotium/gens sancta/populus acquisitionis. Et Paulus. Quotes- 9 Psal. 26.
cunq; enī manducabitis panē hunc & calicem bibetis: mortem domini annunciabitis/do-
nec veniat. Probet autem seipsū homo: & sic de pane illo edat & calice bibat. qui enī man
ducat & bibit indigne: iudicium sibi manducat & bibit/ non diiudicans corpus domini.
8 ¶ In ęternum seruabo illi misericordiam meam: & testamentū meū fidele ipsi. Et ponā in
sęculum sęculi semen eius: & thronū eius sicut dies cœli. Misericordiam autem meā non
9 dispergā ab eo: neq; nocebo in veritate mea. ¶ Vnā petij a domino hanc requiram: vt ī-
habitem in domo domini omnibus diebus vitę meę.

ADVERTE q; secundę particulę quinti versus & sexti principia per pręteritū habemus: Hieronymus ex hebręo facit futurum. sed id nichil prędicat intelligentię. ¶ Particulam septimi versus q̄ pręclarus est: non ponit ex hebręo Hieronymus. sed eius loco sequenti versu posuit sed et benignitas: qua particula caremus.

Psal. 23 Domini est

GALL.

¶Psalmus Dauid prima sabbati. XXIII.

1 DOmini est terra et plenitudo eius: orbis terrarū & vniuersi qui habitant in eo.

2 Quia ipse super maria fundauit eū: & sup flumina pręparauit eum.

3 Quis ascēdet in montē domini: aut quis stabit in loco sancto eius?

4 Innocēs manib⁹ et mū do corde/ q nō accepit ī vano aīam suam: nec iurauit ī dolo ꝓximo suo

5 Hic accipiet benedictionē a dño: & misericordiā a deo salutari suo.

6 Hæc est gñatio quærētiū eū: quærentium faciem dei Iacob. Semper.

7 Attollite portas principes vestras/ & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

8 Quis est iste rex glorię? dñs fortis et potēs/ dñs potens in pręlio.

9 Attollite portas principes vestras/ & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

10 Quis est iste rex glorię? dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

ROM.

¶Psalmus Dauid prima sabbati. XXIII.

DOmini est terra et plenitudo eius: orbis terrarum & vniuersi qui habitāt in ea.

Ipse super maria fundauit ea: & super flumina pręparauit illa.

Quis ascendet in mōtē domini: aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocēs manib⁹ & mū do corde/ q nō accepit ī vano aīam suā: nec iurauit ī dolo ꝓximo suo

Hic accipiet bn̄dictionē a dño: & misericordiā a deo salutari suo.

Hæc est generatio quęrentium dn̄m: requirentiū faciē dei Iacob. Dp̄.

Tollite portas principes vestras/ et eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex glorię? dñs fortis & potēs/ dominus potēs in p̄lio.

Tollite portas principes vestras/ & eleuamini portæ ęternales: & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex glorię? dominus virtutum ipse est rex glorię.

HEB.

¶Psalmus Dauid prima sabbati. XXIIII.

DOmini est terra & plenitudo ei⁹: orbis et habitatores ei⁹

Quia ipse super maria fūdauit eum: et sup flumina stabiliuit illum.

Quis ascendet in mōtem domini: & quis stabit in loco sancto eius?

Innocēs manib⁹ et mū do corde/ qui non exaltauit frustra aiam suā: & non iurauit dolose.

Accipiet benedictionem a domino: & iustitiā a deo salutari suo.

Hęc est generatio quęrentium eū: quęrētium faciem dei Iacob. Sela.

Leuate portæ capita vestra/ & erigimini ianuæ sempiternę: & ingredietur rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? dñs fortis & potēs domin⁹ fortis in pręlio.

Leuate portæ capita vestra & erigimini ianuę sempiternæ: & ingredietur rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? dominus exercituum ipse est rex gloriæ.

12 Saluū fac populū tuū dñe & bñdic hęreditati tuę: & rege eos & extolle eos vſq; in ęternū.

ROM.

Ipi Dauid. XXVII

1 AD te domine clamabo / deus meus ne ſileas a me: & ero ſimilis deſcendētibus in lacum.

2 Exaudi vocē depcationis meę dū oro ad te: & dū extollo manus meas ad templū ſanctū tuū.

3 Ne ſimul tradas me cū pctōribus: & cū operātib⁹ iiqtatē ne ꝑdas me.

4 Cū ijs qui loquunt pacē cū ꝓximo ſuo: mala aūt ſunt in cordibus eorū.

5 Da illis dñe ſecundum opera eorū: & ſecūdum nequitiā ſtudiorum ipſorum retribue illis.

6 Redde retributionē eorum ipſis: qm̄ non intellexerunt in opera dñi: et in opera manuū eius non conſyderauerunt.

7 Deſtrue illos: nec ędificabis eos.

8 Benedictus dominus: quoniam exaudiuit vocem deprecatiōis meę.

9 Dominus adiutor meus & ꝓtector meus: & in ipſo ſperauit cor meum & adiutus ſum.

10 Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea cō fitebor illi.

11 Dominus fortitudo plebis ſuę: & protector ſalutarium chriſti ſui eſt.

12 Saluū fac populū tuū dñe / & benedic hęreditatē tuā: rege eos & extolle eos vſq; in ſęculū.

HEB.

Dauid. XXVIII.

1 Ad te dñe clamabo fortis meus ne obſurdeſcas michi: ne forte tacēte te michi / cōparer ijs q deſcēdūt in lacū.

2 Audi dñe depcationē meā cū clamauero ad te cū leuauero manus meas ad oraculū ſanctū tuū.

3 Ne tradas me cum impijs: & cum operantibus iniquitatem.

4 Qui loquūtur pacem cū amicis ſuis: & eſt malum in corde eorum.

5 Da eis ſecundum opus ſuum & ſecundum malum adinuentionū ſuarum / iuxta opus manuum ſuarū da eis: redde retributionē ſuam illis.

6 Quoniam non intelligunt opera domini / & opus manuum eius: deſtrues eos & non ędificabis.

7 Benedictus dominus: qui exaudiuit vocē deprecationis meæ.

8 Dñs fortitudo mea & ſcutum meum: in ipſo confiſum eſt cor meum & habui adiutorium.

9 Gauiſum eſt cor meū: & in cantico meo confitebor illi.

10 Dñs fortitudo mea: & robur ſalutarium chriſti ſui eſt.

11 Salua pplm tuū & bñdic hęreditati tuę: & paſce eos & ſubleua eos vſq; in ſempiternum.

TITVLVS. ipſi Dauid. Pſalmus de Chriſto dño. inducitur Chriſtus ad patrẽ loquens.

1 EXPOSITIO CONTINVA. A d te dñe clamabo deus meꝰ ne ſileas a me : ne qñ taceas a me & aſſimilabor deſcendentibus in lacũ. ad te pater vociferabo / pater mi / deus meus ne obtures auditũ clamori meo: ne qñ claudes michi exauditionis tuæ auditũ aſſimiler deſcẽ

2 dentibus in infernũ / in perditionẽ & interitũ quibꝰ tacens / quibus aures tuas claudis / & eos nõ audis. E xaudi dñe vocẽ oratiõis meę dũ oro ad te: dũ extollo manus meas ad templũ

3 ſanctũ tuũ. admitte pater deprecationẽ meã dũ ad te precẽ fundo : dũ eleuo manus meas ad cœlũ. N e ſimul tradas me cũ pctõribus: & cũ operãtibus iniquitatẽ ne perdas me. ne ſi-

4 mul perdas me cũ legis trãſgreſſoribꝰ: & ne cũ ijs qui iuſtitiã tuã prẽuaricanꝰ / ſempiternę morti ſubdas me. Q ui loquunꝰ pacẽ cũ proximo ſuo: mala autem in cordibus eorum. qui

5 tranſgreſſores loqũuntur ad amicos / proximos & meipm verba pacifica : ſed cũ pacifice loquunꝰ / in corde cogitãt fallere & pdere. D a illis ſecundũ opera eorũ: & ſcdm nequitiam

6 adinuẽtionũ ipſorũ. iuſte iudex redde eis ſcdm facta ſua: & redde eis ſcdm malitiã aſtutia-rũ ſuarũ / quarũ ipſi ex ſeipſis authores & inuẽtores ſunt. S ecundũ opa manuũ eorũ tribue

7 illis: redde retributionẽ eorũ ipſis. hic verſus reſumit qđ pcedens habet & ipſum explicat. Q uoniã nõ intellexerũt opa dñi / et in opera manuũ eiꝰ: deſtrues illos et nõ ędificabis eos.

8 quia nõ attenderũt vt intelligerẽt opa patris & oipotentiũ virtutũ eius / q̃ ante eos operatꝰ ſum / cęcos illuminãdo / ſurdos audire faciẽdo / leproſos mũdando & mortuos ſuſcitãdo : da-

9 bis eos in interitũ & ĩ ędificio cœleſtis hieruſalẽ nõ aptabis eos. B enedictus dñs: quoniam exaudiuit vocẽ depcatiõis meę. bñdictus cœleſtis pater meꝰ: quoniã nõ obturauit aures ſu-

10 as cũ orauĩ ad ſe / nõ tradidit / nõ pdidit me cũ operãtibꝰ iniquitatẽ / iuſtũ iudiciũ facit ini-micorũ meorũ / qui in opa eius intelligere noluerũt. D ns adiutor meꝰ & ꝓtector meus: &

in ipo ſperauit cor meũ & adiutus ſum. pater meus cœleſtis auxiliator & defenſor meus: &

11 in ipſo cõfiſa eſt aĩa mea / & ſenſi eiꝰ adiutoriũ. E t refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei. et exultãs ſpiritu / caro mea exhilarata eſt: et tota animi alacritate laudes eiꝰ

12 concinam. D ns fortitudo plebis ſuę: et protector ſaluationum Chriſti ſui eſt. cœleſtis pater meus robur eſt credentiũ in ſe: et defenſor eorũ qui per Chriſtũ ſuum ſaluantur. S aluũ fac populũ tuũ dñe / et benedic hęreditati tuę: et rege eos et extolle illos vſq; in ęternum. ſalua eos qui per me in te credunt / infunde benedictionem tuam ijs quos per ſalutes Chriſti tui poſſidebis: et paſce eos et ſublima eos ſine fine atq; in perpetuum.

ADVERTE. Primo verſu. ne ſileas: Hieronymꝰ ex hebræo ne obſurdeſcas / qđ eſt magis proprĩũ. ſed hæc metaphora ne ſileas / ne taceas tracta eſt: quia cũ quis precãtẽ audire nõ vult / tacet / fingẽs nõ audire et obſurdeſcere. quare ĩ noſtra tralatiõe: bis eſt locus metapho-ræ / et in hebraica ſemel. ¶ Et in eodẽ primo verſu. qđ ſubiunglt ne qñ taceas a me et aſſi-milabor deſcẽdentibꝰ in lacũ: et / ſupfluit. et ſiue et / apponaꝫ ſiue nõ / rectius diceret aſſimi-ler. qđ ex hebraica tralatione cognoſcit: vbi Hieronymus habet loco eius / ne forte tacente te cõparer ijs qui deſcendũt in lacũ. cum aũt apponit et: verbũ pręcedẽs taceas quod copu lat / oſtẽdit rectius eſſe dicendũ et aſſimiler. et tunc ſenſus intelligibilior: et ſermo melior. et tralatio græca et romana aut non habent intelligentiã: aut oppoſitam habẽt. ¶ Septimo verſu. et in opera manuũ eius: ex hebrẽo ſine prepoſitione et opus manuũ eius. quod refer tur ad ſuperius verbũ / intelligunt. quod ſignificare videtur: nõ cognoſcũt Chriſtũ / fillũ ſci licet dei incarnatũ / opus manuũ patris. et diſtinctiõis punctus melius ponitur poſt eius: vt id totũ in opera manuũ eius: in verbum pcedens intellexerũt / reſpiciat. non aũt iungatur cũ deſtrues: vt paſſim fieri ſolet. cui aſtipulatur romana tralatio / in qua dicitur: et in opera manuũ eius nõ cõſyderauerũt. ¶ Decimo verſu. et refloruit caro mea. violente trahitur id ad reſurrectionẽ: ſed potius de hilareſcentia ex exultatione ſpiritus intelligendũ eſt. quod particula ex hebrẽo illi reſpondens / gauiſum eſt cor meum: declarat. et Chriſti in terra ver ſantis et circa paſſionẽ: hæc diuina laus prophetę in ſpiritu monſtrata eſt (quod tertius ver ſus et ſequentes indicant) non autem expleta morte et reſurrectione peracta.

¶ Pſalmꝰ Dauid in cõ-ſũmatione tabernaculi.

XXVIII.

1 AFferte domino fi-lij dei: afferte do-mino filios arietum.

2 Afferte domino gloriã

¶ Pſalmꝰ Dauid in cõ-ſũmatione tabernaculi.

XXVIII.

AFferte domino fi-lij dei: afferte do-mino filios arietum.

Afferte domino gloriã

¶ Pſalmus Dauid.

XXVIII.

AFferte domio filios arietũ: afferte dño gloriã & iperiũ.

Afferte domino gloriã

Psal. 28 Afferte.

	GALL.	ROM.	HEB.
	& honorē/afferte domi no gloriā nomini eius: adorate dominum in atrio ſancto eius.	& honorem: afferte do mino gloriā nomini ei⁹ Adorate dominum in aula ſancta ei⁹/vox do mini ſuper aquas/deus maieſtatis intonuit:do minus ſup aquas mul tas.	nomini ei⁹:adorate do minū in decore ſancto.
3	Vox domini ſuper a quas / deus maieſtatis intonuit: dominus ſu per aquas multas.	Vox domini ī virtute: vox domini in magni ficentia.	Vox domini ſuper a quas/deus gloriæ into nuit: dominus ſuper a quas multas.
4	Vox domini in virtu te: vox domini in ma gnificentia.	Vox domini confrin gentis cedros/ & confri get dominus cedros li bani : & cōminuet eas tanq̄ vitulum libani/& dilectus ſicut filius vni cornuorum.	Vox domini in fortitu dine:vox domini ī de core.
5	Vox domini confrin gētis cedros:& confrin get dñs cedros libani.	Vox domini intercidē tis flammam ignis/vox domini concutientis ſo litudinē: et cōmouebit domin⁹ deſertū caddes	Vox domini confrigēs cedros : & confringet domin⁹ cedros libani.
6	Et cōminuet eas tāq̄ vi tulum libani: & dilect⁹ quemadmodum filius vnicornium.	Vox domini preparan tis ceruos / & reuelauit condenſa:& in templo eius ōnes dicēt gloriā.	Et diſperget eas quaſi vitulus libani:& ſarion quaſi filius rhinocero tis.
7	Vox domini intercidē tis flammam ignis/vox domini cōcutientis de ſertum:& commouebit domin⁹ deſertū caddes	Dominus diluuium ī habitat: & ſedebit do minus rex in æternum.	Vox domini diuidens flāmas ignis / vox dñi parturire faciens deſer tū:parturire faciet do minus deſertū caddes.
8	Vox domini prępara tis ceruos & reuelabit condenſa:& in templo eius oīs dicet gloriam.	Dominus virtutem po pulo ſuo dabit:& bene dicet populum ſuum in pace.	Vox domini obſtetri cās ceruis & reuelās ſal tus : & in templo eius omnis loquet gloriam.
9	Dominus diluuium ī habitare facit: & ſede bit dñs rex in æternū.		Domin⁹ diluuium in habitat : & ſedebit do minus rex in æternum.
10	Dominus virtutem po pulo ſuo dabit:domin⁹ benedicet populo ſuo ī pace.		Domin⁹ fortitudinem populo ſuo dabit: do minus benedicet popu lo ſuo in pace.

TITVLVS. Pſalm⁹ Dauid. cantic⁹ cōdm diuinitatē. ꝓpheta loquit̄ in ſpiritu.

EXPOSITIO CONTINVA. Afferte domino filij dei: afferte domino filios arietum. ad- 1
ducite filij regeniti: inducite in eccleſiam filios ex doctrina apoſtolorū & prophetarum.
Afferte domino gloriam & honorē/ afferte domino gloriam nomini eius: adorate domi- 2
num in atrio ſancto eius. adducite qui dominum glorificent & honorent/ adducite q glo
rificēt nomen domini: adorate patrē in ſpiritu puro. Vox dñi ſuper aquas/ deus maieſta- 3
tis itonuit: dñs ſuper aquas multas. verbū domini ſuper aquas in ſanctificationē regene-
rationis/ deus pater per filiū ſuum locutus eſt: dominus ſuper populos multos per agniti-
onem ſui. Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia. verbū dei ōnipotēs et effi- 4
cax: verbū dei in perfecto decore. Vox domini confringentis cedros:& cōfringet dñs ce- 5
dros libani. verbū dñi cōfrigēs altitudines poteſtatū:& cōteret Chriſt⁹ dñs regnū & prin-
cipat⁹ Iudęæ. Et cōminuet eas tanq̄ vitulū libani:& dilect⁹ quēadmodū filij vnicornū. & 6

verbū dñi contineret altitudines principatuū per īmolationē ſuā tanq̄ is qui vt vitulus im
7 molatus eſt in Iudea:& vt dilectus vnice patri/ceu filius vnicorniū. V ox domini interci-
dētis flammā ignis/vox domini cōcutientis deſertū:& cōmouebit dominꝰ deſertū Caddes.
verbū domini diſpartiēs ſpiritū ſanctū in linguis igneis/verbū dñi ſteriles animos pœna
& dolore afficiens vt operentur bonū:& concutiet Chriſtus dominus ſterileſ Iudæos qui-
8 bus lex ſancta data eſt in Caddes. V ox dñi præparantis ceruos & reuelabit condenſa: & ī
tēplo eius ōnes dicent gloriā.verbū domini ſpirituales & ad alta mente conſcendentes/a
pœna liberās & dolore/& manifeſtabit eis ſaltus & tuta in quibus ſe ſaluent loca:& illi vni
9 uerſi in mente ſua glorificabūt eū. D ns diluuiū inhabitare facit: & ſedebit dominꝰ rex in
æternū.Chriſtus dominus inhabitabit mentes per aquā dilutas & ſaluatas:& Chriſtꝰ dns
10 ſedebit in throno cū patre/rex omniū in perpetuū. D ominus virtutē populo ſuo dabit:do
minus benedicet populo ſuo in pace.Chriſtus dominꝰ populo ſuo/quē per alluuia aqua-
rū ſaluauit/robur elargietur & vigorē/quo multiplicabitur/ creſcet & augebit:Chriſtꝰ dns
bñdictionē dabit populo ſuo/populo regenerato/in ſpirituali mētis gete & tranquillitate.
ADVERTE.Quinto verſu.vox dñi cōfringētis cedros:rectius vt ex hebreo cōfringēs.q̄-
uis q̄ filiꝰ facit:eadē dicatur & pater facere/ & cōtra.& dñi primo loco:nota patris eſt.ſe-
cūdo vero loco & dns cōfringet cedros libani:nota filij.explicat enī ſpecialiter/quod prius
dictū eſt:vox dñi confringens cedros.vox enī dñi hic/de qua ꝓpheta:ea eſt de qua & pſal
mi 94 verſu 8 habetur.q̄ & alibi ſermo dicitur: vt hic.cū enī quietū ſilētiū cōtineret oia/
& nox in ſuo curſu mediū iter haberet:ōnipotēs ſermo tuus dñe exiliēs de cœlo a regali-
bus ſedibus/durus debellator in mediā exterminij terrā proſiliuit. Sexto verſu.& cōmi
nuet eas tanq̄ vitulū libani:ex hebræo dicendū videtur tanq̄ vitulus.nā vox domini (quæ
& verbū & filius)vitulo cōparatur:ob īmolationē ſuā factā in cruce/per quā pricipatus &
poteſtates deſtruxit.adde q̄ & copulatio & dilectus:idem innuere videntur. In eodē ſe-
xto verſu.vt filius vnicorniū:ex hebreo quaſi filius rhinocerotis.vbi nō de vnicorne ſed
de rhinocerote id eſt naricorne expreſſū eſt.nā vnicornis in malā partē ex pſalmo 21 capi
ſolet:at naricornis hic in bonā partē.quæ ex hiſtorijs pugnat aduerſus elephātē & necat:
qui in ſacris litteris Behemoth appellatur/& per quē figuratur diabolꝰ.et ex hoc loco ſin-
gularē quendā & p̄cipuū amorē gerere noſcuntur rhinocerotes ad fœtꝰ ſuos:vt is amor di
lectioni cœleſtis patris ad filiū ſymbolice cōpareť. Neq; vnicornē & rhinocerotē idē aīal
eſſe credideri:ſi vnicornis ab vnico cornu dicatur.nā rhinoceros q̄ & naricornis: duo ge-
rit.vnū i nare & alterū qđ ſupne erūpit exiguū quidē/ſed (vt volūt)validiſſimū:vt de quo
ſcribatur.Nanq; grauē cornu gemino ſic extulit vrſū:Iactat vt impoſitas taurus in aſtra pi
las.At (authore Plinio) monoceros id eſt vnicornis:vnico cornu eſt/media frōte cubito-
rū duorū eminēte. Septimo verſu.vox domini intercidētis flāmā ignis/vox dñi cōcu-
tientis:rectius ex hebreo intercidēs & cōcutiens/ & itelligētia ꝓmptior. & vt i quito verſu:
ita et hic dñi pro patre/& dominus pro filio deſumiť. Octauo verſu.vox dñi p̄parātis ce-
uos:rectius præparans ex hebræo.quod etiam et hoc loco græcus codex habet vbi dicit
Φωρὴ κυρίου καταρτιζομένη id eſt vox domini præparās & nō præparantis. et apti-
us etiam diceretur ceruas. nam quod ſuperiore verſu dicitur concutiens & commouebit:
ex hebreo reſpondet parturire faciens & parturire faciet/quod ſignificat faciens & faci-
et eſſe in dolore pariēdi.& quod hic dicit p̄parans:ex hebræo reſpondet obſtetricās.qđ ſi-
gnificat adiuuās partū/& ſoluēs a dolore pariēdi.quod quidē ad ceruas:nō ad ceruos ſpe-
ctat.& mirifice de parturitione & partu cōtinuať ſermo ex hebræo. Et ex hiſtoria cogno-
ſcuntur ceruę hanc habere ꝓprietatē:vt facilē partū habeāt. ſiquidē añ partū ſe purgant
herba quadā quæ ſeſelis dicitur:& ita facilīore vtunť vtero.& a partu duas herbas ſumūt:
quæ aros & ſeſellis appellanť/ōni ex parte et p̄cedētes & ſubſequētes leuantes dolores.ſed
quis hanc obſtetricationē ceruas edocuit : niſi verbū dñi/ per qđ cōdita ſunt vniuerſa/&
mirificis ſapiētiæ ſuæ veſtigijs obſignata? inſuper ceruæ ęditos partus exercent curſu:et fu
gā meditari docēt.ad p̄rupta ducūt:ſaltūq; (vt dicit hiſtoria)mōſtrāt.et quis hęc mōſtra-
uit/quis edocuit:niſi verbū dei artifex oīm? et huic alludit quod continuo ſubiūgit/et reue
labit cōdenſa:vbi ex hebreo et reuelans ſaltus. Et cū Hieronymꝰ dicit obſtetricās ceruis:
certū eſt fœminas intelligere/etſi ceruis ad ceruos et ceruas cōmune ſit. Et cū græcꝰ codex
habet Φωρὴ κυρίου καταρτιζομένη ἐλάφους:æque ceruas vt ceruos verti potuiſ-
ſet.nā ἔλαφος promiſcui generis eſt ad ceruū aut ceruā ſignificandā. et revera ceruas
erat vertendū. Nono verſu et decimo.dominus pro filio dicit. et rectꝰ ex hebræo dici
videtur inhabitat q̄ inhabitare facit.ſiquidem ipſe per ſe digiratur mentes purificatas/ et
alluuione aquarum ſanctificatas inhabitare:cui cum æterno patre et ſancto ſpiritu/ſit om
nis honor in ſempiterna ſæcula.Amen.

Psal. 29 Exaltabo.

GALL.

Psalmus cãtici in dedicatione domus Dauid XXIX.

1 EXaltabo te domine quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me.
2 Domine deus me⁹ clamaui ad te: & sanasti me.
3 Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me a descendẽtib⁹ in lacum.
4 Psallite domino sancti eius: et confitemini memoriæ sanctitatis eius.
5 Quoniam ira in indignatione eius: et vita in voluntate eius.
6 Ad vesperum demorabitur fletus: & ad matutinum lætitia.
7 Ego autem dixi in abũdantia mea: non mouebor in æternum.
8 Domine in voluntate tua: præstitisti decori meo virtutẽ.
9 Auertisti faciem tuam a me: & factus sum conturbatus.
10 Ad te domine clamabo: & ad deum meum deprecabor.
11 Quę vtilitas in sanguine meo: dum descendero in corruptionem?
12 Nunquid confitebitur tibi puluis: aut annunciabit veritatem tuam?
13 Audiuit domin⁹ & misertus est mei: dominus fact⁹ est adiutor meus.

ROM.

Psalm⁹ cantici in dedicatione domus Dauid. XXIX.

EXaltabo te domine quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me.
Domine deus me⁹ clamaui ad te: & sanasti me.
Domine abstraxisti ab inferis animam meam: saluasti me a descendẽtibus in lacum.
Psallite domino sancti eius & confitemini memoriæ sanctitatis eius.
Quoniam ira in indignatione eius: & vita in voluntate ipsius.
Ad vesperum demorabitur fletus: & ad matutinum lætitia.
Ego autẽ dixi in mea abundantia: non mouebor in æternum.
Domine in bona volũtate tua pręstitisti decori meo virtutem: auertisti faciem tuam a me/ et factus sum conturbat⁹.
Ad te domine clamabo & ad deum meum deprecabor: quæ vtilitas in sãguine meo/ dũ descendo in corruptionem?
Nunquid confitebitur tibi puluis: aut annunciabit veritatem tuam?
Audiuit domin⁹ & misert⁹ est michi: domin⁹ factus est adiutor me⁹.

HEB.

Psalm⁹ cãtici ad dedicationem domus Dauid. XXX.

EXaltabo te domine quoniam saluasti me: & non dilatasti inimicos meos sup me.
Domine de⁹ meus clamaui ad te: & sanasti me.
Domine eduxisti ex inferno animam meam: viuificasti me ne descẽderem in lacum.
Cantate domino sancti ei⁹: & cõfitemini memorię sanctitatis eius.
Quoniam ad momentum est ira eius: & vita in repropiciatione ei⁹.
Ad vesperum commorabitur fletus: & in matutino laus.
Ego autem dixi in abũdantia mea: non cõmouebor in sempiternum.
Domine in voluntate tua statuisti mõti meo fortitudinem: abscondisti faciem tuã a me/ & factus sum conturbat⁹.
Ad dominum clamabo: & dominum deprecabor.
Quæ est vtilitas in sanguine meo: cum descendero in corruptionem?
Nunquid confitebitur tibi puluis: aut annunciabit veritatem tuam?
Audi domine & miserere mei: domine esto adiutor.

14 Conuertisti planctum meum in gaudium mi-
chi / conscidisti saccum meum: & circundedisti me lętitia.
15 Vt cantet tibi glia mea & non compungar: do-
mine deus me⁹ in ęternum confitebor tibi.

Conuertisti planctum meum in gaudiū michi cōscidisti saccum meū/ & præcinxisti me lætitia: vt cātem tibi gloria mea & nō compūgar. Domine deus meus: in æternū confitebor tibi.

Conuertisti planctum meum in chorum michi/soluisti saccum meū: & accixisti me lętitia Vt laudet te gloria: & non taceat. Domine deus meus: ī sempiternū confitebor tibi.

TITVLVS. Psalmus cantici pro dedicatione domus Dauid. psalmus lętitię pro imutatione/pro innouatione corporis Christi ī imortalē gloriā. Psalm⁹ de Christo dño. Prophe ta in spiritu inducit Christum ad patrem.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Exaltabo te dñe quoniā suscepisti me: nec delectasti inimi
cos meos super me. magnificabo te pater superimense/quia saluasti/quia suscitasti me: nec
2 affecisti diu voluptate Iudęos & spiritus nęquitiarū super mea morte. Domine deus meus
3 clamaui ad te: & sanasti me. vociferaui ad te pater ęterne: & suscitasti me. Dñe eduxisti ab
inferno animā meā: saluasti me a descēdentib⁹ in lacū. reuocasti æterne pater aīam meā
de inferorū ergastulo in regionē superā/de morte in vitā: eripuisti me a dominatione eo-
4 rū/qui demerguntur in inferni profundū. Psallite dño sancti eius: & cōfitemini memoriæ
sāctitatis eius. laudate puri/mundi & incontaminati patrē cœlestē: habete memoriā san-
5 ctificationis eius/qua me suscitauit & vos sanctificauit. Quoniā ira ī idignatione ei⁹: et vi
ta in voluntate eius. confitemini memoriæ sāctificationis ei⁹/quoniā pater irasci nō vult:
6 & vt me suscitauit/ita & vos in vitā suscitare vult æternā. Ad vesperū demorabit flet⁹: &
ad matutinū lætitia. ī occasu terrenæ vitæ tristitia occupabit: & excitatiōe a sōno mortis sa
7 cta/gaudiū manebit sēpiternū. Ego autē dixi ī abūdātia mea: nō mouebor in æternū. ego
dixi in plenitudine diuinitatis qua cū vnit⁹ sū: nō dissociabor/nō separabor in perpetuū.
8 Dñe in voluntate tua: pstitisti decori meo virtutē. æterne pater secundū bonę voluntatis
9 tuæ placitū: vnisti humanitati meæ verbū tuū/sapiētiā tuā & virtutē. Auertisti faciē tuā a
me: & factus sum cōturbatus. absentasti parūper teipsū/ tuā diuinitatē & me michi reliq-
10 sti: & in tristitia & in desolatione sū absorptus. Ad te dñe clamabo: & ad deū meū depreca
11 bor. ad te pater vociferabo: & ad te patrē deū meū p̄ce mea contestabor. Quę vtilitas ī sā
guine meo: dū descēdero in corruptionē? quid afferet fruct⁹ mors mea/et sāguinis effusio:
12 si vt cęteri homines morte resoluor in cinerē? Nunquid cōfitebitur tibi puluis: aut annun-
ciabit veritatē tuā? nunquid cinis laudes tuas concinet: aut annūciabit populis verbū tuū?
13 & sapientiā tuā? Audiuit dñs & miser⁹ est mei: dñs fact⁹ est adiutor meus. pater exaudi-
14 uit me/misericordiā suā largitus: pater factus est auxiliator meus. Cōuertisti planctū meū
in gaudiū michi/concidisti saccū meū: & circundedisti me lætitia. tu pater cōuertisti mœ-
stitiā meā in consolationē/abstulisti mortalitatem: & induisti me imortalitate & lętitia sē-
15 piterna. Vt cantet tibi gloria mea & nō cōpungar: dñe deus meus in æternum confitebor
tibi. sic pater imense circūdedisti me lætitia/vt te laudare teneatur imortalitas mea/ neq;
me vnq̄ pœniteat: pater æterne deus meus in perpetuum psallā tibi/ laudabo te sine fine.
ADVERTE Circa titulū. Cū quippiā de nō sacro fit sacrū/de ignobili nobile et gloriosū/de
mortali imortale/de passibili impassibile/de corruptibili incorruptibile: id dedicatio/ inno-
uatio/& imutatio dicitur. qđ Greci ἐγκαινισμὸν id est dedicationē & innouationē etiā
dicūt. ἐγκαινίζω enī innouo significat. hinc illud intelligitur: quod deifer Paulus ad Co
rinthios ait. omnes quidē resurgemus: sed nō ōnes imutabimur. quomodo enī imutabun
tur/dedicabuntur innouabūturq;: ij quorū corpora nō sācta/nō fient sancta/& ignobilia/
glorioſa non fient & nobilia/& mortalia/nō fient imortalia. quæ enī semper ī morte erūt:
quo pacto imortalia sunt? & quæ in infinibili pœna/sempiternoq; tormēto: quo modo im
passibilia? & solū eorū qui in resurrectione Christiformes erūt: corpora dedicabuntur/inno
uabunturq; atq; imutabuntur. ¶ Tertio versu. Quod dicitur in tralatione hebraica viuifi
casti me ne descēderē in lacū: non negat descensū ad iferos. nā prima particula dicēs do-
mine eduxisti de inferno animā meā: restatur descēsū. qui enī fit vt educatur/extrahaturq;
quispiā de spelunca: qui in eā non descēderit? sed dicit viuificasti me/ suscitasti me/innoua
sti vitā meā: ne descēdissē ī lacū/vt ifœlicissimi hoim q; ī eā cū descēdūt nō āpli⁹ viuificāt.
qđ alij expresserūt dicētes: saluasti me a descēdētib⁹ ī lacū. ¶ Octauo versu. pstitisti decori

Psal. 29 Exaltabo. 30

meo virtutem: ex hebræo statuisti monti meo fortitudinē. per quod deifica Christi humanitas ostenditur. est enim lapis ille abscisus de monte sine manibus: qui (vt inquit Daniel propheta) factus est mons magn⁹/& ipleuit totā terrā. & de quo psalmo 67. mons i quo beneplacitum est deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem.

GALL.	ROM.	HEB.
¶ In finē ps dā XXX	¶ In finē ps dā. XXX	Victori ps dā XXXI.
1 IN te dñe sperani non confundar in æternum: in iustitia tua libera me.	IN te domine spe rani nō confūdar ī ęternū: ī tua iustitia libera me & eripe me.	IN te domine spe rani non confundar in ęternum: in iustitia tua salua me.
2 Inclina ad me aurē tuā: accelera vt eruas me.	Inclina ad me aurē tuā: accelera vt eripias me.	Inclina ad me aurē tuam: velociter libera me
3 Esto michi in deū ꝓtectorē/& in domū refugij: vt saluū me facias.	Esto michi in deū ꝓtectorē/& in locum refugij: vt saluū me facias.	Esto michi ī lapidē fortissimum/et in domum munitam: vt salues me.
4 Q m̄ fortitudo mea & refugiū meū es tu: et ꝓpter nomē tuum deduces me & enutries me.	Q m̄ firmamētū meū & refugiū meū es tu: et ꝓpt nomē tuū dux michi eris & enutries me.	Q uia petra mea et munitio mea tu es: & propter nomē tuū dux meus eris/ et enutries me.
5 E duces me de laqueo hoc quem absconderūt michi: quoniā tu es protector meus.	Et educes me de laq̄o isto quem occultauerūt michi: quoniā tu es ꝓtector meus domine/ in manus tuas commēdo spiritum meum.	E duces me de reti qđ absconderūt michi: qa tu fortitudo mea es.
6 In man⁹ tuas cōmēdabo spūm meū: redemisti me dñe de⁹ veritatis.	Redemisti me dñe de⁹ veritatis: odisti obseruātes vanitatē supuacue.	In manu tua commendabo spiritum meum: redemisti me domine deus veritatis.
7 O disti obseruantes vanitates: superuacue.	Ego autem in domino sperani: exultabo & lętabor ī misericordia tua	O disti: custodientes vanitates frustra.
8 Ego autem in domino sperani: exultabo & lætabor ī misericordia tua	Q uia respexisti humilitatem meā/ saluā fecisti de necessitatib⁹ animā meā: nec conclusisti me in manu inimici.	Ego autē in dño confisus sum: exultabo et lętabor ī misericordia tua
9 Q m̄ respexisti humilitatē meā: saluasti de necessitatib⁹ animā meā.	Statuisti in loco spacioso pedes meos: miserere michi dñe qm̄ tribulor	Q uia vidisti afflictionē meam: et cognouisti tribulationes aiæ meæ.
10 Nec conclusisti me ī manibus inimici: statuisti in loco spacioso pedes meos.	Conturbatus est in ira ocul⁹ meus: anima mea & venter meus.	Et non conclusisti me in manibus inimici: posuisti in latitudine pedes meos.
11 Miserere mei domine qm̄ tribulor: cōturbat⁹ est ī ira oculus me⁹/ anima mea & venter me⁹.	Q uoniā defecit in dolore vita mea: & anni mei in gemitibus.	Miserere mei dñe qm̄ tribulor: caligauit in furore oculus meus/ anima mea & venter me⁹.
12 Q uoniam defecit i dolore vita mea: & anni mei in gemitibus.	Infirmata est in paup-	Q uia consumptæ sunt in mœrore vitæ meæ: anni mei in gemitu.
13 Infirmata est in paup-		Infirmata est in iniq̄ta

tate virtus mea: & ossa
mea conturbata sunt.
14 Super omnes inimicos
meos factꝰ sum oppro-
briū vicinis meis valde:
& timor notis meis.
15 Qui videbant me/ fo-
ras fugerunt a mē: ob-
liuioni datus sum tanq̄
mortuus a corde.
16 Factꝰ sū tanq̄ vas pdi-
tū:quoniā audiui vitu-
perationē multorū cō-
morātium in circuitu.
17 In eo dū conuenirēt sil'
aduersum me:accipere
aiam meā cōsiliati sūt.
18 Ego autem in te spera-
ui domine/dixi deꝰ me
us es tu:in manibus tu-
is sortes meæ.
19 Eripe me de manu ini
micorum meorum:et a
persequentibus me.
20 Illustra faciē tuam sup
seruū tuū / saluum me
fac in misericordia tua
domine: nō confundar
quoniam inuocaui te.
21 Erubescāt impij et de-
ducantur in infernum:
muta fiant labia dolosa
22 Quæ loquūtur aduer
sus iustū iniquitatem: ī
superbia & in abusiōe.
23 Quā magna multitu-
do dulcedinis tuę dñe:
quam abscondisti timē
tibus te.
24 Perfecisti eis qui spe-
rant in te: in conspectu
filiorum hominum.
25 Abscondes eos in ab-
scondito faciei tuæ:a cō

tate virtus mea:& ossa
mea conturbata sunt.
Super omnes inimicos
meos factꝰ sum oppro
briū vicinis meis nimi-
um:& timor notis meis
Qui videbāt me foris/
fugiebant a me/ excidi
tanquā mortuus a cor-
de: & factus sum sicut
vas perditum.
Quoniam audiui vitu
perationem:multorum
circum habitantium.
In eo dūcōgregarēt oēs
sil'adūsū me: vt accipēt
animā meā cōsiliati sūt
Ego vero in te speraui
dñe dixi tu es deꝰ meꝰ:ī
manibus tuis tpa mea.
Libera me & eripe me
de manibus inimicorū
meorum:& a persequē
tibus me.
Illumina faciē tuā sup
seruum tuū/ & saluum
me fac in tua misericor
dia domine: non confū
dar quoniā īuocaui te.
Erubescāt impij & de-
ducantur in infernū: mu
ta efficiāt labia dolosa.
Quæ loquūtur aduer-
sus iustum iiquitatem:
in superbia & cōtēptu.
Quā magna multitu-
do dulcedinis tuæ do-
mine/quā abscōdisti ti-
mentibus te:et perfeci-
sti eā sperantibus in te/
in conspectu filiorū ho
minum.
Abscondes eos in ab-
scondito vultꝰ tui:a cō-

te fortitudo mea: et os-
sa mea cōtabuerunt.
Apud omnes hostes
meos factꝰ sum oppro-
briū & vicinis meis ni-
mis:et timor notis meis
Qui videbant me ī pla
teis/ fugiebāt me/obli-
uioni traditꝰ sum quasi
mortuus a corde: factꝰ
sum quasi vas perditū.
Audiui enim oppro-
brium multorum: con-
gregationem ī circuitu.
Cum inirēt cōsiliū ad-
uersū me:& vt auferrēt
aiam meā cogitauerūt.
Ego autem in te spera-
ui domine/dixi deꝰ me
us es tu:in manu tua tē
pora mea.
Libera me de manu ini
micorum meorum : &
persequentium me.
Ostende faciem tuam
super seruum tuum/sal
ua me in misericordia
tua:domine ne confun
dar / quia inuocaui te.
Confundātur impij et
taceant in inferno: mu-
ta fiant labia mēdacij.
Quæ loquūtur contra
iustum vetera : in sup-
bia et despectione.
Quā multa est boni-
tas tua/ quam abscon-
disti timentibus te:ope
ratus es sperantibus in
te / in conspectu filio-
rum hominum.
Abscondes eos in pte
ctione vultus tui:a du-

	GALL.	ROM.	HEB.
	turbatione hominum.	turbatione hominum.	ritia viri.
26	Proteges eos in tabernaculo: a contradictione linguarum.	Proteges eos in tabernaculo tuo: a contradictione linguarum.	Abscondes eos in vmbra: a contradictione linguarum.
27	Benedictus dñs quoniam mirificauit misericordiam suam michi: in ciuitate munita.	Benedictus dominus: quoniã mirificauit misericordiam suam in ciuitate circunstantiæ.	Benedictus dominus qui mirabilem fecit misericordiã suam michi: in ciuitate munita.
28	Ego autem dixi in excessu mẽtis meę: piect⁹ sũ a facie oc̃lorũ tuorũ.	Ego autem dixi in pauore meo: proiect⁹ sum a vultu oculorũ tuorũ.	Ego autẽ dixi in stupore meo: proiectus sũ de cõspectu oc̃lorũ tuorũ.
29	Ideo exaudisti vocem orationis meę: dum clamarem ad te.	Ideo exaudisti vocem deprecationis meę: dũ clamarem ad te.	Ergo ne audisti vocem deprecationis meę: cũ clamarem ad te.
30	Diligite dominũ õnes sancti eius/ quoniam veritates requret domin⁹: & retribuet abundanter facientibus supbiã.	Diligite dominũ omnes sancti eius/ quoniã veritatẽ requiret dñs: & retribuet ijs qui abũdanter faciunt supbiã.	Diligite dominum omnes sancti eius/ fideles seruat dominus: & retribuet ijs qui satis operantur superbiam.
31	Viriliter agite & cõfortetur cor vestrum: õnes qui speratis in domino.	Viriliter agite & cõfortetur cor vestrum: õnes qui speratis i domino.	Confortamini & roboretur cor vestrum: õnes qui expectatis dñm.

TITVLVS. Ad victoriã psalmus Dauid. Psalmus de Christo dño. inducit propheta Christũ dñm secundũ dispensationẽ carnis assũptæ: patris auxiliũ iplorantem.

EXPOSITIO CONTINVA. In te dñe iperaui nõ cõfundar in æternũ: in iustitia tua libera me. in te pater cõfid⁹ sũ nõ erubescã/ nõ cõfusione operiar i ppetuũ: in æquitate tua/ i iusto tuo iudicio ab ipẽdentib⁹ malis erue me. Inclina ad me aurẽ tuã: accelera vt eruas me. p̃be te p̃cib⁹ meis exorabilẽ: festina vt liberes me. Esto michi in deũ ꝓtectorẽ & in domũ refugij: vt saluũ me facias. esto michi in murũ munitissimũ & in asylũ: vt me salues. Quoniã fortitudo mea & refugiũ meũ es tu: & ꝓpter nomẽ tuum deduces me & enutries me. esto michi ꝓtectio & refugij port⁹/ quoniã tu æterne pater robur meũ et cõfugiũ meũ es: & qa tu pater es/ & bon⁹ & misericors/ liberabis me & fouebis me. Educes me de laq̃o hoc quẽ absconderũt michi: quoniã tu es protector me⁹. expedies/ liberabis me de retiaculo mortis/ quã occulte & p̃ insidias itentarũt michi: quoniã tu pater/ es defesor me⁹. In manus tuas dñe cõmẽdo spiritũ meũ: redemisti me dñe de⁹ veritatis. ego morlẽs & tradẽs spiritũ/ illũ in manuũ tuarũ custodia/ in iustitia et misericordia tua cõmitto: me a peccato p̃seruasti dñe deus/ pater verax. O disti obseruãtes vanitates: supuacue. posus es vanitatib⁹ insistẽtes/ & quæ sũt legi tuę & saluti suæ aduersa: neq; eis quicq̃ possunt prodesse. Ego aũt in dño speraui: exultabo et lętabor in misericordia tua. ego autẽ in deo patre meo veraci fiduciã meã reposui: gaudebo & exhilarabor in ea quã michi et meo generi exhibitur⁹ es/ miseratione tua. Quoniã tu respexisti humilitatẽ meã: saluasti de necessitatib⁹ aiam meã. quoniã attendisti humiliationẽ et abiectionẽ michi iflictã: liberasti de angustijs et ergastulo mortis vitã meã. Nec cõclusisti me i manib⁹ inimici: statuisti in loco spacioso pedes meos. nec coartasti aiam meã in potestate inimici/ pricipis mũdi hui⁹/ aduersarij mei: posuisti motus meos/ vias meas/ ꝓcul hoste repulso/ spacios̃as & ãplas. Miserere mei dñe quoniã tribulor: cõturbat⁹ est i ira oculi⁹ meus/ anima mea et vẽter me⁹. pater misericors/ pater ꝓpicie/ cõpatere michi quoniã ãgustia p̃mor vidẽs vltiones tuas apud inferos: cõmot⁹ est i visione vltionis illi⁹ mẽtis meę aspectus/ spũs meus in spectaculo illo cõturbatus est/ et viriũ mearũ capacitas. Quoniã defecit in dolore vita mea: & anni mei in gemitibus. tribulor et ãgustia p̃mor/ qa ꝓ miseris hoib⁹ saluãdis/ sublata est i męstitia aia mea: et ętas mea sublata est in luctibus. Infirmata est in pauptatę virtus mea: et ossa mea cõturbata sunt. & 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

fortitudo mea multitudine pctōrū hoīm debilitata eſt /et īferior apparet (vt q̄ pleroſq; nō
14 redimat)paſſio mea:& vires meæ ſūt cōquaſſatę.S up oēs īimicos meos fact⁹ ſū opprobriū
vicinis meis valde:& timor notis meis.apd vniuerſos aduerſarios meos/pōtifices/ ſcribas
& phariſęos opprobrio & irriſioni dat⁹ ſū/ valde fact⁹ ſū ſcādalū Iudęis īter quos nat⁹ ſū:
15 & fact⁹ ſū formido & pauor aplis & diſcipulis meis.Q ui videbāt me foras fugerūt a me:
obliuioni dat⁹ ſū tanq̄ mortu⁹ a corde.noti mei q ituebāt me ab hoſtib⁹ cōpheſu & imanit
attrectatū/ ꝓcul a me fugā corripuerūt:ex mēte eorū excidi/vt is cui⁹ nulla āpli⁹ reſtat re-
16 cordatio.F act⁹ ſū tanq̄ vas pditū:quoniā audiui vituperationē multorū cōmorantiū i cir
17 cuitu.exiſtimat⁹ ſū fūdit⁹ periſſe vt fictile cōfractū & irrecupabile:quoniā paturerūt michi
īproperia vndiq; cōgregatorū cōſpiratiū i me.I n eo dū cōuenirēt ſimul aduerſū me:acci-
18 pere aīam meā cōſiliati ſūt.eo vſq; dū cōſētirēt ſimul cōtra me:cōſiliū iterūt vt auferrēt vi
tā meā.E go autē i te ſperaui dñe/dixi de⁹ me⁹ es tu:ī manib⁹ tuis ſortes meę.ego i te cō
19 fidi O pater æterne/inuocaui te deū meū:ꝓteſtat⁹ ſū i poteſtate tua eſſe fatū meū/ vitęq;
iperiū.E ripe me de manu inimicorū meorū:& a ꝓſequētibus me.hi tres ſequētes verſ⁹ ad-
20 huc reſpiciunt ſupiorē particulā dixi.dixi pater libera me de poteſtate hoſtiū meorū:& ab
21 ijs q ifeſtāt me & ꝓſecutiōib⁹ affligūt me.I lluſtra faciē tuā ſup ſeruū tuū/ſaluū me fac ī mi
ſericordia tua dñe:nō cōfūdar quoniā iuocaui te.dixi reſplēdeat facies tua ſup me/ q ſer-
22 uꝰ tu⁹ ſū/ſaluet me miſeratio tua:nō obruar cōfuſione/quia pater æterne iuocaui te.E ru-
beſcāt ipij & deducāt in infernū:muta fiant labia doloſa.dixi cōfūdant ſcelerati q ī te deli
quūt/qui te cōtēnūt/& deuoluant ī barathrū:eliguia fiāt ora mēdacia.Q uæ loquunt ad-
23 uerſ⁹ iuſtū iiquitatē:in ſupbia & abuſione.muta fiāt/eliguia & conticentia ora q̄ aſtruūt
cōtra innocētē mēdaciū/& falſa ipingūt crimina:in elatione animi ſui/cōtēptu/ atq; par-
24 uipēſione.Q uā magna multitudo dulcedinis tuę dñe:quā abſcōdiſti timētib⁹ te. hic ſer-
mo ſcdm ſe intelligit/nō ſuperiora reſpiciēs/ſed futurorū ſanctorū & martyrū ꝓphetiā cō-
tinēs/quāta eſt copia ſuauiſſimæ bonitatis tuę pater īmēſe:quā ī theſauris tuis recōditā ſer
uas ijs qui in timore & reuerētia obſeruāt/colūt & venerātur te.P erfeciſti eis q ſperāt ī te:
25 ī cōſpectu filiorū hoīm.quāta copia ſuauitatis tuæ/quā p̄paraſti ijs q cōfidūt ī te/vidētib⁹
26 etiā peccatorib⁹ & ꝓſecutorib⁹ eorū.A bſcōdes eos ī abſcōdito faciei tuæ:a cōturbatione
hoīm.ꝓteges eos ī ſecreto benignitatis tuæ:a ſęuitia ꝓſecutorū.P roteges eos ī taberna-
27 culo tuo:a cōtradictione liguarū.tutaberis eos in vmbraculo ꝓtectiōis tuę:a fermonibus
28 cōtradicētiū.B ndict⁹ dñs quoniā mirificauit miſericordiā ſuā michi:ī ciuitate munita.bn-
dict⁹ pater me⁹/quia mirabilē largit⁹ eſt miſerationē ſuā michi:ī cœleſti Hieruſalē ī ciui-
tate inexpugnabili/fortiſſima & tutiſſima.E go aūt dixi ī exceſſu mētis meę:ꝓiect⁹ ſū a fa
29 cie oculorū tuorū.ego dixi O pater æterne/in trāſitu meo/in paſſione mortis meæ dereli-
ctū me eſſe a te.I deo exaudiſti vocē oīonis meę:dū clamarē ad te.hāc ob humiliationē ac
30 ceptaſti p̄cē meā:dū orarē ad te/ita & meos ī exceſſu ſuo humiliatos & derelictos/exaudi-
es dū clamabūt ad te.D illigite dīm oēs ſācti ei⁹/quoniā veritatē requiret dñs:& retribuet
abundanter facientibus ſuperbiā.āplectimini tota charitate patrē/oēs pure victuri/ quoniā
veracē vitā examinabit pater meus:& vlciſcetur abūdāter in eos/qui in cōtēptu & ſupbia
31 viuunt.V iriliter agite & confortetur cor veſtrū:oēs qui ſperatis in dño.fortiter dimicate/
ſuſtinete/inualeſcite ſpiritu:oēs qui ſpem veſtrā collocatis in deo patre meo.

ADVERTE.Tertio verſu.eſto michi in deū protectorē:ex hebręo eſto michi in lapidem
fortiſſimū.quod quarti verſ⁹ vtrobiq; principiū reſpicit.illic quoniā fortitudo mea:hic quia
petra mea.vt illic particula & in domū refugij/reſpicit & refugiū meū:et hic particula et
in domū munitā/reſpicit et munitio mea.lex igit analogię poſcebat vt diceret:eſto michi
ī lapidē aut in deū fortiſſimū. ſed iterptes primā mutātes metaphorā:pariter et ꝓportio-
nē cōfuderūt.relinquētes autē ſecundā:ſeruauerūt et ꝓportionē.ſi enī ſeruare ſtuduiſſent
in cōuerſione interptationeq; ſua/dixiſſent in principio quarti verſus/quoniā ꝓtectio mea/
& id fuiſſet quadrātius.attamē nichil intelligētię p̄iudicatū eſt: etſi neglecta ſit ꝓportio.
¶ Sexto verſu.In manus tuas dñe cōmēdabo ſpūm meū.pſalmodia romana habet cōmē
do:Hieronym⁹ ex hebręo cōmēdabo et ſeptuagita ſimiliť ī græco παραθήσομαι futurū
cōmēdabo. ī noſtra autē tralatione nūc cōmēdo/interdū etiā reperiť cōmēdabo.Et q̄ cō
mēdo legam⁹:id arbitror a romana pſalmodia mutuatū:aut ob euāgelij reuerētiā ita a pa
tribus obſeruatū/retinemus. ¶ Eodē ſexto verſu.redemiſti me dñe deus veritatis:illud re
demiſti aliter de Chriſto/aliter de nobis accipiendū.nā pater per ſeipſū/Chriſtū redemit:
ipſū creādo īmunē ab ōni peccato/iuxta Eſaiæ oraculū.hęc dicit dominus creās te Iacob
et formans te Iſrael.noli timere:quia redemi te/et vocaui te nomine tuo.meus es tu.quæ
prophetia de Chriſto domino eſt.at redemit nos per filiū ſuum:qui vere lāguores noſtros
tulit et labores noſtros portauit/ et cui⁹ liuore ſanati ſumus. ¶ Vndecimo verſu.q̄ prophe

Psal. 30

In te dñe. ARGVMENTATIO

ta post cõmendationẽ spiritus sui in morte/ inducit rursus Christũ clamantẽ miserere mei dñe quoniã tribulor: sũt qui volũt dñm nõ solũ portasse pro nobis dolores mortis terrenę/ sed etiã dolores inferni in aĩa sustinuisse. vt Adam (qui secundã mortẽ in sua transgressione incurrerat) & Adæ posteritatẽ: a doloribus secũdæ mortis eriperet. quod sensit Cusa in suis sermonibus/ adducta ad hoc hac Petri in actis sententia/ vbi de Christo ait: quẽ deus suscitauit (solutis doloribus inferni) iuxta quod impossibile erat teneri illã ab eo. Sed hæc sententia Cusę: ipso prĩo intuitu michi visa est non modo extranea/ sed & stupenda & horrenda. & incipio solicitius cogitare. euoluo codicẽ græcũ: an forte ex hoc loco aut trahi aut suspicari posset argumentũ. & inuenio scriptũ ὃν ὁ θεὸς ἀνέστησε λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου καθότι οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ. id est quẽ deus resuscitauit/ solues dolores mortis: quoniã nõ erat possibile ipsũ teneri ab ea. vbi qđ apud nos infernus/ & hic θάνατος id est mors: ex vocabulo resuscitauit/ idẽ velle certũ est. & video Antistitẽ & cardinalẽ Cusã hic posse dicere. quid est quẽ deus resuscitauit/ deꝰ inq̃ soluens dolores mortis/ nisi amouẽs dolores mortis siue (vt apud latinos legimꝰ) inferni? Et q̃ de eodẽ loquatur & non de alio: sequẽs sermo indicare videt/ quia nõ erat possibile ipsũ teneri ab ea. si enĩ de alijs diceret quorũ dolores soluisset deus: nequaq̃ de eodẽ continuasset sermonẽ/ sed potius subiunxisset/ quia nequaq̃ teneri potuerũt ab ea. hæc pro se forsitan aliquo pacto facere: existimet Cusa. Cæterũ postea lego Hieronymũ sup psalmi 141 vltimos versus. Intende ad deprecationẽ meã: quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequentibus me: quia confortati sunt sup me. Educ de custodia animã meã. a patre (inqt) se educi de inferni claustris postulat. vbi michi visus est Hieronymus propemodũ idẽ sensisse: qui hunc psalmũ de Christo dño interpretatur. Alioqui nisi molestus illi fuisset carcer inferni: quomodo propheta in spiritu/ in persona eiꝰ diceret. libera me a persequẽtibꝰ me: quoniã cõfortati sunt super me/ cõtinuo subiũgẽs (vt in tralatione hebraica habet Hieronymus) educ de carcere animã meã. Lego etiã psalmo 17. circũdederũt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis conturbauerũt me. dolores inferni circũdederũt me: p̃occupauerũt me laquei mortis. secundũ autẽ veritatẽ hebraicã. circũdederũt me funes mortis: & torrẽtes diaboli terruerũt me. funes inferni circũdederũt me: præuenerunt me laquei mortis. quæ de Christo dicta: proculdubio intelligunt. & psalmo 114. circũdederũt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerũt me. secundũ veritatẽ hebraicã. circũdederunt me funes mortis: & munitiones inferni inuenerunt me. & psalmo 87/ qui secundũ Hieronymũ passionis dominicæ continet sacramẽta: legimus. quia repleta est malis anima mea: et vita mea in inferno appropinquauit. ęstimatus sũ cũ descendẽtibus in lacũ: factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. posuerũt me in lacu inferiori: in tenebrosis & in vmbra mortis. super me confirmatus est furor tuus: & omnes fluctus tuos induxisti super me. & ijs versibus: respondet ex hebræo. quia repleta est malis anima mea: et vita mea ad infernũ descendit. reputatus sum cũ descendentibus in lacum: factus sum quasi homo sua lidus inter mortuos liber. posuisti me in lacu nouissimo: in tenebrosis et in profundis. super me cõfirmatus est furor tuus: & cunctis fluctibus tuis afflixisti me. et circa finẽ eiusdẽ psalmi. in me transierunt iræ tuæ: et terrores tui conturbauerunt me. circundederunt me sicut aqua tota die: circũdederunt me simul. quæ vniuersa/ et nõnulla alia in psalmis: dominũ gloriæ/ molestia etiã apud inferos ea ex parte/ eaq; ex natura qua passibilis erat/ nõ õnino caruisse/ ostendere videntur. Qui si quicq̃ passꝰ est: quia voluit/ quantũ voluit/ & vt voluit passus est. et cũ voluit se victorẽ exhibuit. et expolians principatus et potestates (vt deifer inquit Paulus) exemplũ ignominiæ fecit illos in fiducia. nec iniuria. nã qui peccatũ non fecerat: solus erat inter mortuos liber/ libertate sua et authoritate vsꝰ quãdo illi placitũ fuit. et non vt cæteri qui patiuntur: non quia volũt/ quantũ volunt/ et vt volunt/ et qui spe in doloribus decidunt et destituuntur. ipse autẽ nunq̃ spe vllatenus excidit: sicut scriptũ est. ego autem semper sperabo. et ipse quicquid pateretur: nunq̃ a laude cessauit. et adijciam inquit super omnẽ laudem tuã. et paulo infra dicit. quantas ostendisti michi tribulatiões multas et malas/ et conuersus viuificasti me: et de abyssis terrę iterũ reduxisti me. Sed hic patiẽdi modus quisqs apud inferos fuerit/ et apud quoscunq; fuerit: ęque nos latet vt beatorũ delectandi modus. At hic forsitan quispiã dicet: absit hoc a Christo/ vt quicq̃ apud inferos passus sit/ vllaue deificę eius aĩæ inflicta sit afflictio. nã et eius verba pene nouissima fuere: consũmatũ est. consũmata igitur erant omnia de eo. At respondebit forte quispiam. pœnę corporales omnes/ consũmatę erant/ finẽq; habebant: sed nondum descenderat ad inferos/ nondũ resurrexerat/ nondũ ad cœlos ascenderat/ et nondũ alitũ paracletũ miserat supra discipulos: quæ nichilominus saluti nostræ necessaria relinquebantur implenda. Et insuper fuerunt qui contumeliã crucis de deifico eius corpore negauerunt: quasi rem indi-

gnã Christo/deoq; & dei verbo.sed id dũtaxat ijs visũ est:qui virtutẽ crucis/& eius sacramentũ nõ agnouerũt/& qui post suũ sensũ ambulantes euanuerunt in cogitationibus suis. æque illis forte timendũ, ne post suos sensus ambulẽt:qui Christo domino ad inferos descẽdenti/terrores/cruciatus/gemitus/& pœnas tenebrosi lacus aspectanti/ oẽs animi molestias tollunt.nã prophetias/quæ ipsũ terrefactũ/conturbatũ/& afflictũ sonare vel expsse videntur:suo sensu ad aliena torquere periculosũ est.& tantũdem timere debet qui eius modi est:ne Christus dominus ea sententia qua & Petrũ/eũ feriat & arguat dicens. vade post me sathana / scandalũ es michi:quia nõ sapis quæ dei sunt/sed ea quæ hominũ.iudicia profecto dei & eorũ modus/sunt nobis abscondita:nisi quantũ per se aut suos dignatur aperire.Christũ dominũ passũ/crucifixũ/mortuũ/descendisse ad inferos/resurrexisse a mortuis/ad cœlos ascendisse/ex euangelio didicimus:cætera etiã quę in euãgelio expressa nõ sunt/ ex prophetis sunt accipienda. At si ita est ꝙ Christus dominus non solũ pro nobis temporalẽ mortẽ/sed & mortis secundę(quã noxio fructus morsu primus parens incurrerat)dolores & terrores sustinere voluerit/vt nos a doloribus illis & terrifico illo sensu liberaret/ & imortalitati etiã secundũ corpus in fine restitueret/si ipse qui solus liber erat/se pro seruo secreta dispensatione vt captiuum exhibuit/vt qui iuste teneri nõ potuit eum liberaret qui iuste detinebatur/& tyrannus ius detinendi perderet/ qui iniuste detinere voluit indetentibilẽ/si inquã hæc ita iustitiæ diuinæ prouisione fieri oportuit:q̃ miseros nos reputare debemus/q̃ ingratos/q̃ meritę mulctæ reos/pro quibus oportuit tot/ tantaq; innocentẽ Cristũ pati/vt nos nocentes & mortuos viuificaret? Quę dicta sint:non quia ita ex me asserere velim,sed vt alij/prophetarũ sensa profundius exquirant:aut potius a deo (quod satius est)eorũ intelligentiã postulent. Nam eã solã quã spiritus sanctus intendit/ quæcunq; ea sit:asserere & credere volo/illã solã amplector/illi soli adhęreo.Attamen inferorũ & mortis contritori/victori/spoliatori/& magnifico triũphatori/ viuificatori nostro: honor/ decꝰ/ gratiarũ actio/gloria/ potestas & iperiũ/per immensa sęculorũ sęcula.Amẽ.

DILVENDI MODVS

¶Et hæc vt dictũ est:nõ assertionẽ/sed solã disceptationẽ continent. Quæ in hoc/si ꝓ cõmuni pietate(vt mea fert opinio)sapimus/diluitur:ꝙ quæ mẽbrorũ sunt/ Christus sua dicit.vt & in psalmo passionis,longe a salute mea:verba delictorũ meorũ.nõ enĩ ipse in pso na & vt in capite delicta vlla habuit:sed membrorũ illa erãt.Et in psalmo 17. Et obseruabo me ab iniquitate mea:iniquitatẽ suã dicit/qui peccatũ nõ fecit nec est inuentus dolus in ore eius.Et in psalmo 87.vt quid domine repellis orationẽ meã: auertis faciem tuã a me?Christũ tamẽ secundũ se semper pater audit.Ego autẽ (inquit)sciebã quia semper me audis.Neq; pater vnq̃ facie suã a filio auertit.nec auertit(inquit)facie suã a me.Ecce quomodo in psalmis ex quibus opposita desumebantur argumenta:spiritus sanctꝰ de Christo loquitur non de eo vt in capite/sed de eo vt ĩ mẽbris et corpore.Nulla igitur necessitas cõpellit:ea quæ in partẽ oppositã sunt adducta/de Christo vt capite intelligi:sed vt maiores nostri & pie quidẽ de Christo/sed pro corpore.Sic Origenes/Ticonius/Ammonꝰ/ Chrysostomus/Nanziazenus/Hieronymus/Ambrosius/Augustinus/Cassiodorus/ & reliqui sã cti diluere haud formidassent. Quare & nos cum ipsis ita sentire haudquaq̃ formidare debebimus. ¶Tertiodecimo versũ.Infirmata est in paupertate virtus mea: ex hebræo infirmata est in iniquitate fortitudo mea,quod intelligendũ est:non de sua qui peccatũ nõ fecit/nec est inuentus dolus in ore eius/sed humani generis quã sua morte innocens agnus piauit.de quo Esaias ait.& posuit dominus in eo iniquitatẽ omniũ nostrũ:oblatus est quia ipse voluit/& non aperuit os suũ. ¶Quitodecimo versũ.qui videbant me/foras fugerũt a me.rectius foris vt iungatur cũ videbant/non cũ fugerunt:ex tralatione romana vbi & foris habetur.& ex hebræo:vnde legimus qui videbant me in plateis/fugiebant me. vbi id in plateis:manifestũ est cũ videbãt nõ cũ fugiebãt debere connecti.& adhuc rectꝰ ex vtraq; tralatione & ex sermonis proprietate:legeremus in versu nostro fugiebant q̃ fugerunt/ & etiam ex græco ἔφυγον. ¶Vicesimoprimo versu. erubescant impij & deducantẽ in infernũ:muta fiant labia dolosa.hoc præsignatiue/non imprecatiue aut optatiue intelligi volunt.quare vt id intelligeretur:cõmodius forte legeremus per indicatiuũ.erubescẽt impij & deducentur in infernũ:muta fient labia dolosa.sic enim dominus cum fleuit super Hierusalẽ dicebat.venient dies in te:& circũdabunt te inimici tui vallo.& circũdabunt te & coangustabunt te vndiq;:& ad terrã prosternent te/& filios tuos qui in te sunt.& nõ relinquent in te lapidẽ super lapidẽ:eo ꝙ nõ cognoueris tẽpus visitationis tuæ.nõ dixit veniant inimici tui circundent te/coangustent te vndiq;/prosternant te & filios tuos et eius modi:sed venient/circundabunt/coangustabunt/prosternẽt. Et quo modo etiã imprecaretur/aut optaret eis mala:qui pro illis orat/& pro transgressoribus (ĩquit Esaias)rogauit. & qui docuit nos/pro ijs orare qui persequuntur & calũniantur nos. Et ferme psalmus 108

Psal. 30 In te dñe. 31

maxima pro parte ita legendus esset: vt prophetia nō imprecatio videretur. in bonis enim optatio locum habet: optare autem aut imprecari mala/ perfectio cuāgelica vetat/ quę est adimpletio & consūmatio legis. prædicere autem aut annunciare non vetat. Sic domin⁹ noster Scribis & Phariseis & Iudęis vę vobis inquit Scribę & Phariseī/ vę homini illi nō imprecans/ non optans: sed miseriā illorum illis aperiens/ quo magis resipiscerēt/ et veniā mererent. ¶ Vicesimoseptimo versu. vbi dicimus in ciuitate munita: tralatio romana habet in ciuitate circunstantiæ. quod euenit quia interpres vocabulū περιοχῆς quod hoc ī loco habetur vertit circunstantię: quod munitionem potius significat. quare magis vertē dum erat munitionis q̄ circunstantiæ: quam περίστασιν dicunt.

GALL.

Ipsi Dauid intellectus XXXI.

1 Beati quorū remiss sę sunt iiq̄tates: et quorū tecta sunt pc̄tā.

2 Beat⁹ vir cui nō imputauit domin⁹ peccatū: nec est in spū eius dol⁹.

3 Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea: dū clamarem tota die.

4 Q m̄ die ac nocte grauata est sup me man⁹ tua: cōuers⁹ sū i erūna/ mea dū configit spina.

5 Delictum meum cognitū tibi feci: & iniustitiam meā non abscondi.

6 Dixi confitebor adūsū me iniustitiā meā domino: & tu remisisti impietatē peccati mei. Sēper.

7 Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tēpore oportuno.

8 Veruntamen ī diluuio aquarū multarū: ad eū non approximabunt.

9 Tu es refugiū meū a tribulatiōe quę circūdedit me: exultatio mea erue me a circundantibus me. Semper.

10 Intellectum tibi dabo & instruā te in via qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

ROM.

¶ Intellectus Dauid. XXXI.

Beati quorū remiss sę sunt iiq̄tates: et quorū tecta sunt pc̄tā.

sionē vt psalmū hūc de ecclesia ad Christū exponerent: quæ quidē ex tralationis hebraicæ inspectione/ illico corruisset. ¶ Duodecimo versu. vbi dicim⁹ eripiēs inopē de manu fortiorū eius/ & a diripiētibus eū: ex hebreo/ nō pluratiue sed vnice sic/ eruēs inopē a validiore/ & mendicū a violēto. quod ex cōsequentia de principe tenebrarū dictū videtur: de quo supra versu nono. q̄q̄ & id dictū de corporalibus aduersarijs intelligi nichil sit incōmodi. nā tunc potestate desup illis data/ imo & a Christo dño illis permissa: fortiores fuere. vt ait dñs in Ioanne ad pilatū: nō haberes potestatē aduersum me vllā/ nisi tibi datū esset desup. & in Luca ad iudeos: hæc est (inquit) hora vestra & potestas tenebrarū. & p̄staret vt diceremus eripiēs inopē de manu fortiorū/ missum faciendo eius: vt et omittit ex hebræo. quod si additur: locutiōis ratio potius exigit dicendū eo q̄ eius. ¶ Versu septimodecimo. quasi proximū/ quasi fratrē nostrū: legendū quasi ad ꝓximū quasi ad fratrē ex hebræo. nā sine ꝓpositione nullus est sensus. & rectius meū q̄ nostrū dicendū ex hebræo. nā cum dñs patrē alloquatur qui nulla carnis societate humano generi copulat⁹ est/ at Christus dñs hoīn amator/ copulatus est: minime dicendū proximū nostrū/ fratrē nostrū. quādoquidē patri ad iudæos nulla ꝓximitatis/ aut fraternitatis ratio: dño autē erat qua homo factus est/ & ex iudæis. quare cōdecet ei dicere: quasi ad proximū meū/ quasi ad fratrē meū. ¶ Q̄z in eodē septimodecimo versu ex hebræo additur/ quasi lugens mater: benignissimi dñi visceralis affectus saluandi iudæos ostenditur. sed sequētes versus eorū imanē ingratitudinē ostendūt: quæ etiānū ad tēpora nostra punitur. O mira ingratitudo: cuius flagella per mille quingentos ānos cōtinuata/ nondū finē inuenere. ¶ Octauodecimo versu. tralatiōis romanæ i fine & ignorauerunt: dicendū erat & ignorabā. sed hic error interpreti accidit: q̄ græce dicitur καὶ οὐκ ἔγνων id est nō cognoscebā. vbi ἔγνων prima persona singularis est secūdi inde finiti. sed similitudinē in sono habet cū tertia plurali. ¶ Nonodecimo versu. dissipati sunt/ nec cōpūcti tētauerūt me: ex hebræo scindentes & nō tacētes. quod cōtinuatur ad id quod dictū est: cōgregata sunt sup me flagella/ & ignoraui. & sensus est. & flagellauerūt me scindētes/ laniātes/ & lacerātes me: & nō tacētes/ animū nō satiātes/ nō cōpescētes/ sed clamātes tolle tolle crucifige eū: quod totū ex euāgelio factū cōspicit. quare tralatio hebraica fidelius & apertius aperit euangeliū. & dicendū nō est: dissipati sunt/ sed dissipauerūt me. id enī dissipati: aduersat ei quod pauloante dictū est & cōuenerūt. & quomodo etiā si dissipati sunt/ cōtinuo subnectit: nō cōpuncti tentauerūt me/ subsannauerūt me subsannatiōe/ frenduerunt sup me dentibus suis? antecedētia enī & cōsequētia aduersanť: vt dicam⁹ dissipati sunt. adde & id dissipauerūt me/ satis quadrare ad id ex hebreo scindētes. sed interp̄tes plerūq̄ mysteria nō intelligentes: audaciuscule nōnulla imutauere. vt singulare in plurale/ vt actiuū in passiuū. & aliquādo suū dātes: spiritus sancti sensum euerterūt. ¶ Vicesimo versu. dñe quādo aspicies: ex hebræo dñe quāta aspicies. vbi nō tēpus: sed magnitudo pſecutionū in Christo & suis significat. ¶ Vicesimosecūdo versu. Nō supgaudeāt. i romano psalterio vt nō insultēt. rectius nos: nō supergaudeāt. & illic dicendū: nō exultēt/ & nequaq̄ nō insultēt. nā ex hebreo habeť: & nō letētur. & in græco μὴ ἐπιχαρείησαν quod nō insultēt: sed exultent/ supgaudeant significat. romanū autē ex græco affinius etiā desumptū videť q̄ nostrū. verū intētio mea est: tralationē gallicā potiꝰ cōciliare q̄ romanā. nā passim ecclesię nostræ: eo vtūtur psalterio. ¶ Vicesimotertio versu. quoniā michi quidē pacifice loquebātur. sensus huic ex hebreo respōdet oppositus/ iste videlicet. nō enī pacē loquūtur. nā illud affirmat: hoc negat. quare potius dicendum esset: quoniā michi nō pacifice loquebantur. alioqui quomodo cōtinuo subnectit: & dilatauerūt sup me os suū & dixerūt vah vah/ viderunt oculi nostri? illa sane nō pacis: sed odij & iræ verba sunt. ¶ Et ex eo quod i eodē vicesimotertio versu adijcit in iracūdia terræ loquētes/ dolos cogitabāt/ & ex vicesimooctauo versu nō dicāt in cordibus suis euge/ euge: spiritus sanctus insinuat hāc de Christo peculiarē esse ꝓphetiā/ cui cū patre/ & sancto illo omniscrutatore spiritu ꝓprium est cogitatiōes cognoscere. cognoscebat enī semp : & quicquid cogitabāt/ et quicquid cogitaturi erant. cū (iquit Mattheus) vidisset IHESVS cogitationes eorū dixit. vt quid cogitatis mala in cordibus vestris. Et Lucas. obseruabāt autē eū scribæ & pharisęi/ si in sabbato curaret: vnde accusarent eū. ipse vero sciebat cogitationes eorū. ¶ Vicesimoquarto versu vbi dicim⁹ euge euge videruť oculi nostri: p̄stat & hoc ex authoritate euāgelij/ & ex hebræo/ vt dicam⁹ vah vah viderūt oculi nostri/ vocabulo illo nō mutato/ vt neq; in euāgelio mutatū est. sic enī Mattheus/ diuin⁹ euāgelista scribit. p̄tereūtes aūt blasphemabāt eū/ mouētes capita sua & dicētes: vah qui destruis tēplū dei/ & i triduo illud reędificas/ salua temetip̄m. & Marcus pene cōsimiliter ¶ Vicesimoseptimo versu. iudica me secundū iustitiā tuā: ex hebræo nō tuā sed meā dicitur sic/ iudica me secundū iustitiā meā. quod secundū innocentiā meā designat. insons enī & innocēs erat: & agnus absq; macula & peccato. sed vtraq; intelligētia: bona. præstaret tamē dicendū: vt in hebræo. ¶ Vicesimooctauo versu. nō dicant in cordibus suis

Psal. 34 Iudica. 35

GALL. ROM. HEB.

euge euge: relíquí poteſt vt ex hebręo eſt vah vah loco euge euge/q̄ ī euāgelio īterlectio illa īmutata maneat. ¶ Triceſimoprīo verſu. dícāt ſemp magnificet dñs/q̄ volūt pacē ſeruí eius: ex hebręo/dícāt ſemp magnificet dñs/ quí vult pacē ſeruí eius. vbí quí nō refert fideles pios in Chriſtū: ſed deū patrē. cuius beneplacitū fuit/ ſaluare Chriſtū ſuū: ex quo oīs noſtra ſalus. Cuí cū patre et ſpírítu ſancto: ſít oīs honor & gratiarū actío in ſæcula ſęculorum. ex concordia nichílominus vicesimíſecundí verſus pſalmi 39: aptíſſime ſedet/ vt dicamus iuxta tralationē noſtrā: dícant ſemper magnificetur dñs: qui volunt pacē ſeruí eius.

¶ In finē ſeruo domini Dauid. XXXV.

1 DIxit īiuſtus vt delínquat in ſemetípſo: non eſt timor dei ante oculos eius.

2 Q m̄ doloſe egit in cōſpectu eiꝰ: vt īueniat īiquitas eius ad odiū.

3 V erba oris mei íníquitas & dolus: noluit íntellígere vt bene ageret.

4 Iníquitatē meditatus eſt in cubili ſuo / aſtitit oīm víę nō bonę: malitiā autē nō odiuit.

5 Domine in cœlo míſericordía tua: & veritas tua vſq̄ ad nubes.

6 Iuſtitia tua ſicut mōtes dei: iudícia tua abyſſus multa.

7 H oīes & iumēta ſalua bis dñe: quēadmodum multiplicaſti míſericordiam tuam deus!

8 Fílíj autem hominū: in tegmine alarū tuarum ſperabunt.

9 Inebriabūtur ab vbertate domꝰ tuę: & torrēte voluptatis tuę potabis eos.

10 Q uoniam apud te eſt fons vitæ: in lumíe tuo videbímus lumen.

11 P rętende míſericordiā tuā ſciētibus te: & iuſtitiam tuam íjs qui recto

¶ In finē ſeruo domini Dauid. XXXV.

DIxit īiuſtus vt delínquat in ſemetípſo: non eſt timor dei ante oculos eius.

Q m̄ doloſe egit in cōſpectu eius: vt īueníret íníquitatē ſuā & odiū.

V erba oris eius íníquitas & dolus/ noluit íntelligere vt bene ageret: íníquitatem meditatus eſt in cubilí ſuo.

A ſtítit oī vię nō bonę: malitiā autē nō odiuit.

Domine in cœlo míſericordía tua: veritas tua vſq̄ ad nubes.

Iuſtitia tua ſicut mōtes dei & iudicia tua abyſſus multa.

H omíes & iumēta ſaluos facies dñe: quēadmodū multiplicaſti míſericordías tuas deus!

Fílíj autem hominū: in protectione alarū tuarum ſperabunt.

Inebriabūtur ab vbertate domus tuę: & torrente voluptatis tuę potabis eos.

Q uoniam apud te eſt fons vitæ: & in lumine tuo videbímus lumen.

P rętende míſericordiā tuā ſcientibus te: & iuſtitiā tuam íjs qui recto

¶ Pro victoria / ſeruo dñi Dauid. XXXVI.

DIxit ſcelus īpíj ín medío cordís eiꝰ: nō eſſe timorē dei ante oculos eius.

Quía doloſe egit ad uerſū eū ī oculis ſuís: vt ínueníret īíquitatē eius ad odiendū.

V erba oris eius íníquitas & dolus: ceſſauit cogitare benefacere.

Iníquitatē cogitat ī cubíli ſuo/ ſtabit in via nō bona: malū nō abiecit.

Domine in cœlo míſericordía tua: fides tua vſq̄ ad nubes.

Iuſtitia tua quaſi montes dñe: & iudicia tua abyſſus multa.

H omíes & iumēta ſalua facies dñe: q̄ precioſa eſt míſericordía tua domine.

Et fílíj adam: in vmbra alarum tuarum ſperabunt.

Inebríabūtur de pīguedíne domus tuę: & torrente deliciarū tuarum potabis eos.

Q uoniā tecū eſt fons vitæ: in lumíe tuo videbimus lumen.

A ttrahe míſericordiā tuam ſcientibus te: & iuſtitiam tuam rectis

	GALL.	ROM.	HEB.
	sunt corde.	sunt corde.	corde.
12	Non veniat michi pes	Non veniat michi pes	Neveniat michi pes su
	supbię: & manus pecca	supbię:& manus pecca	perbię: & manus ipio=
	toris nō moueat me.	torum nō moueat me.	rum ne me cōmoueat.
13	Ibi ceciderunt qui ope=	Ibi ceciderūt oīes qui	Ibi ceciderūt operātes
	rātur iniquitatem: ex=	operātur iniquitatem:	iniquitatē: expulsi sunt
	pulsi sunt nec potuerūt	expulsi sunt nec potue=	& non potuerunt sur=
	stare.	runt stare.	gere.

TITVLVS. Pro victoria serui dñi Dauid. Psalm⁹ de Christo dño. Propheta ī spū loquit.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Dixit iiustus vt deliquat in semetipo: nō est timor dei ante
oculos eius. dixit legis transgressor quo licētius peccare possit in anima sua: nequaq̄ diuinę
2 vltionis formidinē sibi esse cogitandā aut metuendā. Quoniā dolose egit in cōspectu ei⁹:
vt inueniatur iniquitas eius ad odiū. quia in dolo & fraude ante deū opatus est: ita vt pec
3 catū eius cōperiatur diuino odio ac reprobatione dignū. Verba oris eius iniquitas & do=
lus: noluit intelligere vt bene ageret. sermones linguę eius iniusti/ prævaricatio legis/ &
fraus: neq; doceri voluit/ nō voluit diuinis attēdere pręceptis/ vt iuste/ pie/ sancteq; viueret.
4 Iniquitatē meditatus est in cubili suo/ astitit omni vię nō bonæ: malitiā autē non odiuit.
In secreto suo/ legis transgressio cogitatio sua: īmiscuit se omni cōsilio malo/ omni malę do
5 ctrinę: peccatū non est exosus. Dñe in cœlo misericordia tua: et veritas tua vsq; ad nubes.
dñator/ miseratio tua vsq; in cœlū est sublimata/ qui captiuā tecū cœlis intulisti captiuita=
tē: & fides tua sic vbiq; gentiū extensa/ sic expassa vt ad mundi extrema/ & ad mūdi altissi=
6 ma pertingat. Iustitia tua sicut mōtes dei: iudicia tua abyssus multa. pręcepta iustitię tuę/
mandata euāgelij regni/ firma stabilitaq;/ īmobilia & incōcussa vt colles æterni: sententiæ
7 tuę/ p̄diffinitiones tuæ/ decreta tua īscrutabilia. Hoies & iumēta saluabis dñe: quēadmodū
multiplicasti misericordiā tuā deus/ rex regū clemētissime/ dñator æterne inseres numero
saluandorū & studiosos & nō studiosos/ ratione vsos & abusos/ saplētes & ignauos pecudū
more solū sensus suos voluptatesq; secutos: quantū auxisti miserationē tuā deus miserator
īmense/ qui hoies & iumēta saluas/ qui iustos nō ex operibus saluas/ neq; iniustos ex ope=
ribus dānas/ sed ipios per misericordiā tuā iustificas & vna cū iustis per gratiā tuā saluas/
8 Filij autē hominū: in tegmine alarū tuarū sperabūt. redēptor misericordissime peccatores
9 nō desperabūt: sed in velamēto defensionū misericordiæ tuæ/ spem venię collocabūt. Ine=
briabūtur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuę potabis eos. & ipsi prę abun=
dantia miserationis tuæ veniā cōsecuti/ exaturabūtur opulētia cœlestis habitationis tuę:
10 & affluentia deliciarū paradisi reficies eos. Quoniā apud te est fons vitę: in lumine tuo vi=
debimus lumen. quoniā O rex noster/ & redēptor noster penes te est origo immortalita=
tis & ppetuæ vitalis venę: & te agnoscētes/ agnoscem⁹ patrē/ te agnoscētes verā lucem de
11 vera luce/ agnoscemus lucē illā paternā/ lucē fontanā & inaccessibilē. Prętende misericor=
diā tuā scientibus te: et iustitiā tuā ijs qui recto sunt corde. porrige miserationē tuā credēti=
bus in te: & legē tuā/ pręcepta/ institutaq; iustitiæ tuæ volētibus pie/ sancte/ iusteq; in te vi=
12 uere. Non veniat michi pes supbię: & manus peccatoris nō moueat me. O fortitudo/ cōfu=
giū & ꝓtectio nostra/ nō accedat ad me motio & suggestio tētatiōis sathanę: & potētia dia=
boli/ qui peccat a principio/ a rectitudine cordis & vitæ pietate nō dimoueat/ nō deflectat
13 me. Ibi ceciderunt qui operātur iiquitatē: expulsi sunt nec potuerūt stare. hac in re/ in sup=
bia sathanę corruerunt operarij nęquitiarū angeli apostatę/ & a cœlo electi sunt: nec va=
luerunt vltra a suo casu suaq; ruina resurgere.

ADVERTE Circa titulum pro victoria serui dñi. Pro victoria Christi domini pueri patris æterni/ qui vicit mūdū & sathanā cōpensata iustitia pro iiustitia/ obediētia pro pfidia/ san=
ctimonia pro īquinatiōe/ & tandē fuso suo p̄ciosissimo sanguie pro oim noxa. Cōfidite in=
quit: ego vici mundū. ¶ Secundo versu. vbi per passiuū dicimus vt iueniatur iiquitas ei⁹
ad odiū: ex hebręo dicit per actiuū/ vt inueniret iniquitatē eius ad odiendū. q̄ si subaudit
deus (vt par est) & sensum eliciamus vt deus inueniret iniquitatē eius ad odiendū/ dignā
suo odio/ reprobatione & delectione iniusti de libro viuentiū: melior esset sermo ī tralatione
romana si eius q̄ si suam diceretur ac legeremus. vt inueniret iniquitatem eius et odium:
siue ad odiendum. quod non procul abest ab intelligentia eius quod gręce habetur τοῦ
ἐυρεῖν τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ καὶ μισῆσαι. vt inueniret iniquitatē eius/ & odiret. ¶ Vn=
decimo versu. scientibus te. id quidem recte. & nō sitiētibus: vt opinati sunt nōnulli. nam &
gręce τοῖς γινώσκουσίσε: cognoscentibus te.

Psal. 36 Noli æmu.

GALL.

℣ Ipſi Dā. XXXVI.

1 NOli ęmulari ī malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem.

2 Quoniā tanq̄ fœnū velociter areſcēt: & quēad modū olera herbarum cito decident.

3 Spera in domio & fac bonitatē: & īhabita terram/ & paſceris in diuitijs eius.

4 Delectare ī domio: et dabit tibi petitiōes cordis tui.

5 Reuela domino viam tuam: & ſpera in eum & ipſe faciet.

6 Et educet quaſi lumen iuſtitiā tuā & iudicium tuum tāq̄ meridiē: ſubditus eſto domino & ora eum.

7 Noli ęmulari in eo qui proſperatur in via ſua: & in homie faciente iniuſtitias.

8 Deſine ab ira & derelinque furorē: noli ęmulari vt malignerīs.

9 Quoniā qui malignātur exterminabuntur: ſuſtinentes autem dominum ipſi hæreditabunt terram.

10 Et adhuc puſillū & nō erit peccator: & quęres locū eius & nō iueniēs.

11 Māſueti aūt hęreditabūt terrā: & delectabūtur ī multitudine pacis.

12 Obſeruabit peccator iuſtū: & ſtridebit ſuper

ROM.

℣ Ipſi Dā. XXXVI.

1 NOli ęmulari inter malignātes: neq; ęmulatus fueris facientes iniquitatem.

2 Quoniā tanq̄ fœnum velociter areſcent: & ſicut olera herbarum cito cadent.

3 Spera in domio & fac bonitatē: & īhabita terram & paſceris in diuitijs eius.

4 Delectare in domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.

5 Reuela dño viā tuā: & ſpera in eo & ipſe faciet.

6 Et educet tanq̄ lumen iuſtitiā tuā: & iudicium tuū ſicut meridiem.

7 Subditus eſto dño & obſecra eū / ne ęmulat⁹ fueris eū qui proſperat in via ſua: & in homine faciente iniquitatem.

8 Deſine ab ira & derelique furorē: ne ęmuleris vt nęquiter facias.

9 Quoniā qui nęquiter agūt exterminabūtur: qui vero expectant dominum ipſi hęreditate poſſidebūt terram.

10 Puſillum adhuc & nō erit peccator: & quęres locū eius nec inuenies.

11 Manſueti autē poſſidebunt terrā: & delectabuntur in multitudine pacis

12 Obſeruabit peccator iuſtum & fremet ſup eū

HEB.

Dā XXXVII Aleph

1 NOli cōtendere cū malignis: neq; ęmulaueris facientes iniquitatem.

2 Quoniā ſicut herba velociter cōterentur: & ſicut olus viride marceſcent. Beth.

3 Spera in domio & fac bonū: peregrinare ī terra & paſcere fide.

4 Delectare in domino: & dabit tibi petitiones cordis tui. Gimel

5 Volue ſuper dominū curā tuam: & cōfide in eo & ipſe faciet.

6 Et educet ſicut lumen iuſtitiam: & iudicium tuum ſicut meridiem. Daleth.

7 Tace domino: expecta eum.

8 Noli cōtendere aduerſus eū qui ꝓficit in via ſua: aduerſus virū/ qui facit quæ cogitat. He.

9 Dimitte irā & relique furorē: noli contendere vt male facias.

10 Qm̄ qui male faciūt īterībūt: expectātes aūt dominū ipſi hæreditabunt terram. Vau.

11 Adhuc enī modicū & nō erit īpius: & cogitabis de loco eius & non ſubſiſtet.

12 Mites aūt hęreditabūt terrā: & delectabūtur ī multitudine pacis. Zai

13 Cogitat īpius de iuſto: & frendet aduerſus eū

eum dentibus ſuis.
13 Dñs autē irridebit eū: quoniā proſpicit quod veniet dies eius.
14 Gladiū euaginauerūt peccatores: intenderūt arcum ſuum.
15 Vt decipiant pauperē & inopem: vt trucidēt rectos corde.
16 Gladius eorū ītret corda īporum: & arcus eorum cōfringatur.
17 Melius eſt modicū iuſto: ſuper diuitias peccatorum multas.
18 Quoniā brachia peccatorū cōterentur: confirmat autē iuſtos dñs.
19 Nouit dñs dies īmaculatorū: & hęreditas eorū in æternū erit.
20 Non cōfundētur in tēpore malo / & i diebus famis ſaturabunt: quia peccatores peribunt.
21 Inimici vero dñi mox vt honorificati fuerit & exaltati: deficiētes quēadmodū fum⁹ deficiēt.
22 Mutuabit peccator & nō ſoluet: iuſtus autem miſeretur & tribuet.
23 Quia benedicentes ei hęreditabunt terram: maledicentes autem ei diſperibunt.
24 Apud dñm greſſus hominis dirigētur: & viā eius volet.
25 Cū ceciderit non collidetur: quia domin⁹ ſupponit manū ſuam.
26 Iunior fui etenī ſenui: et nō vidi iuſtū dereli-

dentibus ſuis/ domin⁹ autē irridebit eū: quoniam ꝓſpicit ꝙ veniet dies eius.
Gladiū euaginauerunt peccatores tetenderunt arcum ſuum/vt deijciāt inopem & pauperem: vt trucident rectos corde.
Gladius eorū intret in cor ipſorū: & arcus eorum conteratur.
Melius eſt modicū iuſto: ſuper diuitias peccatorū multas.
Quoniā brachia peccatorū cōterentur: confirmat autē iuſtos dñs.
Nouit dñs vias īmaculatorū: & hęreditas eorū in æternum erit.
Non cōfundētur in tēpore malo / & i diebus famis ſaturabunt: quoniā peccatores peribūt.
Inimici autē dñi mox honorati & exaltati fuerint: deficiētes vt fum⁹ deficient.
Mutuaꝫ peccator & nō ſoluit: iuſtus autē miſeretur & cōmodat.
Quoniā benedicentes eū poſſidebūt terram: maledicētes autē illum diſperient.
A domino greſſus hominis dirigūtur: & viā eius cupit nimis.
Cū ceciderit iuſtus nō cōturbabit: quia dominus firmat manū eius.
Iunior fui & ſenui: & non vidi iuſtum dereli-

dentibus ſuis.
Dominus deridebit eum: videns ꝙ veniet dies eius.
Heth.
Gladiū euaginauerunt impij intenderūt arcū ſuum/ vt percutiāt egenum & pauperem: & interficiāt rectos in via.
Gladius eorum ingrediaꝫ in cor eorū: & arcus eorū cōfringanꝫ.
Teth.
Melius eſt parum iuſto: q̄ diuitiæ peccatorum multę.
Quoniā brachia īpiorū cōfringenꝫ: ſubleuat autē iuſtos dñs.
Ioth
Nouit dñs diē īmaculatorū: & hęreditas eorū æterna erit.
Nō cōfundētur i tēpore malo: & in diebus famis ſaturabūꝫ.
Caph.
Quia impij peribūt: & inimici dñi gloriātes.
Vt monocerotes/ cōſumentur: ſicut fumus cō ſumitur.
Lamech.
Fœnus accipit īpius & nō reddit: iuſtus autem donat & tribuit.
Quia qui bñdicti fuerint ab eo hęreditabūt terrā: & qui maledicti interibunt.
Mem.
A dño greſſus viri firmabitur: & viam eius volet.
Cū ceciderit nō allidetur: quia dñs ſuſtentat manum eius.
Puer fui/ſiquidē ſenui: et nō vidi iuſtū dereli-

Psal. 36 Noli emu-

GALL.

ctū/ nec ſemē eius quę-
rens panem.
27 Tota die miſereť & cō-
modat: et ſemē illius in
benedictione erit.
28 Declina a malo & fac
bonū: & inhabita in ſę-
culum ſęculi.
29 Quia dñs amat iudici
um/ & non derelinquet
ſanctos ſuos: in æternū
cōſeruabuntur.
30 Iniuſti punientur: & ſe
men impiorū peribit.
31 Iuſti autē hęreditabūt
terram: & inhabitabūt
32 in ſęculū ſęculi ſup eā.
Os iuſti meditabit ſa-
piētiam: & lingua eius
loquetur iudicium.
33 Lex dei ei⁹ in corde ip-
ſius: & nō ſupplantabū
tur greſſus eius.
34 Cōſiderat pctōr iuſtū:
& q̄rit mortificare eū.
35 Dominus autē nō de-
relinquet eum in man⁹
ei⁹: nec damnabit eum
cū iudicabitur illi.
36 Expecta dominum &
cuſtodi viā eius: & exal
tabit te vt hęreditate ca
pias terrā: cum pierint
peccatores videbis.
37 Vidi impiū ſuperexal-
tatum: & eleuatū ſicut
cedros libani.
38 Et tranſiui & ecce non
erat: & quęſiui eū & nō
eſt inuentus locus eius.
39 Cuſtodi innocentiā &
vide æquitatem: quoni
am ſunt reliquię homi-
ni pacifico.

ROM.

ctū nec ſemen ei⁹ egens
pane.
Tota die miſereť & cō
modat: & ſemen ei⁹ in
benedictione erit.
Declina a malo & fac
bonū: & inhabita in ſæ
culum ſæculi.
Quoniā domin⁹ amat
iudicium/ & nō derelin
quet ſctōs ſuos: in æter
num conſeruabuntur.
Iniuſti autē punienť: et
ſemē impiorū peribit.
Iuſti vero hæreditate
poſſidebunt terram: &
inhabitabunt in ſęculū
ſæculi ſuper eam.
Os iuſti meditabit ſa-
piētiam: & lingua eius
loquetur iudicium.
Lex dei ei⁹ in corde ip-
ſius: & nō ſupplātabun
tur greſſus eius.
Cōſiderat peccator iu-
ſtum et quęrit pdere eū
dominus autē nō dere-
linquet eum in manib⁹
eius: nec dānabit eum
cum iudicabitur illi.
Expecta dominū et cu
ſtodi vias eius / et exal-
tabit te vt inhabites ter
ram: cum perient pecca
tores vidæbis.
Vidi impiū ſuperexal-
tatum: et eleuatum ſu-
per cedros libani.
Trāſiui et ecce nō erat:
quæſiui eum/ et non eſt
inuentus locus eius.
Cuſtodi veritatē et vi-
de æquitatem: quoni-
am ſunt reliquię homi-
ni pacifico.

HEB.

ctū/ neq; ſemē eius quę-
rens panem.
Tota die donat et com
modat: et ſemen ei⁹, in
benedictione. Samech
Recede a malo et fac
bonum: et inhabita in
ſempiterno.
Quia dominus diligit
iudiciū et non derelin-
quet ſctōs ſuos/ in æter-
num cuſtoditi ſunt: et
ſemī īpiorum peribit.
Ain.
Iuſti hęreditabunt ter-
ram: et habitabūt in ſę-
culum ſuper eam.
Os iuſti meditabit ſa-
pientiā: et lingua eius
loquetur iudicium.
Phe.
Lex dei ei⁹ in corde ei⁹:
non deficient greſſus
eius. Sade.
Conſiderat impius iu-
ſtum/ et quærit vt occi-
dat eum/ dominus non
derelinquet eum in ma
nu eius: et nō condāna-
bit eū cū iudicať. Cof.
Expecta dominū et cu
ſtodi viam eius/ et exal
tabit te vt poſſideas ter
ram: cum interibūt im-
pij videbis.
Vidi impium robuſtū:
et fortiſſimum ſicut in-
digenam virētem. Res.
Et tranſiui & ecce non
erat: & quæſiui eum &
eſt inuentus. Sin.
Cuſtodi ſimplicitatem
et vide rectum: quia erit
ad extremū viro pax.

40 Iniusti autem disperi-
bunt simul:reliquiæ im
piorum interibunt.
41 Salꝰ aũt iustorũ a domi
no:& protector eorum
in tempore tribulatiõis
42 Et adiuuabit eos dñs et
liberabit eos et eruet e-
os a pctõribꝰ et saluabit
eos:qa sperauerũt i eo.

Iniusti aũt disperiẽt:sil
reliqę ipiorũ peribunt.
Salus autem iustorũ a
dño est:et ꝓtector eorũ
est i tẽpore tribulatiõis.
Et adiuuabit eos domi
nus & liberabit eos / &
eripiet eos a peccatori-
bus/et saluos faciet eos:
quoniã sperauerũt i eo.

Iniqui aũt delebuntur
pariter : & nouissimũ
impiorũ peribit. Tau.
Salus iustorum a do-
mino:fortitudo eorum
in tẽpore tribulationis.
Et auxiliabit eis dñs et
liberabit eos/et eruet e-
os ab ipijs et saluabit e-
os: qa sperauerũt i eo.

TITVLVS. Dauid. instructio custodientium mandata dei/ & deterritio transgredientiũ. Propheta in spiritu instruit & deterret impios.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Noli ęmulari in malignãtibꝰ:neq; zelaueris faciẽtes iniquitatẽ. iter malos noli certare/noli cõtẽdere malũ agere:neq; imiteris eos qui legẽ dei/ diuinaq; transgrediũt ꝓcepta. Quoniã tanq̃ fœnũ velociter arescẽt:et quẽadmodũ olera herbarũ cito decident. noli eos ęmulari/quia pręuaricatores mandatorũ dei ilico marcescẽt/
2 sicut herba paulo post concidet eorũ gloria:et velut hortorũ legumina ad momẽtũ virẽt/
3 ocyus mors illos diripiet. Spera i dño & fac bonitatẽ et ihabita terrã: & pasceris i diuitijs
4 eius. spẽ õnis boni tui/cũctę fœlicitatis tuæ in deo colloca & operare bonũ/& tanq̃ colonꝰ
& peregrinus cõuersare in hoc terreno sæculo:& enutrieris gratijs & beneficijs eius. De-
5 lectare i dño:& dabit tibi petitiões cordis tui. gaudia tua & voluptates tuas repone i deo
et Christo eiꝰ supbñdicto:& elargiet tibi postulatiões & desyderia animi tui. Reuela dño
6 viã tuã & spera in eo:& ipse faciet. aperi dño in petitione tua curã & solicitudinẽ tuã & cõ-
fide in eo:& ipse petitioni tuæ annuet. Et educet quasi lumẽ iustitiã tuã & iudiciũ tuũ tãq̃
meridiẽ:subditꝰ esto dño & ora eũ. cõfide & delectare i dño/nude api illi cor tuũ & dñs lu-
cere faciet vt diurnã lucẽ ãte alios vitã tuã/& qđ iudicaueris ꝓbaueriscę faciet alijs illuce
7 re tanq̃ lumẽ solis in meridie:subijcere deo & mẽtẽ tuã supplex orãs eleua in eũ. Noli ęmu
lari in eo qui ꝓsperat i via sua:in hoie faciẽte iniustitias. nõ te desyderiũ capiat assimilari vi
ro prosperanti/faciẽtiq; desyderia sua in vita sua:viro operãti trãsgressiões & agẽti quicqd
8 mente volutat. Desine ab ira & derelinque furorẽ:noli ęmulari vt malignaris. sit ꝓcul a te
vindictæ appetitus/abijce abs te excandescẽtiã irrationabilẽ:neq; quẽq; malignũ imiteris/
9 vt opereris mala. Quoniã qui malignant exterminabunt:sustinẽtes autẽ dñm ipsi hęreditabũt terrã. noli malos imitari ad faciẽda mala/quoniã qui malos ęmulãtes mala similiter
operant/in æterna detrudentur supplicia: cõtra vero a dño bonũ expectãtes/ regna possi-
10 debũt cœlestia. Et adhuc pusillũ & nõ erit peccator:& q̃res locũ eius & nõ inuenies. et tu q
in patientia obediẽtiæ mãdatorũ expectas dñm/sustine parũper & patiẽtiã habe & quem
videbas prosperantẽ i via sua/secundũ sensũ suũ ambulantẽ & trãsgredientẽ diuina man-
data nõ subsistet/nõ erit ãplius: & q̃res vbinã ille est:& nequaq̃ reperies/quia morte dis-
11 sipatus est & iudicatus ad æterna supplicia. Mãsueti autẽ hæreditabunt terrã:et delectabũtur in multitudine pacis. sed cõtra/mites & pacifici/nõ post desyderia sua ãbulãtes sed
in ꝓceptis dñi/hæreditate capiẽt regnũ cœlorũ:et abũdantia sempiternæ pacis ꝓfruent.
12 Obseruabit peccator iustũ:& stridebit sup eũ dentibus suis. ipius & transgressor insultabit
13 viro deũ timẽti & legem seruanti:& indignabitur & infrendet dentibus suis in eũ. Dñs au
tem irridebit eũ:quoniã prospicit q̃ veniet dies eius. verum deus iustitiæ amator & vltor
peccati/peccatorẽ contemnet & subsannabit:quoniã videt q̃ in procinctu est dies vltiõis
14 eius. Gladiũ euaginauerunt peccatores:intenderunt arcum suum. impij & transgressores
15 persecutionem parauerunt:vires suas aptauerunt. Vt decipiant pauperem & inopem: vt
trucident rectos corde. gladium eduxerunt/arma parauerunt/ vt in dolo feriant eum qui
dei desyderio & cœlestium bonorum pauper et inops factus est:vt deleant et enecent eos
16 qui dei viam sequuntur. Gladius eorum intret in corda ipsorum: et arcus eorum con-
fringatur. mors quam iusto pauperi et inopi intentant/abscindat et separet animas eorũ:
17 et vires ipsorum penitus eneruentur. Melius est modicum iusto: super diuitias peccato-
rũ multas. melior est paupertas et inopia viri iusti: q̃ transgressorũ legis ingẽs terrenarũ
18 opũ multitudo/aceruatiq; cumuli. Quoniã brachia peccatorũ cõterẽtur: cõfirmat autẽ iu
stos dñs. melior et eligibilior pauptas iusti q̃ peccatorũ opes cumulatę/quoniã pctõrũ po
19 tẽtia cõfringet:et iusti i bonis cõfirmabũtur. Nouit dñs dies inaculatorum: et hæreditas

Noli emu. eorũ ī æternũ erit. cognoscit deus iudex iustus dies egress⁹ īcõtaminatorũ/ qui se īmmaculatos ī hoc sęculo custodierũt: & p̃miũ/merces & retributio eorũ æterna manebit. Nõ cõ 20
fũdẽtur ī tẽpore malo: & in diebus famis saturabuntur qa peccatores pibũt. iusti nõ cõdẽnabunt ī die nouissimo/in quo mali pibũt: & post hãc vitã quãdo nõ erit ãplius tẽpus operandi & sibi viaticũ cõparãdi ad vitã æternã/ vbertate deliciarũ paradisi satiabunt/ pecca
tores autẽ ppetuo deficiẽt. Inimici vero dñi mox vt honorificati fuerit et exaltati: deficiẽ- 21
tes quẽadmodũ fum⁹ deficiẽt. peccatores deũ/iussaq; ei⁹ cõtẽnẽtes vbi ad fastigia humanæ gloriæ eleuati fuerit: cõtinuo tanq̃ tenuis nebula euanescẽt. Mutuabit peccator et nõ 22
soluet: iustus autẽ miseretur & tribuet. trãsgressor credita sibi bona nõ reddet: legis autem obseruator erogat/ & si quid aliorum habet fideliter restituet. Quia benedicẽtes hęreditabũt terrã: maledicẽtes autẽ ei disperibũt. iustus erogat & repẽdit/ qa erogãtes & benefaciẽ- 23
tes/terrã viuentiũ possidebũt: et qui iusto mala iprecãt iteribũt. Apd dñm gress⁹ hois dirigent: & viã ei⁹ volet. diuina ope viri iusti oẽs motus rectificabunt: & acceptabit de⁹ legẽ qua incedet. Cũ ceciderit nõ collidetur: quia dñs supponit manũ suã. si forte ex infirmitate 24
ī peccatũ labet nõ ad mortẽ illũ pducet: quia diuinũ auxiliũ illi adest ad resurgendũ. Iu- 25
nior fui eteni senui: & nõ vidi iustũ derelictũ nec semẽ eius quęrens panẽ. a iuuẽta in sene ctã deueni: et nullũ mãdata dei seruantẽ agnoui diuino prælidio diuinaq; ope destitutũ/ 26
nec quos ex se reliquerit iustos/a deo destitutos vitę suę mendicãtes victũ. Tota die miseretur & cõmodat: & semẽ illius in benedictione erit. vir iust⁹ oĩ tẽpore bona sua in opera misericordiæ dispensat: & opa eius a deo bñdicent. Declina a malo et fac bonũ: et ihabita 27
ī sęculũ sęculi. virũ iustũ imitare/ diuerte a nequitia & operare iustitiã et qđ dei mãdat p̃ceptũ: et in cœlesti habitatione vitã viue sempiternã. Quia dñs amat iudiciũ et nõ derelin- 28
quet sanctos suos: in æternũ conseruabunt. quia deus diligit remunerationẽ iustorũ et nõ deseret imaculatos suos: sed in æterna vita seruabunt. Iniusti punientur: et semen impio- 29
rũ peribit. transgressores e diuerso/ perpetuo cruciabunt: et opera eorũ disperibũt. Iusti au- 30
tem hęreditabunt terram: et inhabitabunt in sęculum sęculi super eam. diuinę legis et mãdatorum ei⁹ seruatores/ terram viuentium/ immortalium regionẽ regnũ cœlorũ possidebunt: et permanebũt ī eo sine fine ac ī ppetuũ. Os iusti meditabit sapientiã: et lingua eius 31
loquet iudiciũ. studebit iust⁹ de deo q̃tũ fas est. p dignitate et p̃meditate loqui: et ex diuina lege depromet sentẽtiã. Lex dei ei⁹ ī corde ipsius: & nõ supplãtabunt gress⁹ ei⁹. eloqa 32
et mãdata dñi ī penetralib⁹ mẽtis ei⁹: et nõ p̃ualebit tẽtatio puertere volũtatẽ ei⁹. Cõsyderat peccator iustũ: et q̃rit mortificare eũ. volutat aĩo/ dei/ legisq; desertor vitã iusti: et modũ 33
pdẽdi eũ explorat. Dñs autẽ nõ dereliquet eũ in manib⁹ ei⁹: nec dãnabit eũ cũ iudicabit illi. at equissim⁹ de⁹ remanere nõ sinet iustũ ī potestate ipij: nec iustũ cõdẽnabit cũ cõdẽ- 34
nabit ipi⁹. Expecta dñm et custodi viã ei⁹/ et exaltabit te vt hæreditate capias terrã: cum 35
perierint peccatores videbis. pręstolare auxiliũ tuũ a dño et obserua mãdata eius/ et magnificabit te vt imortalitatis locũ possideas: tu aũt ipe agnosces cũ ī eterna supplicia exterminati trãsgressores fuerint. Vidi ipiũ supexaltatũ et eleuatũ: sicut cedros libani. 36
et nouĩ ego blasphemũ Goliã/ nouĩ dei cõtẽptorẽ magnificatũ et eleuatũ: in sũmũ honoris fastigiũ. Et trãsiui et ecce nõ erat: q̃siui eũ et nõ est iuẽt⁹ loc⁹ ei⁹. paruum tẽporis exactũ est et ec- 37
ce nusq̃ cõparebat: sciscitat⁹ sum vbi est dei cõtẽptor et exprobrator/ vbi est qui tanta ęstimatione habitus est/ et nusq̃ gẽtium cõparebat. Custodi innocentiã et vide equitatẽ: quo- 38
niã sunt reliquię hoi pacifico. retine vitę puritatẽ et simplicitatẽ/ et ãte mẽtis cõspectum iugiter habe legis impletionẽ: quia innocẽtia et equitas superstites viro iusto/ comitabunt eũ 39
ad diuinã pacẽ et æternã trãquillitatẽ euntẽ. Iniusti autẽ disperibunt simul: reliquię ipiorũ iteribunt. cõtra vero/ flagitiosã sectati vitã vna iteribunt: et vitę ipuritas et iiqua opa con- 40
comitabunt ī æterna exterminia. Salus autẽ iustorum a dño: et ,ptector eorum ī tẽpore tribulationis. saluatio iustorum est a misericordi deo: et ,pteget eos ī nouissimo iudicio. Et 41
adiuuabit eos dñs et liberabit eos/ et eruet eos a peccatorib⁹: et saluabit eos quia sperauerunt in eo. et in nouissimo die auxiliabit et subueniet eis misericors de⁹ et pręseruabit eos 42
a pœnis p̃paratis peccatoribus et transgressorib⁹: et æterna salute donabit eos/ quia nõ ī se/ fusq; viribus et operibus sed in deo spem suam vniuersam collocarunt.

ADVERTE. Tertio versu ihabita trã et pascaris ī diuitijs ei⁹: recti⁹ dicit ihabita trã et pascere ī diuitijs ei⁹ ex hebręo/ vt pascere iperatiuũ itelligat. Et q̃is ī gręco habeat κατασκήνου τὴν γῆν καὶ ποιμανθήσῃ: ratio tñ cõiũctiõis et sermõis latini magis efflagitabat cõuertẽdũ pascere poti⁹ certe q̃ pasceris. Eodẽ tertio versu ī diuitijs ei⁹: ex hebręo ī fide ei⁹. et dat ex hebręo itelligi diuitias ī hoc mũdo esse fidẽ dei. tolle fidẽ: ois ex hoc mũdo discedit miser. quas eni maiores ī hac vita possum⁹ nobis cõpare diuitias: q̃ q̃ ad diuitias pducũt ęternas: qđ vel prima oĩm ipa fides opat. Sed q̃res quo pacto quis fide pascat ī hoc

mūdo? Nō allo mō crediderī q̄ meditatiōe diuinę legis/ & ſacra diuinorū cōtēplatiōe. ſed heu nō eſt/ aut vix eſt qui ſciat quid ſit cōtēplari cogitare. ſic tribuli et lolia/ īplerūt ſic oīa lapę. q̄uis cōtēplatiua/ vita prima & lōge diuiniſſima ſit/ & qua vel maxime ſola vixiſſet prim⁹ parēs: ſi ἀραμάρτητον & (vt ſic dicā) a pctō inſontē ſe cuſtodiſſet. ¶ Quito verſu. vbi dicim⁹ reuela dño viā tuā: Hieronym⁹ ex hebręo volue ſup dām curā tuā. qđ magis quadrat ad vltimā particulā qua dicit: et ipſe faciet. ſimile enī alibi dicit ꝓpheta: iacta ſup dām curā tuā & ipſe te enutriet. ¶ Sexto verſu. vbi dicim⁹ ſubdit⁹ eſto dño et ora eū: aliū ex hebręo Hieronym⁹ deſūpſit/ tace dño & expecta eū. quaſi id velit. tacit⁹ cōuerſare āte deum abiq; murmuratione/ incuſatione & q̄rela/ in patiētia ſuſtine: & cert⁹ expecta eū p̄miatorē in altero ſęculo. & vtraq; intelligētia hic et illic bona eſt. ¶ Duodecim⁹ verſ⁹ et ſequētes ad octauūdecimū: coēs īelligi p̄t/ & ꝓprij de Chriſto dño. qđ vel maxime ex 23 verſu iuxta tralationē hebraicā īteligi p̄t. vbi illę cōditiones de bñdictiōe & maledictiōe: prio loco/ Chriſto dño cōpetūt. ſcđo aūt & lōgo īteruallo: alijs iuſtis. ¶ Viceſimo primo verſu. īimici vero dñi mox vt honorificati fuerit et exaltati: ex hebręo/ & īimici dñi gloriantes vt monocerotes. qđ ſignificare videt: īimici dñi ī gīa et poteſtate ſua gloriātes vt vnicornes/ id eſt putātes ſe īſupabiles/ vt vnicornes. eſt enī vnicornis īdomabile aial: & nulli alteri cēdēs. ſed lōge ꝓfecto abutunī: gloriātes ſe inſupabiles eſſe ī ſua virtute. nā deficientes ſicuti fum⁹ deficiēt. hāc ſimilitudinē ſupborū huiꝰ ſęculi cū vnicornib⁹/ tacuerūt īterp̄tes: & illi⁹ loco poſuerī exaltati. ſed īſupabile & īdomabile: magis naturę illi⁹ ferę/ ex hiſtorijs reſpōdere videt. ¶ Viceſimo tertio verſu vbi legim⁹/ qa bñdicētes ei hęreditabūt terrā/ maledicētes autē ei diſpibūt: ex hebręo/ ſenſ⁹ eſt cōuerſus/ ſic. qa qui bñdicti fuerīt ab eo hæreditabūt terrā: & q maledicti/ īteribūt. q verſ⁹ & hic et illic/ maxime dē Chriſto ītellect⁹ ver⁹ eſt. de alijs aūt ſcđo loco. ex quo dat̄ itelligi q̄tū amor iuſti eſt magnipēdend⁹: q̄tū odiū & īprecatio ei⁹ timēda/ ſiue qs faciat/ ſiue patiat. neq; exēplis aſſertionē munire difficile eſſet. ¶ Viceſimo ſexto verſu. particula nec ſemē ei⁹ q̄rēs panē: debet ex ſuperiori ītelligi derelictū ſcilicet a deo. & de ſemine magis ſecūdū ſpiritū nō ſcđm carnē. nā alioq: vſ⁹ ſacrarū litterarū eſt iopē & mēdicū in bonā partē accipere. vt huiꝰ pſalmi verſu quītodecimo/ & pſalmi 39 verſu 23 dñs de ſe p ꝓphetā: ego aūtē mēdic⁹ ſū & paup/ dñs ſolicit⁹ eſt mei. mēdici igīt ij ſoli ſūt vituꝑandi: qui ſe aut flagitijs aut ignauia vitę nichil opari ſciētes aut nolētes/ ꝓuidētia dei (ſecus q̄ cęteri) ſe fecere idignos/ & miſerabilē vitā trahētes victū emē dicāt. ſi quid tamē illis (etſi indignis) ꝓpter deū potrigīt: nō petit operis merces. nā et deꝰ nobis indignis: ſuā miſericordiā porrigere nō dedignat̄. & mēdic⁹ in hac ſignificatiōe q̄ ferme vulgata eſt: in malā partē & ꝓbroſā accipi ſolet. et ſūt q hūc locū deſpirituali pane īteligi volūt. & certū eſt ſemē iuſtorū nō eſſe doctrina/ pane vitę & itellect⁹ iops. ſed q nō habet: emēdicare illū/ nequaq̄ ꝓbroſū aut iiuriū eſt/ neq; i malā partē ſumit̄. & vtinā Iudęi & Agareni iopes & fame (idigētia panis illi⁹) quotidie petuntes: illū emēdicarēt. tātū enim abeſſet vt illis hūc q̄rere panē īproperio daret: q̄tū virt⁹/ q̄tū ſal⁹ aiarū lōge abeſt a reꝑhenſione & vituperio. ¶ Triceſimoſexto verſu. cū perierint peccatores videbis: rect⁹ ex hebręo & romano pſalterio dicēdū p idicatiuū cū peribūt peccatores videbis. tā tāetſi idem ſenſus ſit: anceps tamen ſubiunctiuū perierit ad p̄teritū & futurū. & per indicatiuū: clarius dat̄ intelligi prophetię ſēſus. ¶ Triceſimuſnon⁹ & quadrageſimus verſus licet ab hebræo parū diſcedere videant: in eandē tamē cōſpirāt ſententiā. vltima enī ſunt: q̄ nobiſcū poſt hāc vitā trahim⁹/ ſiue bona ſiue mala. & interp̄tes reliquias appellauerūt: quia forte nobiſcū in morte/ comites relinquūtur animæ migranti & aut ad loca lucis aut tenebrarū eūti.

C̄ps Dđi remēoratiōe die ſabbati. XXXVII

1 Dñe ne ī furore tuo arguas me: neq; ī ira tua corripias me.

2 Quoniā ſagittę tuę ifixę ſūt michi: et cōfirmaſti ſuper me manū tuā.

3 Nō eſt ſanitas in carne mea a facie iręę tuę: non eſt pax oſſib⁹ meis a fa

C̄ps Dđi cōmēoratio neſabbati. XXXVII.

Dñe ne in ira tua arguas me: neq; i furore tuo corripias me.

Quoniā ſagittæ tuę ifixæ ſunt michi: & cōfirmaſti ſup me manū tuam.

Nec eſt ſanitas i carne mea: a vultu iræ tuæ et nō ē pax oſſib⁹ meis a fa

C̄Pſalm⁹ Dđi cōmemoratiōe. XXXVIII

Dñe ne in ira tua arguas me: neq; ī furore tuo corripias me.

Quia ſagittę tuæ infixę ſunt michi: & tetigit me manus tua.

Nō ē ſānitas i carne mea a facie īdignatiōis tuæ.

Nō eſt pax oſſib⁹ me-

	GALL.	ROM.	HEB.
	cie peccatorum meorũ.	cie peccatorum meorũ.	is : a facie peccati mei.
4	Quoniam iniquitates meæ supergreſſę sũt caput meũ: ſicut onꝰ graue grauatę ſunt ſupꝑ me	Quoniã iiqtates meæ ſuꝑpoſuerũt caput meum: ſicut onꝰ graue gra uatę ſunt ſuper me.	Quia iniquitates meæ tranſierunt caput meũ: quaſi onꝰ graue aggrauatę ſunt ſuper me.
5	Putruerũt & corruptæ ſunt cicatrices meæ: a facie inſipientię meæ.	Cõputruerũt et deteri orauerũt cicatrices meę: a facie inſipiẽtię meę.	Computruerunt & tabuerunt cicatrices meę: a facie inſipientię meæ.
6	Miſer factꝰ ſũ et curuatꝰ ſũ vſq; i finẽ: tota die cõtriſtatꝰ ingrediebar.	Miſerijs afflictꝰ ſũ et t̃batꝰ ſũ vſq; i finẽ: tota die cõtriſtatꝰ igrediebar.	Afflictꝰ ſum & incuruatus ſum nimis : tota die mœrens ambulaui.
7	Q m̃ lumbi mei impleti ſũt illuſionibꝰ: & non eſt ſanitas i carne mea.	Q m̃ aia mea cõpleta eſt illuſionibꝰ: & nõ eſt ſanitas in carne mea.	Q m̃ lumbi mei impleti ſunt ignominia: et nõ eſt ſanitas i carne mea.
8	Afflictꝰ ſũ & humiliatus ſum nimis: rugiebã a gemitu cordis mei.	Incuruatꝰ ſũ & humiliatꝰ ſũ vſq; q; rugiebã a gemitu cordis mei.	Euigilaui & afflictus ſum nimis : rugiebam a gemitu cordis mei.
9	Dñe ãte te oẽ deſyderium meũ: et gemitꝰ meꝰ a te non eſt abſcondit.	Et ãte te eſt oẽ deſyderiũ meũ: & gemitꝰ meus a te nõ eſt abſcõditꝰ	Dñe i cõſpectu tuo oẽ deſideriũ meũ et gemitꝰ meꝰ a te nõ ẽ abſcõditꝰ
10	Cor meũ cõturbatũ eſt dereliqt me virtꝰ mea/ & lumen oculorũ meorũ: et ipſũ nõ eſt mecũ.	Cor meũ cõturbatũ eſt i me & deſeruit me fortitudo mea: et lumẽ oculorũ meorũ nõ ẽ mecũ.	Cor meum fluctuabat dereliqt me fortitudo mea: & lux oc̃lorũ meorũ etiã ip̃a nõ eſt mecũ
11	Amici mei & proximi mei aduerſũ me appropiquauerũt & ſteterũt.	Amici mei & proximi mei aduerſꝰ me appropiauerunt & ſteterunt: & proximi mei a longe ſteterunt.	Chari mei & amici mei quaſi contra leprã meam ſteterunt: & vicini mei longe ſteterũt.
12	Et qui iuxta me erant de longe ſteterunt & vi faciebant qui quęrebãt animam meam.	Et vim faciebant qui quærebant animã meam/ & qui inquirebant mala michi locuti ſunt vanitatem: & dolos tota die meditabantur.	Et irruebant quærentes animam meam/ & inueſtigantes mala michi loquebantur inſidias: & dolos tota die mẽditabantur.
13	Et qui inquirebant mala michi locuti ſunt vanitates : & dolos tota die meditabantur.	Ego aũt velut ſurdꝰ nõ audiebã: et ſicut mutus qui nõ aperit os ſuum.	Ego aũt quaſi ſurdꝰ nõ audiebã: & quaſi mutꝰ nõ aperiebam os meũ.
14	Ego autem tanq; ſurdꝰ nõ audiebã: & ſicut mutus non aperiẽs os ſuũ.	Et factꝰ ſũ vt homo nõ audiens: et non habens i ore ſuo increpationes.	Et erã quaſi homo nõ audiens: nec habens in ore ſuo redargutiones.
15	Et factꝰ ſũ ſicut homo nõ audiẽs: et nõ habẽs i ore ſuo redargutiones.	Quoniam in te domine ſperaui: dixi tu exaudies domine deꝰ meus.	Te enim domine expectabam : tu exaudies domine deus meus.
16	Quoniam in te domine ſperaui: tu exaudies me domine deus meꝰ.		

Stanford University Libraries

17 Q uia dixi ne quando supergaudeāt michi ĩimici mei: & dū commouentur pedes mei super me magna locuti sunt.
18 Q m̃ ego in flagella paratus: & dolor meus in cōspectu meo semper.
19 Q uoniam iniquitatem meā annunciabo: & cogitabo p̄ peccato meo.
20 I nimici autem mei viuūt & confirmati sūt super me: et multiplicati sūt q̄ oderūt me iniq̄.
21 Q ui retribuunt mala pro bonis detrahebant michi: quoniam sequebar bonitatem.
22 N e derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me.
23 I ntēde ī adiutoriū meū: dn̄e de⁹ salutis meæ.

Q uia dixi ne aliquando insultent in me ĩimici mei: & dum commouerentur pedes mei in me magna locuti sunt.
Q m̃ ego in flagella paratus sum: et dolor meus ante me est semper.
Q uoniā iniquitatē meā ego pronuncio: & cogitabo pro peccato meo.
I nimici autem mei viuent & confortati sunt sup̄ me: et multiplicati sūt q̄ oderūt me iniq̄.
Q ui retribuebāt michi mala p̄ bonis detrahebant michi: quoniam subsecut⁹ sum iustitiā.
N e derelinquas me domine deus meus ne discesseris a me: intende in adiutorium meum domine deus salutis meę.

Q uia dixi ne forte insultent michi: & cum vacillauerint pedes mei super me magnificentur.
Q uia ego ad plagas paratus: & dolor meus contra me est semper.
Q uia iniquitatem meam annuncio: solicitus ero pro peccato meo.
I nimici autem mei viuentes confortati sunt: & multiplicati sunt odientes me mendaciter.
E t qui reddunt malum pro bono aduersabantur michi: quia sequebar bonum.
N e derelinquas me domine deus meus: ne elōgeris a me.
F estina in auxiliū meū: domine salutis meæ.

TITVLVS. Psalmus Dauid in cōmemoratione. in cōmemoratione: in recensione et confessiōe peccatorū: vt eni baptism⁹ nichil nobis ꝓfuisset/ nisi eū dn̄s suo sāctificasset: ita neq; nostra confessio & pœnitentia/ nisi sua nostrā consecrasset ac sanctificasset. sic eni omnē impleri oportebat iustitiā. Psalmus de Christo dn̄o. Propheta in spiritu inducit Christū dominum peccata nostra vt sua deo patri pro nobis confitentem.

1 EXPOSITIO CONTINVA. D n̄e ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias
me. pater misericordissime ne increpes/ ne punias me vltione vindictę æternę/ sed in miseratione tua: neq; repentina vindicta in hoc mūdo ferias me/ sed in patiētia & lōganimitate & expectatione veniæ. Q uoniā sagittę tuæ infixę sunt michi: & cōfirmasti sup̄ me manū tuā. ne in seueritate tua punias me/ quoniā tela tua oppresserūt me: & punitio tua cōfir
3 mata est super me. N ō est sanitas in carne mea a facie irę tuæ: non est pax ossibus meis a facie peccatorū meorū. cōfitebor pater/ præ formidine seuerę vltionis tuæ caro mea/ gen⁹ meū contabescit & languet: nulla requies est virib⁹ animę meæ in contemplatione transgressionum mearū. Q uia iniquitates meæ sup̄gressę sunt caput meū: et sicut onus graue
4 grauatę sunt super me. qa tu pater/ omnīū peccata posuisti in me: ac veluti ingētissimū pōdus/ mole sua obruerūt me. P utruerūt & corruptę sūt cicatrices meę: a facie īsipiētiæ meę.
5 tā veteratę sunt iustiones peccatorū meorū/ tā neglectę vt tabē iā cōtraxerit & putrefactiō
6 nē: & factę sint incurabiles ob insaniā hominū. M iser factus sū et curuatus sum vsq; in finē: tota die contristatus ingrediebar. O pater/ sarcina illa/ cumulus ille peccatorū oppressit
7 me & incuruauit me penitus: & totius vitę cursus mœrore deficiebat. Q uoniā lūbi mei īpleti sunt illusionib⁹: & nō est sanitas in carne mea. quoniā gn̄atiōes cōtinuo ī illusione & peccato e lūbis educunt: & non est caro quæ nō sit peccato obnoxia aut ob peccatū/ infirmitatē/ pœnāue sustinēs. A fflict⁹ sū et humiliat⁹ sū nimis: rugiebā a gemitu cordis mei. O
pater & si peccati insons/ propter peccatū tn̄ angustiatus sū & dejectus valde: & p̄ suspiri⁹s
9 cordis ego rugitū emittebā. D n̄e āte te oē desyderiū meū: & gemit⁹ mē⁹ a te nō est abscōdit⁹. O pater misericordiarū oīs volūtas mea/ oīs sitis mea q̄ est oēm hominē saluū facere
10 ī conspectu tuo est: et rugit⁹ mei causa nequaq̄ tibi est abscōdita. C or meū conturbatū est

GALL. ROM. HEB.

derelíquit me virtus mea & lumẽ oculorũ meorũ & ipſũ nõ eſt mecũ. aĩa mea ãxiata eſt/ vires meę elãguerũt eneruatę/ ſubtraxit ſe defẽſio tua: & ipa me ſolũ deſeruit. A mici mei & 11
ꝓximi mei aduerſũ me appropiquauerũt: & ſteterũt. Iudęi quos amicabiliter doctrina pa
ui/ quos curaui/ quos (vt me) dilexi ex aduerſo venerũt: & hęrẽtes in gradu/ nõ tulerũt mi
chi auxiliũ. E t q iuxta me erat de lõge ſteterũt: & vi faciebãt q q̃rebant aĩam meã. et apli/ 12
familiares & diſcipuli mei aufugerũt/ & ſteterũt ꝓcul: et ipetũ ĩ me faciebant/ violẽteq; p
tra hebãt q ſatagebãt ꝓdere vitã meã. E t qui inquirebãt mala michi locuti ſunt vanitates: 13
& dolos tota die meditabãt. & ſcribę/ phariſęi et pontifices explorãtes mortis meæ vias et
occaſiões/ falſas ĩ me finxerũt accuſatiões: & deceptiões iugiter ĩ corde voluebãt. E go aũt 14
tanq̃ ſurd⁹ nõ audiebã: & ſicut mut⁹ nõ apiẽs os ſuũ. cũ hęc molirẽt aduerſũ me/ nõ audiẽ
ti ſimilabar: & elinguis nullo ſe tutãti ſermone. E t factus ſum ſicut homo nõ audiẽs: & non 15
habẽs in ore ſuo redargutiones. & aſſimilatus ſũ hoĩ ſurdo: et qui nullos habet in ore ſer
mones quibus ſe excuſet/ & obiecta diluẽs ſe purget & approbet inſontẽ. Q uoniã ĩ te dñe 16
ſperaui: tu exaudies me dñe de⁹ me⁹. quoniã O pater ſpes mea ĩ te cõiecta eſt: tu pater iu
ſtiſſime/ tu dñe deus me⁹ acceptabis pœnã meã/ oblationẽ & ſatiſfactionẽ meã. Quia dixi 17
neq̃ ſupgaudeãt michi ĩimici mei: & dũ cõmouẽt pedes mei ſup me magna locuti ſũt. nã
hoc petij pater ne vnq̃ aduerſarij mei ſupexultẽt/ me gratis afflictũ eſſe & paſſũ: & ne dũ ĩ
fima mei natura/ dũ hũanitas mea cõterit & diſſoluit magna & ſupba ĩ me loquãt. Quo 18
niã ego ĩ flagella paratus ſũ: & dolor meus ĩ cõſpectu meo ſemper. quoniã O iuſtiſſime pa
ter ego ad patiendũ prõpt⁹ ſũ/ ad pœnas/ ad ipſã ferendã mortẽ accinctus ſum: & mœſti
tia/ angor/ & pœnitudo peccatorũ hoĩm ãte oculos meos obuerſat iugiter. Quoniã iiqtatẽ 19
meã ãnũciabo: & cogitabo ꝓ peccato meo. quoniã pater cõfitebor tibi & aperiã peccata
generis mei: & ſolicite curabo vt expiẽt illa ipſa delicta mea. I nimici autẽ mei viuũt/ et cõ 20
firmati ſũt ſup me: & multiplicati ſunt qui oderũt me iniq̃. viuẽtes aũt aduerſarij mei for
tificati ſunt & inualuerunt in me: & multitudine aucti ſũt qui ſine cauſa & iniuſto odio p
ſequuntur me. Q ui retribuũt mala pro bonis detrahebãt michi: quoniã ſequebar bonitatẽ. 21
viri nęquã qui pro beneficijs cõpẽſãt malũ ob idipſũ obloquebantur & aduerſabãt mi
chi: quia iuſtitiã ſectabar et opabar bonũ. Ne dereliquas me dñe deus me⁹: ne diſceſſeris a 22
me. ne deſeras me pater/ dñator & cõditor meus: ne abſcedas/ ne paſſionis tẽpore in petiti
onibus meis procul fias a me. I ntende in adiutoriũ meũ: dñe deus ſalutis meæ. O pater ĩ 23
tentus eſto in auxilium meum: tu pater domine deus meus qui ſaluas me.

ADVERTE. Vndecimo verſu. vbi habem⁹ amici mei & ꝓximi mei aduerſũ me appropi
quauerũt & ſteterũt: ex hebræo chari mei & amici mei cõtra leprã meã ſteterũt. qđ ſignifi
care videt eos etiã q viciſſim eũ diligebãt: ihorruiſſe et ſtetiſſe/ neq; cogitaſſe de auxilio af
ferẽdo: tãta erat lepra/ tãta peccati pnicies ꝓ qua ſatiſfacturus erat vt etiã ei⁹ crederẽt pec
catũ. & vt etiã de eo dicat Eſaias: nos putauim⁹ eũ quaſi leproſũ & pcuſſũ a deo/ et humi
liatũ. ipſe autẽ vulneratus eſt propter iiquitates noſtras/ attritus eſt propter ſcelera noſtra
& ſubdit. & poſuit dñs ĩ eo iiquitatẽ õniũ noſtrũ. ¶ Septimodecimo verſu. quia dixi neq̃
ſupgaudeãt michi ĩimici mei: & dũ cõmouent pedes mei ſup me magna locuti ſũt. ex he
breo quia dixi ne forte inſultent michi/ & cũ vacillauerit pedes mei ſup me magnificẽtur.
hoc dixit/ hoc orauit patrẽ piiſſimus dñs. quia paſſio neceſſaria erat ad redimẽdos nos/ &
ideo ſpõte patiebat (ego inqt in flagella parat⁹ ſũ) at illę iſultatiões nõ erãt neceſſarię/ ſed
ſolũ pniciẽ Iudęis afferẽtes. idcirco ꝓcat: ne in id mali & in ſuũ quidẽ malũ ſinat eos pater
labi/ nolens eos a fructu ſuę paſſiõis excludi. Et meli⁹ hic nequãdo q̃ ne forte. nõ enĩ Chri
ſtus neſciebat aut dubitabat quid facturi eſſent. & cõtra ex cõſequẽtia ſermonis & hebręo
melius dicerem⁹ ſuper me magna loquanť q̃ locuti ſunt. ſic enĩ in hebræo reſpondet: ſuper
me magnificentur. ¶ Vicęſimoſcdo verſu. ne diſceſſeris a me: ex hebręo ne elõgeris/ et ex
ꝓcedẽtis particulæ verbo derelinquas/ aptius diceret ne diſcedas a me/ et rectior eſt ſermo.

¶ In finẽ ꝓ idithũ cãti cũ Dauid. XXXVIII

1 DIxi cuſtodiã vias meas: vt non delinquam in lingua mea.
2 P oſui ori meo cuſtodiam: cũ conſiſteret peccator aduerſum me.

¶ In finẽ idithũ cãticũ Dauid. XXXVIII.

DIxi cuſtodiã vias meas: vt non delinquam in ligua mea.
P oſui ori meo cuſtodiam: dum cõſiſtit peccator aduerſus me.

¶ Victori ꝓ idithũ ꝑs Dauid. XXXVIIII.

DIxi cuſtodiã vias meas: ne peccem in lingua mea.
C uſtodiam os meum ſilentio: donec eſt impius contra me.

GALL.

3 Obmutui & humiliatꝰ
sũ & silui a bonis: et do
lor meus renouatꝰ est.
4 Concaluit cor meũ in-
tra me: & ī meditatiõe
mea exardescet ignis:
5 Locutꝰ sũ ī lingua mea:
notum fac michi domi
ne finem meum.
6 Et numerũ dierũ meo-
rum quis est: vt sciam
quid desit michi.
7 Ecce mensurabiles po-
suisti dies meos: & sub-
stantia mea tanq̃ nichi-
lum ante te. Semper.
8 Verũtamẽ vniuersa va
nitas: õnis homo viuẽs
9 Veruntamen in imagi
ne pertransit homo: sed
& frustra conturbatur.
10 Thesaurizat et ignorat
cui congregabit ea / &
nũc quę est expectatio
mea / nonne domin9: &
substãtia mea apd te?
11 Ab oĩbus iniquitatib9
meis erue me: opprobri
um insipiẽti dedisti me.
12 Obmutui & non apui
os meũ: qm̃ tu fecisti a-
moue a me plagas tuas
13 A fortitudie man9 tuæ
ego defeci: in increpati-
onibus propter iiquita-
tẽ corripuisti hominẽ.
14 Et tabescere fecisti sicut
araneã animam ei9 ve-
rũtamẽ vane cõturbat
omnis homo. Semper.
15 Exaudi oratiõnẽ me-
am domine / & depreca
tiõnẽ meam auribus p-
cipe lachrimas meas.

ROM.

Obmutui & humiliatꝰ
sum & silui a bonis: &
dolor meꝰ renouatꝰ est
Concaluit cor meũ in-
tra me: & in meditatio-
ne mea exardescit ignis
Locutꝰ sũ ī ligua mea /
notum michi fac domi
4	Dixi iiqs nolite iique agere: & delinquentib⁹ nolite exaltare cornu.	Dixi iiquis nolite iniq̃ agere: & delinquentib⁹ nolite exaltare cornu.	Dixi inique agẽtib⁹ nolite iique agere: et ipijs nolite exaltare cornu.
5	Nolite extollere i altũ cornu vrm: nolite loqui aduersus deũ iniquitatẽ.	Nolite extollere i altũ cornu vrm: & nolite loqui aduersus deũ iiqtatẽ	Nolite extollere in excelsum cornu vestrũ: loquẽtes in ceruice veteri.
6	Quia neq; ab oriente neq; ab occidente neq; a desertis mõtib⁹: quoniam deus iudex est.	Quia neq; ab oriente neq; ab occidente neq; a desertis mõtib⁹: quoniam deus iudex est.	Quia neq; ab oriente neq; ab occidente: neq; a solitudine montium.
7	Hunc humiliat & hũc exaltat: quia calix i manu domini vini meri plenus mixto.	Hunc humiliat & hũc exaltat: qa calix in manu domini vini meri plenus est mixto.	Sed de⁹ iudex hũc hũiliabit & hũc exaltabit/ quia calix in manu domi est vino meraco vsq; ad plenum mixtus: & propinabit ex eo.
8	Et inclinauit ex hoc in hoc/ veruntamẽ fex ei⁹ nõ est exinanita: bibẽt õnes peccatores terræ.	Et inclinauit ex hoc in hoc: veruntamẽ fex ei⁹ non est exinanita. Bibẽt ex eo omnes peccatores terrę/ ego autẽ in sæcula gaudebo: cantabo deo iacob.	Veruntamen feces eius epotabũt: bibentes omnes impij terræ.
9	Ego autem annunciabo in sęculum: cantabo deo iacob.		Ego autem annunciabo in sempiternum: cãtabo deo iacob.
10	Et õnia cornua peccatorum confringam: & exaltabũt cornua iusti	Et oĩa cornua peccatorum confringam. et exaltabũtur cornua iusti.	Et omnia cornua impiorũ confringã: & exaltabũtur cornua iusti.

TITVLVS. Ad victoriã vt nõ dispdas ps cãtici Asaph. pcat̃ i titulo ppheta ne dispdat de⁹ i nouissimo iudicio. ps de Christo dño. ppheta i spiritu iducit Christũ dñm ad patrẽ.

EXPOSITIO CONTINVA. Cõfitebimur tibi de⁹ cõfitebimur: & iuocabim⁹ nomẽ tuũ. hic in sua & suorũ fidelitũ psona loquit̃/ ego & fideles mei pater æterne beneficia tua recolem⁹ & psallem⁹ laudes tuas: & auxiliũ i noie tuo iplorabimus. 1
Narrabim⁹ mirabilia tua: cũ accepero tempus ego iustitias iudicabo. in protractu tẽporis O pater nota faciemus mira bonitatis tuæ q̃ ad saluãdos hoies fecisti opa. quod sequit̃ in sua sola loquit̃ psona, ego cũ dies iudicij aduenerit/ iustitiarũ iudiciũ executioni mãdabo. 2
Liquefacta est terra et omnes qui habitant in ea: ego confirmaui colũnas ei⁹. igne consumpt⁹ est orbis terrarũ: ego libraui/ ego mẽsus sũ sustẽtacula duratiõis eius. 3
Dixi iniquis nolite inique agere: & delinquẽtibus nolite exaltare cornu. premonui flagitiosos/ nequaq̃ flagitiosa operamini: & trãsgressores/ nolite i superbia gloriari. 4
Nolite extollere in altũ cornu vestrũ: nolite loqui aduersus deũ iniquitatẽ. pmonui/ nolite efferre supbiã vestrã in deũ: nolite effũdere ipietatis sermonẽ aduersus factorẽ oĩm. 5
Quia neq; ab oriẽte/ neq; ab occidẽte/ neq; a desertis mõtibus: quoniã deus iudex est. nolite inquã aduersus deũ loqui ipietatẽ/ quia neq; ab ortu so- 6

lis/neq; ab occasu/neq; ab aquilone & austro locisq; ihabitabilib⁹ effugietis vltionē: quo-
7 niā ad deū/cūctorum spectat iudiciū. Hūc humiliat & hūc exaltat: quia calix i manu dñi
vini meri plenus mixto. deus in iudicio partē vnā cōdēnabit & alterā ad gloriā vocabit:
quia potestas iudicādi mero/puroq; iudicio in manu dei/plena miserationis seueritate mi
8 xta. Et inclinauit ex hoc in hoc veruntamē fex eius nō est exinanita: bibēt oēs peccatores
terræ. tēperabit misericordia & seueritate iudiciū/attamē rigor iudicij & ira vltionis in ge-
9 hēna non est ablata: gustabūt ex ea oēs impij terræ. Ego autē annūciabo in sęculū: cāta-
10 bo deo iacob. ego autē præconizabo dei iudiciū vsq; in finē & diē nouissimū: et cōcinā lau
des patri meo/fideliū oīm peccataq; supplātātiū glorificatori deo. Et oīa cornua peccato-
rū confringā: & exaltabunt cornua iusti. & in iudicio vniuersas vires potentiā et gloriam
impiorū elidā: & gloria & potentia iustorum eleuabitur.

ADVERTE. ¶ Scdo versu. cū accepo tēp⁹ ego iustitias iudicabo. pīde est acsī dicerem⁹:
ego iusta/rectaq; iudicabo/recta afferā vnicuiq; iudicia. qđ Christū dñm dixim⁹ in ꝓpria
psona locutū: suplora aūt tā in sua q̄ suorū. nec ab re qdē. Nā illi ꝓpriū est i nouissimo die
iudicij sentētiā ꝓferre: patris aūt bñficia testari & recognoscere et iterī auxiliū eius iplora
re/& Christo dño scdm carnis dispēsationē & fidelib⁹ cōmune est. ipse eni est apd patrē (vt
dilect⁹ iqt apl'us) ꝓpiciatio ꝓ peccatis nostris/nō ꝓ nostris aūt tātū sed etiā pro toti⁹ mū-
di. ¶ Tertio versu. liquefacta est terra: meli⁹ liquefiet. qđ et hebrēū/ dissoluetur terra: et p̄-
cedēs verbū iudicabo ostēdit. ¶ Septimo versu. hūc humiliat & hunc exaltat: accōmoda-
tius ex hebræo humiliabit et exaltabit. ¶ Octauo. & inclinauit ex hoc i hoc: inclinabit re-
ctius. nisi maluerimus dicere vt ex hebræo: & propinabit ex eo.

¶ In finē i laudibus p̄s Asaph cāticū. LXXV

1 NOtus i iudęa deus: in israel magnū nomen eius.
2 Et fact⁹ est i pace loc⁹ ei⁹: & habitatio ei⁹ i siō
3 Ibi confregit potentias: arcum/ scutum/ gladium & bellum. Semp
4 Illuminās tu mirabilit a mōtib⁹ ętnis: turbati sūt oēs īsipiētes corde.
5 Dormierūt sōnū suū: et nichil iuenert oēs viri diuitiarū i manib⁹ suis
6 Ab increpatiōe tua de⁹ iacob: dormitauerunt qui ascenderūt equos.
7 Tu terribilis es & quis resistet tibi? ex tunc ira tua.
8 De cœlo auditum fecisti iudicium: terra tremuit & quieuit.
9 Cū exurgeret i iudiciū deus: vt saluos faceret oēs māsuetos terrę. Sp
10 Q m̄ cogitatio homis

¶ In finem in laudib⁹ Asaph cāticū. LXXV

NOtus i iudęa deus: i israel magnū nomen eius.
Et fact⁹ est i pace loc⁹ ei⁹: et habitatio ei⁹ i siō.
Ibi confregit cornua: arcum / scutum/ gladium & bellum. Dp̄.
Illuminās tu mirabilit a mōtib⁹ ętnis: turbati sūt oēs īsipiētes corde.
Dormierūt sōnū suū: & nichil īuenert oēs viri diuitiarū i manib⁹ suis.
Ab increpatiōe tua de⁹ iacob: dormitauerunt qui ascenderunt equos.
Tu terribilis es & qs resistet tibi? ex tunc ira tua.
De cœlo iudicium iaculatum est / terra tremuit & quieuit dū exurgeret in iudicio de⁹: vt saluos faceret omnes quietos terræ. Dp̄.
Quia cogitatio hois cō

¶ Victori i carmib⁹ p̄s asaph cāticū. LXXVI

COgnoscitur in iudæa deus: in israel magnū nomen eius.
Et erit i salē tabernacl'm ei⁹: et habitatio ei⁹ i siō.
Ibi confringet volatilia arcus: scutum & gladium & bellum. Sela.
Lumē tu es magnifice a montib⁹ captiuitatis: spoliati sūt supbi corde
Dormitauert sōnū suū: et nō inuenerūt oēs viri exercitus manus suas.
Ab increpatiōe tua deus iacob: consopitus est & currus et equus.
Tu terribilis es & quis stabit aduersum te? ex tunc ira tua.
De cœlo annunciabis iudicium: terra timens tacebit.
Cū surrexerit ad iudicā dū de⁹: vt saluos faciat ōnes mites terræ. Sela.
Quia ira hominis cōfi

	GALL.	ROM.	HEB.
Not9 i Iu.	confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.	fitebitur tibi: et reliquię cogitationum diem festum agent tibi.	tebitur tibi: reliquijs irę accingeris.
11	V ouete & reddite dño deo vestro: oēs q̄ i circuitu eius afferēt munera.	V ouete et reddite dño deo vr̄o: oēs qui i circuitu ei9 offertis munera.	V ouete & reddite dño deo vr̄o: oēs qui i circuitu ei9 sūt/ offerēt dona.
12	T erribili & eiq̄ aufert spiritū principū: terribili apud reges terrę.	T erribili et eiq̄ aufert spiritum principum: terribili apud reges terrę.	T erribili auferenti spiritum ducum: terribili regibus terræ.

TITVLVS. Ad victoriam in carminibus psalmus Asaph canticum. Psalmus de Christo domino. propheta in spiritu loquitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Notus in iudęa deus: in israel magnū nomē ei9. agnitus 1
Christus dñs in carne in terra iuda: in terra israel celebris fama noīs eius. Et fact9 in pace 2
locus eius: & habitatio eius in sion. in tēpore vniuersæ pacis aduētus eius: & conuersatio
eius in monte sion/ in tēplo dei docēs & instruēs populū. Ibi cōfregit potētias: arcū/ scutū/ 3
gladiū & bellū. i aduētu suo sustulit vites bellorū: & ipse salutis pacisq̄ author detriuit oī-
modū bellādi machinamentū/ ipmq̄ cōflictū. Illuminās tu mirabiliter a mōtibus ęternis: 4
turbati sunt oēs īsipiētes corde. tu deus qui in terrā veniſti mirabili9 illuminās q̄ āgeli dei/
qui illuminauerūt/ docuerūt & illustrarūt per ꝓphetas: cōcitati sūt i te vniuersi mēte cæci/
vęcordes/ dei ignari/ aioq̄ ipij. Dormierūt sōnū suū: & nichil inuenerūt oēs viri diuitiarū 5
in manibus suis. aduersātes iā nato & diuersāti i terris & illumināti Christo dño ne regnū
tēporale ꝑderēt/ mortui sūt i peccatis: & nichil i actiōib9 suis iuētū est bonorū operū. Ab 6
increpatione tua deus Iacob: dormitauerūt qui ascēderunt equos. a correptione tua de9 cu
stodiētiū legē tuā & vicia supprimētiū: ꝓpinquauerūt ad mortē principes & potētes/ qui ti
bi aduersati sunt. Tu terribilis es & quis resistet tibi? ex tūc ira tua. tu tremēdus & metuen 7
dus es/ & quis possit tuę potētię reluctari? ex illo tēpore i Iudęos indignatio tua. De cœlo 8
auditū feciſti iudiciū: terra tremuit & quieuit. Cū exurgeret in iudiciū deus: vt saluos fa- 9
ceret oēs māsuetos terræ. sed & alio aduētu veniet/ cū desup signū dabit deus/ iudicij: i cō
spectu ei9 terreni timebūt/ & tacebūt nequaq̄ audētes tūc mutire & illi aduersari. cū ipe do
min9 ad iudicādū in propria descēdet: vt æterna fœlicitate donet oēs q̄ māsuete illū in ter-
ra susceperē/ eiusq̄ volūtates ac ꝑcepta seruauere. Quia cogitatio hoīs cōfitebit̄ tibi: & reliq̄ 10
cogitationū diē festū agēt tibi. tunc aduersarij tui horrescēt/ pauebūt & conticescēt/ qa tūc
aptę erūt cogitatiōes hoīm/ & deū pariter esse agnoscēt & cōfitebunt̄/ sed solę mitiū/ pio-
rūq̄ cogitationes æternitatis indeficiētē lucē cū festiuitate & gaudio celebrabūt. Vouete 11
& reddite dño deo vr̄o: oēs qui i circuitu ei9/ afferēt mūera. spōdete & q̄ spopōderitis exhi
bete dño deo vestro: nā oēs quorū ille medi9 est/ laudes illi cōcinēt & hymnos. Terribili et 12
ei qui aufert spūm principū: terribili apd reges terræ. spōdete & reddite deo vestro tremēdo
& metuēdo/ & qui potestatē habet auferēdi principibus & potestatibus prudētię sensum: tre
mēdo & metuendo omnibus in terra dominantibus atq̄ regnantibus.

ADVERTE. Secūdo versu. & factus est in pace locus eius: Hieronymus & erit in salē ta-
bernaculū eius. expoſuissem vt nōnulli/ erit in Hierusalē locus eius et cōuersatio ei9 i sion/
quasi huic Esaię vaticinio respōderet/ de sion exibit lex & verbū dñi de Hierusalē/ qđ & i
dñi aduētu ipletū est: nisi q̄ Hieronym9 ad Euagriū presbyterū nō satis cōstitire videt Io-
sepho & nostris/ qui eādē credūt ciuitatē q̄ olim salē & nūc Hierusalē. verū salē dicit̄ oppi-
dū esse iuxta Scithopolin qđ & ei9 quoq̄ tēpore retinebat nomē salē. i quo nō satis apte cō
stat dūm nostrū fuisse. & iterꝑtes nō ꝓprīū nomē esse hic intellexerūt sed cōmune: ideo trā-
tulerūt i pace. ¶ Quarto versu. illuminās tu mirabiliter a mōtib9 æternis Hieronym9 ex
hebræo/ lumē tu es magnifice a mōtib9 captiuitatis. quo designari videt/ tu es lumen ma-
gnificentius q̄ mōtes captiuitatis. et hi montes qui a captiuitate hūani generis illumina-
uerūt ad aduētū Christi dei & saluatoris/ angeli fuerūt et ꝓphetę: q̄ ꝑserti luxerūt gēti He
braicæ/ vt deū agnoscerēt. at vero Christus dñs iuxta oraculū iusti Simeonis: lumē est ad
reuelationē gētiū vt vniuersi fines terræ deū agnoscerēt/ & gloria plebis suæ israel. ¶ Secū
da eiusdē quarti vers9 particula. turbati sunt oēs īsipiētes corde: Hieronym9 ex hebręo spo
liati sūt superbi corde. quod ꝓpemodū icōtaminatę deiparę virginis cōspirat oraculo: qđ
deo plena cecinit. depoſuit potētes de sede: & exaltauit humiles. ¶ Octauo versu. de cœlo
auditū feciſti iudicium/ terra tremuit et quieuit: rectiꝰ ad hebræū/ de cœlo auditum facies

iudiciū/terra tremet & quieſcet. ſic enī ex hebræo de cœlo ānūciabis iudiciū/ terra timens tacebit. & ī præcedētib⁹ de primo iudicio: hic de ſecūdo/ſermo haberi videt. ¶Nono ver ſu. cū exurgeret ī iudiciū de⁹ vt ſaluos faceret oēs māſuetos: cōformius ad hebræū cū exurget ī iudiciū de⁹ vt ſaluos faciat oēs māſuetos terrę. ¶Vndecimo verſu. vouete et reddite dño deo veſtro. ſūt qui legunt nr̄o. græce legit̄ τῷ θεῷ ἡμῶν. deo noſtro: vbi ſcribēdū fuiſſe arbitror ὑμῶν id eſt veſtro. nā & in hebræo deo veſtro habet̄. ſed & codices emēdati oēs/hñt veſtro. ¶Eodē verſu. legēdū ī pſalmodia romana oēs qui in circuitu ei⁹ offerēt munera/& diſtinctiōis pūct⁹ poſt ei⁹/itelligēd⁹. nā et ex hebræo/verbū ſūt itelligendū: acſi ita exprimerem⁹ omnes qui ī circuitu ei⁹ ſūt/offerēt munera. quaſi hęc ſit intelligētia. vos adhuc t̄renorū incolę/vouete et reddite deo veſtro: qa etiā oēs q iudicio facto ęternitatis diē feſtū illi agent/illū circūſtātes/laudes offerent illi. et vos etiā nūc nitamini beatos illos imitari. Et græce etiā p tertiā pſonā pluralem legitur ὅτι σουσι δῶρα. ferent munera. nos autem in eccleſijs gallicis/nunc legimus/omnes qui in circuitu eius affertis munera: romanam forte pſalmodiam imitantes. arbitrati ſunt enim id melius eſſe: et referendum ad id quod in principio intelligitur vos/cum dicitur vouete et reddite. et pleriſq; in locis: ex romana editione mutuantur/vbi id ſuſpicantur dictum accommodatius.

¶In finem p idithum ps Aſaph. LXXVI.

1 VOce mea ad dominum clamaui: voce mea ad deum & intendit michi.
2 In die tribulatiōis meę deū exquiſiui manibus meis: nocte contra eum & non ſum deceptus.
3 Renuit conſolari anima mea/memor fui dei & delectat⁹ ſum/& exercitatus ſum: et defecit ſpiritus meus. Semper
4 Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus ſū & non ſum locutus.
5 Cogitaui dies ātiquos: & annos æternos ī mēte habui.
6 Et meditatus ſum nocte cum corde meo: & exercitabar & ſcobebā ſpiritum meum.
7 Nūquid ī ęternū p̄jciet de⁹: et nō apponet vt cōplacitior ſit adhuc?
8 Aut in finē miſericordiam ſuam abſcindet: a generatione in generationem?

¶In finem p idithum ps Aſaph. LXXVI.

VOce mea ad dominum clamaui: et vox mea ad deum & intendit michi.
In die tribulatiōis meę deū exquiſiui manibus meis: nocte coram eo et non ſum deceptus.
Negauit conſolari animam meā: memor fui dei & delectatus ſum.
Exercitat⁹ ſū et defecit pauliſp ſpūs me⁹/Dp. anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus ſū & non ſum locutus. *
Cogitaui dies ātiquos: & annos ęternos in mē te habui.
Et meditatus ſum nocte cum corde meo: exercitabar & ventilabā in me ſpiritum meum.
Et dixi nūquid ī æternū proijciet deus / aut non apponet vt cōplacitior ſit adhuc? aut ī finem miſericordiam ſuam abſcidet a ſæculo & in generatione?

¶Victori pro idithum ps Aſaph. LXXVII.

VOce mea ad dominum clamaui: voce mea ad deum & exaudiuit me.
In die tribulatiōis meę dñm exquiſiui: manus mea nocte extenditur & non quieſcit.
Noluit cōſolari aīa mea recordās dei cōturbabar.
Loquebar in memetipſo: & deficiebat ſpiritus meus. Sela.
Prohibebā ſuſpectum oculorū meorū: ſtupebam et non loquebar.
Recogitabā dies antiquos: annos ſæculorū.
Recordabar pſalmorū meorū in nocte cū corde meo loquebar: et ſcobebā ſpiritum meum.
Ergo ne in ęternū proijciet dominus: & non repropiciabitur vltra?
Ergo ne cōplebit vſq; in finem miſericordiā ſuam: conſummabitur verbum de generatione in generationem. *

	GALL.	ROM.	HEB.
9	Aut obliuiſcetur miſereri deus: aut cõtinebit in ira ſua miſericordias ſuas? Semp.	Nunquid obliuiſcet miſereri deus: aut continebit in ira miſericordiã ſuam? Dp.	Nũquid oblit⁹ eſt miſereri de⁹: aut complebit i furore mias ſuas. Sela
10	Et dixi nũc cępi hęc mutatio dexteræ excelſi.	Et dixi nũc cępi hęc eſt imutatio dextę excelſi.	Et dixi ibecillitas mea eſt: hęc cõmutatio dexteræ excelſi.
11	Memor fui operũ dñi: quia memor ero ab initio mirabilium tuorũ.	Memor fui operũ dñi: quia memor ero ab initio mirabilium tuorũ.	Recordabor cogitationũ dñi: reminiſcens antiqua mirabilia tua.
12	Et meditabor in õnib⁹ opib⁹ tuis: et i adinuentionib⁹ tuis exercebor.	Et meditat⁹ ſũ i oĩbus opib⁹ tuis: et i obſeruatiõibus tuis exercebor.	Et meditabor ĩ oĩ opere tuo: & adinuẽtiones tuas loquar.
13	Deus in ſãcto via tua/ quis deus magnus ſicut deus noſter? tu es deus qui facis mirabilia.	Deus in ſancto via tua/ quis deus magnus ſicut deus noſter? tu es deus qui facis mirabilia ſol⁹.	Deus in ſancto tuo via tua/ quis de⁹ magn⁹ vt deus? tu es deus faciẽs mirabilia.
14	Notã feciſti i pplis virtutẽ tuã/ redemiſti i brachio tuo ppl'm tuũ: filios iacob et ioſeph. Sep	Notã feciſti i pplis virtutẽ tuã/ liberaſti i brachio tuo ppl'm tuũ: filios iſrael & ioſeph. Dp	Notã feciſti i pplis potẽtiam tuã/ redemiſti i brachio populũ tuũ: filios iacob & ioſeph. Sela.
15	Viderũt te aquę de⁹ viderũt te aquę et timuerũt: et turbatę ſũt abyſſi	Viderũt te aq̃ de⁹ viderunt te aq̃ & timuerunt & turbatę ſunt abyſſi:	Vidẽtes te aq̃ deus vidẽtes te aq̃ parturiuerũt: et cõmotę ſũt abyſſi.
16	Multitudo ſonitus aq̃rũ: vocem dederunt nubes.	Multitudo ſonit⁹ aquarũ Vocem dederunt nubes/ etenim ſagittę tuæ pertranſierunt: vox tonitrui tui in rota.	Excuſſerũt aq̃s nubila/ vocẽ dederũt nubes: & ſagittę tuæ diſcurrebãt
17	Et teni ſagittæ tuæ trãſeunt: vox tonitrui tui i rota.	Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terrę: vidit & commota eſt terra.	Vox tonitrui tui i rota/ apparuerũt fulgura tua orbi: cõcuſſa eſt et cõmota eſt terra.
18	Illuxerũt coruſcatiões tuæ orbi terræ: cõmota eſt & contremuit terra.		
19	In mari via tua & ſemitę tuę i aqs multis: et veſtigia tua nõ cognoſcẽt	In mari via tua et ſemitę tuę i aquis multis: et veſtigia tua nõ cognoſcẽt	In mari via tua et ſemitę tuę i aqs multis: et veſtigia tua nõ ſũt agnita
20	Deduxiſti ſicut oues populum tuum: in manu moiſi & aaron.	Deduxiſti ſicut oues populum tuum: in manu moiſi & aaron.	Deduxiſti quaſi gregẽ populum tuum: in manu moiſi & aaron.

TITVLVS. Ad victoriã pro idithũ pſalmus Aſaph. pſalm⁹ de Chriſto domino. Prophetra in ſpiritu populum ſanctum inducit.

EXPOSITIO CONTINVA. Voce mea ad dñm clamaui: voce mea ad deũ/ et itẽdit mi- 1
chi. eleuaui orationẽ meã ad dñatorẽ oĩm: eleuaui ad cõditorẽ/ et pſto affuit michi. In die 2
tribulationis meæ deum exquiſiui manib⁹ meis: nocte cõtra eum et nõ ſum decept⁹. ſi interdiu anxiatus ſum et tribulat⁹/ cõfugi ad deum: ſi noctu/ man⁹ meas ãte eum expãdi/ et
i hoc nõ erraui. Renuit cõſolari aĩa mea/ mẽor fui dei et delectat⁹ ſũ et exercitat⁹ ſũ: et de- 3
feciteſpirit⁹ me⁹. ſpiritus me⁹ p tribulatiõe cõſolationẽ nõ reppit/ leuaui cogitatum meum

4 ad dei mei/redẽptoris mei beneficiũ/& cõsolat⁹ sũ/cogitaui meipsũ & iterũ i tristitia cõster-
nata est aia mea. Anticipauerũt vigilias oculi mei: turbat⁹ sũ & nõ sũ locut⁹. añ solitũ vigi-
5 lię tempus insõnis fui pro curriculi vitæ meę recordatione/ꝑ factis ꝑteritæ vitę: tribulat⁹
sũ/& in lachrimis obmutui. Cogitaui dies antiquos: & ãnos æternos i mẽte habui. reuol-
6 ui aĩo dies creatiõis nostræ a principio: cogitaui in fine retributionẽ siue ad vitã siue ad sup
pliciũ/nullo vnq̃ annorũ numero finiendã. Et meditat⁹ sũ nocte cũ corde meo: & exerci-
7 tabar & scobebã spũm meũ. insõnẽ duxi in tacita oratione noctẽ: act⁹ meos ĩtra memetip-
sũ & cũ aĩa mea scrutabar/et explabã spũm meũ. Nũquid i æternũ ꝓiciet de⁹: aut nõ ap-
8 ponet vt cõplacitior sit adhuc? nũquid sinet nos Christ⁹ dñs & de⁹ noster sic affligi in ppe-
tuũ: & nũquid i posterũ nõ addet vt nobis placatior fiat/& nostri misereaꝫ. Aut i finẽ mise
9 ricordiã suã abscidet: a gnatiõe i gnationẽ? nũquid miserationẽ suã nobis denegabit: ꝑ po
steritatũ successiones? Aut obliuiscet misereri de⁹: aut cõtinebit in ira sua misericordias su-
10 as? nunquid fieri poterit vt misereri (qđ illi ꝓpriũ est) dediscat Christ⁹ dñs: aut i indignati-
one miserationes suas abneget? minime id fieri poterit. Et dixi/nũc cœpi: hæc mutatio de-
11 xteręe excelsi. & mot⁹ tuo spiritu dixi/ nũc cœpi cõsolari/ nũc liberari: hæc vicissitudo est
misericordiæ altissimi. Memor fui opũ dñi: quia memor ero ab initio mirabiliũ tuorũ. respe
xi i opa dei & agnoui eũ nõ reliquere iuste oppressos i ppetuũ/sed placabilẽ & ꝓpiciũ fieri/
12 nõ abscindere misericordiã suã/nõ obliuisci misereri/nõ cõtinere in ira misericordias suas:
O de⁹ me⁹ recordabor mirificorũ opũ tuorũ a mũdi exordio. Et meditabor i oĩb⁹ opib⁹
13 tuis: & i adiuẽtiõib⁹ tuis exercebor. verſabor assidu⁹ i mirabilib⁹ tuis cogitãdis: & q̃ ad ho
minũ salutẽ sunt/eloquar & ãnũciabo. Deus i sãcto via tua/quis de⁹ magn⁹ sicut de⁹ no-
14 ster? tu es de⁹ qui facis mirabilia. O rerũ cõditor i solo Christo tuo iter est quo ad te itur/et
quo nobis subuenis/qs potẽs/sublimis & excels⁹ vt tu qui es de⁹ noster? tu solus es q facis
15 opa/naturę vires facultatẽq; supãtia. Notã fecisti i populis virtutẽ tuã: redemisti i brachio
tuo populũ tuũ filios Iacob et Ioseph. mãifestã fecisti natiõib⁹ virtutẽ tuã/ tyrãnos sternẽs
& deijciẽs: liberasti sãctos tuos/filios peccata supplãtãtiũ/& virtutib⁹ accrescẽtiũ. Viderũt
16 te aq̃ de⁹/viderũt te aq̃ & timuerũt: & turbatę sũt abyssi. potẽtiã tuã agnouerunt ppli dñe/
potẽtiã tuã agnouerũt populi & reueriti sũt: & flagitioſę potestates cõturbatę sũt. Multitu
17 do sonit⁹ aquarũ: vocẽ dederũt nubes. mult⁹ populorũ mũdi fremit⁹: spũales viri i sermo-
nẽ ꝓruperũt. Et tenĩ sagittę tuę trãseũt: vox tonitrui tui in rota. eniuero Christe dñe supbã
18 dicte verbũ tuũ penetrat & vbiq; discurrit: ꝑdicatiõis tuæ sonit⁹ in circuitu orbis terrarũ.
Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terrę: cõmota est et contremuit terra. illuminationes de
19 ctrinæ tuæ/signa & prodigia mundo patuere: conturbati sunt homines/& timuerunt po-
tentiam tuam. In mari via tua deus & semitę tuæ in aquis multis: & vestigia tua non co-
20 gnoscent. in mundo deus testamẽtũ tuũ/& in populis multis ꝑcepta tua: & secret⁹ illapſ⁹
tuus incognit⁹. Deduxisti sicut oues populũ tuũ: in manu moisi & aaron. rexisti sicut gre-
gẽ pacificum/ecclesiam tuam: sub potestate mansueti & fidelis principis/& incorrupta vi
tæ sanctimonia et administratione pontificis.

ADVERTE. Tertio versu. memor fui dei & delectat⁹ sũ: Hieronym⁹ ex hebręo/recordãs
dei cõturbabar. hic sens⁹ videtur oppositus: sed iterꝑtes hãc turbationẽ in exultatione spi-
ritus intellexerũt. et dñs noster Lazarũ suscitatur⁹ infremuit spũ/& turbauit seipsũ: ꝑcul-
dubio spiritu exultãs de clarificatione/qua pater in suscitatiõe Lazari eũ clarificatur⁹ erat.
et eleuatis sursũ oculis dixit: pater gratias ago tibi quoniã audisti me. ego autẽ sciebã quia
semper me audis. sed propter populum qui circunstat dixi: vt credant quia tu me misisti.
¶ Sexto versu. & meditatus sum nocte cum corde meo et exercitabar: distinctio facienda
post nocte. & secundo loco copulãdi nota superfluit: ex hebræo vbi legit recordabor psal
morũ meorũ in nocte/cũ corde meo loquebar. neq; etiã in romana continetur psalmodia.
¶ Octauo versu. aut in finẽ. & nono. aut obliuiscet: legẽdũ an. quod ex hebræo satis con-
stat: ex quo/primo loco legit/ergo ne cõplebit vsq; i finẽ. & scđo/nũqd oblitus est. In eodẽ
octauo versu multi codices sunt corrupti habentes abscidet pro abscindet. ¶ Decimo ver-
su. nunc cœpi: Hieronymus ex hebreo/& dixi ibecillitas mea est. ac sit sens⁹. & dixi/ imbe
cillitas mea est: si credã te in æternũ ꝓpiciare/nõ ꝓpiciari/misericordiã in finẽ abscindere/
obliuisci misereri/et id gen⁹. hæc cõsueta est mutatio dexteræ excelsi: ex afflictione i libera-
tionẽ/ex desolatione & luctu i cõsolationẽ/ex pauptate in opulentiã pennẽ/ex siti et fame
in saturitatẽ/quasi de sinistra mutet i dextrã. sed ex opposito timẽdũ: ne de dextra cõmu-
tet i sinistrã/de cõsolatiõe hui⁹ mũdi in luctũ et desolationẽ/de opulẽtia in erũnã peren-
nẽ/de saturitate in ppetuã sitim & ppetuã famẽ. hæc mutatio dextræ excelsi. de prima: dñs
i beatitudinib⁹. de scđa: dñs de epulone diuite flãmis æstuãte æternis/inducit Abraã dicẽ-
tẽ. fili recordare quia accepisti bona i vita tua/& Lazar⁹ similiter mala: nũc autẽ hic con-

Psal.
76
Voce mea.
77

GALL.

solatur/tu vero cruciaris.

ROM.

¶ Vndecimo versu. memor fui operū dñi/quia memor ero mirabiliū tuorū: accōmodatiꝰ ad hebreū memorabor operū dñi/ablata īsup particula quia. nā sic ex hebreo recordabor cogitationū dñi/reminiscēs antiqua mirabilia tua.

¶ Intellectus Asaph.

LXXVII.

1 ATtendite populeus legem meā: inclinate aurem vestrā in verba oris mei.

2 Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio.

3 Quāta audiuimꝰ et cognouimꝰ ea: & pres nostri narrauerūt nobis:

4 Nō sūt occultata a filijs eorū: in gnatione altera

5 Narrātes laudes domini & virtutes eiꝰ: & mirabilia eius quę fecit.

6 Et suscitauit testimonium in iacob: & legē posuit in israel.

7 Quāta mandauit patribus nostris nota facere ea filijs suis: vt cognoscat generatio altera.

8 Filij q̄ nascēt et exurgēt & narrabunt filijs suis.

9 Vt ponāt in deo spem suam & nō obliuiscantur operum dei: & māndata eius exquirant.

10 Ne fiāt sicut pres eorū: gnatio praua et exaspās

11 Gnatio quę nō direxit cor suum: & nō est creditꝰ cū deo spiritꝰ eius.

12 Filij ephrem intendentes & mittentes arcum: cōuersi sunt in die belli.

13 Non custodierūt testamentum dei: & in lege eius noluerunt ābulare

14 Et oblitī sūt benefacto

¶ Intellectus Asaph.

LXXVII.

ATtendite populꝰ meus legem meam: inclinate aurem vestrā in verba oris mei.

Aperiam in parabolis os meum: loquar ppositiones ab initio sęculi.

Quāta audiuimꝰ et cognouimꝰ ea: & pres nostri narrauerūt nobis:

Nō sūt occultata a filijs eoꝝ: in gnatione altera

Narrātes laudes domini & virtutes eius: et mirabilia eius quæ fecit.

Et suscitauit testimonium in iacob: & legē posuit in israel.

Quā mādauit patribꝰ nostris vt notā facerent eam filijs suis: vt cognoscat generatio altera.

Filij q̄ nascūt exurgēt: et narrabūt eā filijs suis

Vt ponāt in deo spem suam/ & non obliuiscātur operū dei sui: & māndata eius exquirant.

Ne fiāt sicut pres eorū genꝰ prauū & ꝓmarū genꝰ qđ nō direxit cor suum: & nō est creditꝰ cum deo spiritus eius.

Filij ephrē ītēdētes arcū emittētes sagittas suas: cōuersi sūt ī die belli

Nō custodierūt testamētū dei sui: & in lege eius noluerunt ambulare.

Et oblīti sunt bñfactoꝝ

¶ Intellectus Asaph.

LXXVIII

AVsculta populus meꝰ legē meam: inclinate aurem vestrā ad verba oris mei.

Aperiam in parabola os meū: loquebar ænigmata antiqua.

Quę audiuimus & cognouimꝰ: & patres nostri narrauerunt nobis:

Nō sūt abscōdita a filiis eoꝝ: a gnatiōe seq̄nti

Narrātes laudes domini et potētiā eiꝰ: & mirabilia eius quæ fecit.

Statuit cōtestationem iacob: & legem posuit i israel.

Quæ mandauit patribus nostris vt docerent filios suos: vt cognosceret gnatio subsequens.

Filij nascituri surgent: & narrabunt filijs suis.

Vt ponāt in deo spē suam/ & non obliuiscantur cogitationū dei: et māndata eius custodiāt.

Vt nō sint sicut pres eorum generatio declinās et ꝓuocās/ gnatio q̄ nō ꝓparauit cor suū: et nō credidit deo spūs eius.

Filij ephraī ītēdētes & mittētes arcū: terga verterunt in die belli.

Non custodierunt pactum dei sui: & in lege eiꝰ noluerunt ingredi.

Et oblīti sūt cōmutatio

rum eius: & mirabiliũ eius quæ ostendit eis.
15 Coram patribus eorũ fecit mirabilia ī terra ęgypti: ī campo taneos.
16 Interrupit mare & p̃duxit eos: & statuit aquas quasi in vtre.
17 Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis.
18 Interrupit petrã ī eremo: & adaquauit eos velut in abysso multa.
19 Et eduxit aquã de petra: & deduxit tanq̃ flumina aquas.
20 Et apposuerũt adhuc peccare ei: in ira excitauerũt excelsũ in inaq̃so.
21 Et tentauerunt deũ in cordib9 suis: vt peterẽt escas animabus suis.
22 Et tmale locuti sunt de deo: dixerunt nunquid poterit deus parare mẽsam in deserto?
23 Quoniã percussit petrã & fluxerunt aquæ: & torrẽtes inũdauerũt.
24 Nunquid & panẽ poterit dare: aut parare mensam populo suo?
25 Ideo audiuit dominus & distulit: & ignis accẽsus est in iacob & ira ascendit in israel.
26 Quia nõ crediderunt in deo: nec sperauerunt in salutari eius.
27 Et mãdauit nubib9 desup̃: et ianuas cęli ap̃uit
28 Et pluit illis manna ad manducandũ: & pa

rum eius / & mirabiliũ eius quę ostendit eis: coram patribus eorum.
Fecit mirabilia in terra ægypti: in cãpo taneos.
Interrupit mare & perduxit eos: & statuit aquas quasi in vtrem.
Et eduxit eos in nube diei & tota nocte in illuminatione ignis.
Interrupit in eremo petram: & adaquauit eos velut in abysso multa.
Et eduxit aquã de petra: & eduxit tanq̃ flumina aquas.
Et apposuerunt adhuc peccare ei: ī irã cõcitauerunt excelsũ in siccitate.
Et tentauerunt deum ī cordibus suis: vt peterẽt escas animabus suis.
Et tmale locuti sunt de deo et dixerunt nũquid poterit deus parare mẽsam in deserto?
Quoniam percussit petram & fluxerũt aq̃: & torrentes inundauerũt
Nunquid & panẽ poterit dare: aut parare mensam populo suo?
Ideo audiuit dominus & distulit & suppposuit: & ignis accensus est ī iacob & ira ascẽdit ī israel
Quia non crediderunt in deum suum: nec sperauerũt in salutare ei9.
Et tmandauit nubibus desuper/& ianuas cœli aperuit & pluit illis mãna manducare.

num eius: & mirabilium eius quę ostẽdit eis
Coram patrib9 eorũ fecit mirabilia in tra ęgypti: in regione taneos.
Diuisit mare & trãsduxit eos: & stare fecit aquas quasi aceruum.
Et duxit eos in nube p̃ diem: & tota nocte ī lumine ignis.
Scidit petram in deserto: & potum dedit quasi de abyssis magnis.
Et eduxit riuos de petra: et elicuit quasi flumina aquas.
Et addiderũt vltra peccare ei: & prouocarunt excelsum in inuio.
Et tentauerunt deum ī cordibus suis petentes cibum animæ suæ et loquentes contra deũ dicebant: nunquid poterit deus ponere mensã ī solitudine?
Ecce percussit petram et fluxerũt aquæ: et torrentes inundauerunt.
Nunquid et panẽ poterit dare: aut prępparare carnem populo suo?
Ideo audiuit dominus et distulit: et ignis accẽsus est in iacob et furor ascendit in israel.
Quia non crediderunt in deo: nec habuerunt fiduciã in salutari eius.
Et pręcepit nubib9 desuper/et portas cœli aperuit: et pluit sup̃ eos manna vt comederẽt: et

Versu. 25. Distulit/accẽsã scilicet irã. sũt qui hñt nõ distulit: tũc ītelligę/dare eis q̃ cõcupiuerãt/ ne sit ī translationibus cõtrarietas

	GALL.	ROM.	HEB.
	nem cœli dedit eis.	Panē cœlí dedit eis/panē angelorum mandu cauit homo:frumētatiónē mísit ei ī abūdātia.	tríticum cœlí dedit eis.
29	Panē āgelorum mādu cauit homo:cíbaría mísit eis ín abundantíam.		Panem fortíum comedit vir: cibaría mísit eís ín saturitatem.
30	Transtulít auſtrum de cœlo: & īduxít ín vírtute ſua africum.	Et excitauit auſtrū de cœlo:& īduxít in vírtute ſua africum.	Abſtulit eurum de cœlo:& índuxít ín fortitudíne ſua africum.
31	Et pluít ſuper eos ſícut puluerem carnes:& ſícut arenam maris/volatília pennata.	Et pluít ſuper eos ſicut puluerē carnes: & ſicut arenam maris/ volatília pennata.	Et pluít ſuper eos quaſí puluerē carnes:et quaſí arenā maris/volatilía pennata.
32	Et ceciderunt ín medío caſtrorum eorum:círca tabernacula eorum.	Et ceciderunt ī medío caſtrorum eorum:círca tabernacula eorum.	Et ceciderūt ī medío caſtrorum eorum ī círcuítu tabernaculorū eorū.
33	Et māducaueīt et ſaturatí ſunt nímis/ & deſyderíum eorū attulít eis: nō ſūt fraudatí a deſyderío ſuo.	Et māducauerunt & ſaturatí ſunt nímis/et deſyderíum eorum attulít eis:& nō ſunt fraudatí a deſyderío ſuo.	Et comederunt et ſaturatí ſunt nímis/et deſyderíum eoꝝ attulít eis: non indíguerunt de cupiditate ſua/ cū adhuc cíbus eſſet ín ore eorum
34	Adhuc eſcę eorū erant ín ore ípſorū: & íra dei aſcendít ſuper eos.	Adhuc eſca eorū erat ín ore ipſorū : & íra dei aſcendít ſuper eos.	Fúror ergo dei aſcēdít ſuper eos & occídít píngues eorum: & electos ífrael íncuruauít.
35	Et occídít píngues eorum: & electos ífrael īpediuít.	Et occídít plurímos eorum: & electos ífrael īpediuít.	
36	In ōníbꝰ hís peccauerunt adhuc:et nō credíderūt ín mirabílibꝰ eíꝰ.	In ōnibus his peccauerunt adhuc:& non credíderūt ī mirabílibꝰ eíꝰ	In omnibus his peccauerūt vltra:& nō credíderunt mirabílibꝰ eius.
37	Et defecerūt ín vanitate díes eorū:& anní eorum cum feſtínatione.	Et defecerunt ín vanítate díes eorum: & āni eorum cū feſtínantía.	Et conſumpſít ín vanítate díes eorum: & annos eorum velóciter.
38	Cū occíderet eos quęrebant eum & reuertebantur: & dilúculo veníebant ad eum.	Cū occíderet eos tunc ínquirebant eum/& cō uertebātur ante lucem: & veníebant ad eum.	Sí occídebat eos tūc requirebāt eum & cōuertebantur: et dilúculo cō ſurgebant ad eum.
39	Et rememoratí ſūt qa deꝰ adíutor ē eoꝝ:et deꝰ excelſꝰ redēptor eoꝝ ē.	Et mēoratí ſūt qa deꝰ adíutor eorū eſt:& deꝰ excelſꝰ líberator eoꝝ eſt	Et recordabāt qa deꝰ fortítudo eorū ē: et deꝰ excelſꝰ redēptor eoꝝ ē.
40	Et dílexerunt eum ín ore ſuo:& língua ſua mētítí ſunt ei.	Et dílexerunt eum ín ore ſuo:& língua ſua mētítí ſunt ei.	Et lactauerunt eum ín ore ſuo:et ín língua ſua mētíti ſunt ei.
41	Cor aūt eoꝝ nō erat rectū cū eo:nec fídeles habítí ſūt ī teſtamēto eíꝰ.	Cor aūt eoꝝ nō erat rectū cū eo:nec fídes habíta ē illís ī teſtamēto eíꝰ.	Cor autē eorū nō erat fírmum cum eo:nec pmanſerūt ī pacto eíus.

42 Ipſe autē eſt miſericors & propici⁹ fiet peccatis eorū: & nō diſpdet eos
43 Et abundauit vt auerteret iram ſuam: & non accendit omnem irā ſuam.
44 Et recordatus eſt quia caro ſunt: ſpirit⁹ vadēs & non rediens.
45 Quoties exacerbauerūt eū in deſerto: in ira cōcitauerūt eū i inaquoſo:
46 Et conuerſi ſunt & tentauerunt deū: et ſanctū iſrael exacerbauerunt.
47 Nō ſūt recordati man⁹ ei⁹: die qua redemit eos de manu tribulantis.
48 Sicut poſuit in ægypto ſigna ſua: & prodigia ſua in campo taneos.
49 Et conuertit in ſanguinē flumina eorū: & imbres eorum ne biberēt.
50 Miſit in eos cynomyā et comedit eos: & ranā & diſperdidit eos.
51 Et dedit erugini fruct⁹ eorum: & labores eorū locuſtæ.
52 Et occidit in grandine vineas eorū: & moros eorum in pruina.
53 Et tradidit grandini iumenta eorum: & poſſeſſionem eorum igni.
54 Miſit in eos iram indignationis ſuę/ indignationem & iram & tribulationem: immiſſionem per angelos malos.
55 Viā fecit ſęmitę irę ſuæ nō pepcit a morte ani-

Ipſe autē eſt miſericors & propici⁹ fiet peccatis eorū: & nō diſpdet eos
Et multiplicauit vt auerteret iram ſuam ab eis: et non accendit omnem iram ſuam.
Et memoratus eſt quia caro ſunt: ſpiritus vadens et non rediens.
Quoties exacerbauerūt eū i deſerto: i irā cōcitauerūt eū i terra ſine aq̄:
Et conuerſi ſunt et tentauerunt deū: et ſanctū iſrael exacerbauerunt.
Nō ſūt recordati manū eius: qua die liberauit eos de manu tribulātis
Sicut poſuit in ęgypto ſigna ſua: et prodigia ſua in campo taneos.
Cōuertit i ſāguinē fluminа eorū: et pluuiales aquas eorū ne biberēt.
Miſit in eos muſcā caninā et comedit eos: ranā et exterminauit eos
Et dedit erugini fructus eorum: et labores eorum locuſtæ.
Occidit in grandine vineas eorum: et moros eorum in pruina.
Tradidit grandini iumenta eorum: et poſſeſſiones eorum igni.
Miſit in eos iram indignationis ſuę/ indignationem & iram & tribulationem: immiſſiones per angelos malos.
Viā fecit ſemitę irę ſuę/ et nō pepcit a morte ani

Ipſe veto miſericors p̄piciabitur iniquitati: et non diſperdet.
Multumq̄ auertit irā ſuam: et non ſuſcitauit totum furorem ſuum.
Sed recordat⁹ eſt quia caro eſſent: ſpiritus vadens et non reuertens.
Quoties prouocauerunt eum in deſerto: afflixerunt eū i ſolitudie:
Et conuerſi ſunt et tentauerunt deum: et ſanctū iſrael cōcitauerunt.
Nō ſunt recordati manus eius: diei qua redemit eos a tribulante.
Qui fecit in ægypto ſigna ſua: et oſtēta ſua in regione taneos.
Qui conuertit in ſāguinē fluuios eorū: et riuos eorum vt non biberent
Qui imiſit eis oēgen⁹ muſcaq̄ vt cōederet eos et ranas vt diſpderēt eos
Qui dedit brucho germen eorum: et laborem eorum locuſtæ.
Qui occidit in grandine vineas eorum: et ſycomoros eorū i frigore
Qui tradidit grandini paſcua eorū: et iumēta eorum volucribus.
Qui miſit in eos irā furoris ſui / indignationē et comminationē et anguſtiam: immiſſionem angelorum malorum.
Muniuit ſemitā furori ſuo/ nō pepcit a morte

	GALL.	ROM.	HEB.
Attendite.	maꝝ eoꝝ: et iumēta eo	mabus eorū: & iumēta	animę eorū: & animan
	rū in morte concluſit.	eorum ī morte cōcluſit	tia eorū peſti tradidit.
56	Et percuſſit ōne prio-	Et ꝑcuſſit oē prīogeni-	Et percuſſit oē prīoge-
	genitū in terra ęgypti	tū ī terra ægypti primi-	nitum in ęgypto prin-
	primitias laborū eorū:	tias oīs laboris eorum:	cipium partus: in taber
	in tabernaculis cham.	in tabernaculis cham.	naculis cham.
57	Et abſtulit ſicut oues	Et abſtulit ſicut oues	Et tulit velut oues po-
	ꝑpl̄m ſuū: et ꝑduxit eos	ꝑpl̄m ſuū: et ꝑduxit eos	pulū ſuum: et minauit
	tanq̄ gregem ī deſerto.	tanq̄ gregem ī deſerto.	eos ſicut gregē ī deſerto
58	Et deduxit eos in ſpe	Et eduxit eos in ſpe &	Et eduxit eos cum fidu
	& non timuerunt: & ī i-	nō timuerūt: & ī imicos	cia & abſq̄ timore: ini-
	micos eorū operuit ma	eorum operuit mare.	micos autem eorū ope
	re.		ruit mare.
59	Et induxit eos in mon	Et induxit eos in mon	Et adduxit eos ad ter-
	tē ſāctificatiōis ſuę: mō	tem ſāctificationis ſuę:	minū ſanctificatū ſuū:
	tē quem acquiſiuit de-	montē hunc quē acqui-	montem iſtum quē poſ
	xtera eius.	ſiuit dextera eius.	ſedit dextera eius.
60	Et eiecit a facie eorum	Et eiecit a facie eorum	Et eiecit a facie eorum
	gentes: & ſorte diuiſit	gentes: & ſorte diuiſit	gentes: & poſſidere eos
	eis terrā in funiculo di-	eis terram funiculo di-	fecit in funiculo hæredi
	ſtributionis.	ſtributionis.	tatem.
61	Et habitare fecit in ta-	Et habitare fecit in ta-	Et collocauit in taber-
	bernaculis eorum: trib⁹	bernaculis eorum trib⁹	naculis eorū trib⁹ iſra-
	iſrael.	iſrael/ & tentauerunt et	el/ & tentauerunt & ꝑ-
62	Et tentauerunt & exa-	exacerbauerunt deum	uocauerūt deum excel-
	cerbauerunt deū excel-	excelſum: & teſtimonia	ſum: & teſtimonia eius
	ſum: & teſtimonia eius	eius non cuſtodierunt.	non cuſtodierunt.
	non cuſtodierunt.		
63	Et auerterūt ſe & non	Et auerterūt ſe & non	Et auerſi ſunt & præ-
	ſeruauerūt pactū: quē-	obſeruauerunt: quēad-	uaricati ſunt vt patres
	admodum patres eoꝝ	modū patres eorum cō	eorum: incuruati ſunt
	conuerſi ſunt in arcum	uerſi ſunt in arcum pra	quaſi arcus inutilis.
	prauum.	uū.	
64	In ira concitauerūt eū	In ira concitauerūt eū	Et prouocauerunt eū
	ī collib⁹ ſuis: & ī ſculpti-	in collibus ſuis: & ī ſcul-	in excelſis ſuis: et in ſcul
	libus ſuis ad ęmulatio-	ptilib⁹ ſuis æmulati ſūt	ptilibus ſuis ad ęmulā-
	nē eum prouocauerūt.	eum.	dum concitauerunt.
65	Audiuit deus & ſpre-	Audiuit dn̄s & ſpre-	Audiuit deus & nō di
	uit: & ad nichilum rede	uit: & ad nichilum rede	ſtulit: & proiecit vehe
	git valde iſrael.	git nimis iſrael.	menter iſrael.
66	Et repulit tabernaculū	Et repulit tabernacu-	Et reliquit tabernacu-
	ſilo: tabernaculū ſuū v-	lū ſilo: tabernaculū ſuū	lū ſilo: tentorium quod
	bi habitauit in hoibus.	ī q̄ habitauit iter hoies.	collocauit inter hoies.
67	Et tradidit ī captiuita-	Et tradidit ī captiuita-	Tradidit i captiuitatē

tem virtutem eorum: & pulchritudinem eorum in manus inimici.
68 Et cōclusit in gladio populum suum: & hæreditatē suam spreuit.
69 Iuuenes eorum comedit ignis: et virgines eorum non sunt lamētatę
70 Sacerdotes eorū i gladio ceciderunt: & viduę eorū non plorabantur.
71 Et exercitatus est tanquam dormiens dominus: tanquā potens crapulatus a vino.
72 Et percussit iimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternū dedit illis.
73 Et repulit tabernaculum ioseph: & tribum ephraim non elegit.
74 Sed elegit tribum iuda: mōtē sion quē dilexit.
75 Et ædificauit sicut vnicornium sanctificiū suum in terra: quam fundauit in sęcula.
76 Et elegit dauid seruum suum / & sustulit eū de gregib9 ouium: de post fœtantes accepit eum.
77 Pascere iacob seruū suum: & israel hæreditatem suam.
78 Et pauit eos in innocētia cordis sui: & in intellectib9 manuum suarū deduxit eos.

tem virtutes eorum: & pulchritudines eorum in manus inimici.
Et cōclusit ī gladio populum suum: & hæreditatem suam spreuit.
Iuuenes eorum comedit ignis: & virgines eorū non sunt lamentatę.
Sacerdotes eorū in gladio ceciderunt: & viduę eorum non plorauerūt
Et excitatus est tanquā dormiens domin9: quasi potens crapulat9 a vino.
Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternū dedit eis.
Et repulit tabernaculum ioseph/tribū ephrē non elegit: sed elegit tribum iuda mōtem sion quem dilexit.
Et ędificauit sicut vnicornuorum sanctificationē suam in terra: fūdauit eam in sæcula.
Et elegit dauid seruum suum/ & sustulit eū de gregib9 ouium: de post fœtantes accepit eum.
Pascere iacob populū suum: & israel hęreditatem suam.
Fit pauit eos sine malitia cordis sui: & in sensu manuum suarum deduxit eos.

gloriam suam: et decorē suum in manu hostis.
Et concluſit ī gladio populum suum: et in hæreditatem suā nō distulit
Iuuenes eiꝰ deuorauit ignis: & virgines eiꝰ nemo luxit.
Sacerdotes eius gladio ceciderūt: & viduæ eius non sunt fletę.
Et euigilauit quasi dormiens dominus: quasi fortis post crapulam vini.
Et percussit hostes suos retrorsum: opprobrium sempiternum dedit eis.
Et proiecit tabernaculum ioseph / et tribum ephraim non elegit: sed elegit tribum iuda mōtem sion quem dilexit.
Et ædificauit i similitudie monocerotis sāctuarium suum: quasi terrā fundauit illud i sæculū.
Et elegit dauid seruum suum et tulit eū de gregibus ouium sequentē fœtas/ adduxit eum vt pasceret iacob populū eius: et israel hęreditatem eius.
Qui pauit eos in simplicitate cordis sui: et in prudentia manuū suarum dux eorum fuit.

TITVLVS. Intellectus Asaph. Hic psalmus institutio veteris synagogæ/ in parabola est ex ijs quæ illis in figura contingebant. qui quia historiam ex exodo cognitam tenet & prolixus admodum psalmus est/ quem longo commētario Hieronym9 ad allegoriam traxit: idcirco ab expositione continua temperabimus/ eius tamen sequentes seriem/ & animum quoquo pacto leuātes Christo domino saluatori et liberatori nostro/ mirabilium operatori sequens epicum carmen persoluemus.

1 HAec summo cecinit de CHRISTO rege prophetes.
2 Quem cæcis Iudæa oculis ænigma loquentem
Parabolasq; vt facturum oracla ipsa canebant
Haud nosti. at notus iam terras ille per omneis
3 Quãta sup CHRISTO audisti/ tibi q̃ta ꝓphetæ
4 Narrarunt/ seros quæ non latuere nepotes?
5 Laus domini/virtus immensa/ operataq; mira
6 Narrata. & testis Iaacob & symbola legis.
7 Hæc patribus mandata tuis quo pignora scirẽt
8 Et serie longa quisquis nascetur ab illis
9 Vt domino fidant atq; vt mandata capessant
10 Nec similes fiant patribus mala deuia genti
11 Fallaci vsq; animo ac infida mente secutæ
12 Non proles Iaacob quia vir fuit ille fidelis
Verum Ephrem bello quæ perfida terga dedisti/
Arma dei abijciens pro rege secuta tyrannum.
13 Et CHRISTVM & legẽ nolens vtrũq; negasti
14 Et benefactorum simul immemor atq; operũ q̃
Ipse dei verbum magna virtute patrauit.
15 Quæ mirata Tanis/mirata Aegyptia tellus
Atq; tui patres quos coram gesta fuere.
16 Gessit erithręis via qua perduxit in vndis
Quando & aquas ãplo veluti cõclusit in vtre.
17 Nube die deduxit eos: ne læderet ęstus.
Ne rigor aut tenebræ/noctu/flãmãte columna.
18 In vasta petram ingentem disrupit ęremo
Fluxit aqua & ꝑplm vt multa satiauit abysso.
19 De petra produxit aquam ceu flumen inundãs.
¶Ipse viã CHRISTVS saluandis fecit ī vndis
Patre deo genitam lucem sub corpore texit.
Luxit & in tenebris quæ sustinet omnia virtus.
In cruce frangendum dedit impeccabile corpus
Sanguis & effluxit: viuit quo sanguine mundꝰ/
Vndaq;: totus aqua purgatur mundus ab illa.
20 Ast peccauit adhuc/et adhuc commouit ad irã
Dura patrum ceruix illum qui summa gubernat.
21 Quærere dãnosas statuunt affectibus escas
22 Et stolida sunt mente deo non digna locuti.
23 Quid si percussa petra fluxere liquores:
24 Non poterit carnes populo cum pane parare?
25 Audijt omnipotens succensam distulit iram/
26 Succensam ꝙ nulla fides/spes nulla futura
27 Illorum ī CHRISTO est. & nubes desup auxit.
Quaq; valet virtute fores patefecit olympi.
28 Et pluit vt mandant/cœlestia pabula manna.
29 Angeliciq; hominem panis dulcedine pauit.
30 Iussit abire notum/liberq; per aera flatu
31 Libs fluit/ac illis pluit hoc spiramine carnes
Vt cinerem/ęquoreę volucres pluit instar arenę.
32 In medijs circum cecidere habitacula castris.
33 Vt manducarunt/vtq; est satiata libido/
34 Os dape dum plenum est: diuina efferbuit ira.
35 Obtruncat pingues/electos morte resoluit.
¶O plebs cæca animo/carnalia sola petebas
Signa tamen data spiritualia sola petenda
Monstrabant. panis nam vere est et caro vere
Ipse salutaris qui cœlo venit ab alto.
36 His igitur signis solum carnaliter hęrens.
Vsq; erras/neq; (ceu fas est) miracula credis.
37 Vita fugit/raperis cito deficientibus annis
38 Et quæris dominum dum digna te enecat ira.
39 Tu deus adiutor/tu summus es ipse redemptor
40 Dicis & adblandis/ lingua mentitus in illa/
41 Corde negans illum/ non eius credula legi.
42 At pius expectat/vult & tibi parcere clemens.
43 Contraxitq; suam nec totam exarsit in iram
44 Qz caro ꝙq; abiens & non remeabilis esset
45 Spiritus/ipse memor/toties offensus ad iram.
46 Dumq; deum tentant sanctumq; israelis acerbant
47 Immemores vt eos olim truci ab hoste redemit/
48 Vt tua prodigijs Memphis compleuerit arua/
49 Flumina cum riuis in tetrum versa cruorem.
50 Et pupugit mordax & torsit eos cynomya.
Rana tumẽs quę posset eos disperdere missa est.
51 Erugo segetes/operas rapuere locustæ.
52 Vites grando necat. sycomoros frigus adurens.
53 Grãdineũ fulmẽ volucrem & pecus omne pemit
54 Spiritibusq; malis deus his immisit erynnin
55 Bacchaturq; furor/nulliq; a funere parcit.
56 Primigenũ perit omne soli/quia Nilus inundat.
57 Eduxitq; suos deus atq; per auia duxit
58 More gregis/nulloq; metu. mare subruit hostes.
59 Quẽq; sua ad montem colit omnipotentia Sinã
60 Adduxit populum. et Cananęa gente subacta
61 Distribuit terras/atq; omne indulsit habendum.
62 At mala progenies dominum commouit ad irã.
63 Et quæ mandauit nulla est custodia curę.
Inflexiq; velut patres vt inutilis arcus/
64 Quisq; deum in statuis/in collibus irritarunt.
65 Audijt omnipotens/haud vltra distulit iram
Reppulit Israelem/multumq; ad parua redegit
66 Phana Silom liquit dederat quo oracla sacello
67 Atq; palestino decus arcę tradidit hosti.
68 Plebs ruit in gladio. sua nec possessio cordi est.
69 Flãma vorax iuuenes populatur/et absq; parẽtũ
Intereũt luctu pueri/innuptæq; puellæ
70 Dira sacerdotum transuerberat exta machæra
Qui ploret viduas non turba est vllus in illa.
71 At dominus veluti e somno sese excitat alto
Et veluti fortis postq̃ temulentia cessit.
72 Ipse Philistęum percussit turpiter ano.
Putriaq; exta fluunt. infamia nota perennis.
73 Reppulit et Ioseph nec Ephrẽ delectus ab illo est
74 Sed delecta tribus Iuda/mõs (quanq; et amauit)
75 Alma sion/in qua templũ sibi struxit in æuum.
Verum (vt monoceros) alienos dispulit illo:
CHRISTVS rex vera dũ ī simplicitate veniret
76 Cuius erat Dauid Iessæius illi figura
Quem tulit e gregibus/fœtas agnosq; sequentẽ
77 Pasceret vt populũ Israelem Iaacobq; fidelem.
78 Et pauit simplex/& prudens duxit eosdem.
¶Ergo sit hæc regi nostro psalmodia curę
Qui cum pax nostra est summi et sapiẽtia patris
Nos pascit/nosq; ad cœlestia pabula ducit
Nec nobis alius Dauid/nec pastor habendus
Est alius/nobis solꝰ nãq; omnia CHRISTVS.

tioni mādatorum tuorū se tradant/& firma obedientię tuæ intentione ad te clament. iu-
stificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsq;quaq;.

ADVERTE. Hūc 118 psalmū: propheta duabus et viginti ogdoadibus/id est octonarijs
versuū distinxit/vnicuiq; litterarū hebraicarū elemēto octonos versus tribuēs qui ab illis
elementis incipiunt/vt oēs versus primæ ogdoadis ab Aleph/secundę a Beth/& ita dei-
ceps. Acsi primum octonarium qui propositus est/hoc modo hymnizaremus.

1 Amplum deus mundum regens: insons beatus in via
2 Ad te tua lege means. scrutatus & iussa tua.
3 Actus malos qui faciunt: non ambulant vias tuas.
4 Arcte nimis legem tuam: seruarier tu præcipis.
5 Ah dirigas vias meas: legis tuę custos ero.
6 Aspiciam quę iusseris: tunc me pudor non obruet.
7 Aequum tuum cum nouero: recto canam corde tibi.
8 Adusq; me non deseras: legem tuam custodiam.

Ita & sequentes octonarios per sua elementa/sed alio et longe quidē diuiniore modo di-
uinus hymnizat propheta. quod carminis genus in tetrametrū iābicū reuocat Hierony-
mus. at quod quomodocūq; & exēpli tantū gratia lusimus/duplici dimetro iābico cōstat.
Cęterū q̄ per singula canit elementa: nos (vt arbitror) hoc ipso instruit ꝓpheta/in oi cre-
atura vt in signis eius/deū esse laudandū. siquidē duo et viginti illa elementa: primordi-
aliter oīm rerū cōplectuntur signa. Pręuidebat etiā(spiritu dei monstrāte)has diuinas lau-
des ad ecclesiā Christi transituras. nā hę laudes in ecclesia ei⁹ ab vnoquoq; sacris ritibus
initiato nulla die nō canunt. et ideo illas quasi sacramēto quodā nouę legis: octonario si-
gnauit. octonarius enī nouæ legi mysticus & sacer/quę septimū ī octauā/& sabbatū Moy
si in dñicā Christi cōmutauit: vt septenarius veteri legi ob sabbatū accōmodatus. canebat
tamē synagoga has laudes/octauā Messię expectās: vt et nos cātica synagogę/bnificā dei
prouidentiā laudantes/et vt figuras nouę legis/legis scilicet Christi et gratię venerantes.

HABES igitur cur ad tralationem hebraicam figurę hebraicorum elementorum (qualibet octies repetita) adijciantur. & ad gallicam tralationem illorum elementorum nomina sunt adiecta: & e regione circa initia versuũ nostrę litterę/elementis illis quoad fieri licet respondentes. ad tralationem vero romanam/ nominum elementorum hebraicorum significationes. habet enim quodq; nomen huiusmodi elemẽti/ peculiarem significationẽ: quam ex epistola Hieronymi ad Paulam Vrbicam cognoscere promptum est. Et idẽ subiecta descriptione/ cum elementorum hebraicorum figuris/ nominibus eorum & litteris nostris illis respondentibus vt magis ad singula quæq; sequentia disponaris/ non magno impendio cognoscere valebis.

Lr̃ę nr̃ę	Lr̃ę hebraicę	Nomina earum.	Significatiões eaꝝ.	Connexiones septem/elementorum hebraicorũ/& quid significent.	Insuper & earum numeri.
A	א	Aleph	Doctrina		1
b	ב	Beth	Domus/	I	2
g	ג	Gimel	Plenitudo		3
d	ד	Daleth	Tabl'arũ		4
h	ה	He	Ista		5
v	ו	Vau	&	II	6
z	ז	Zai	Hæc		7
h	ח	Heth	Vita		8
t	ט	Teth	Bonum	III	9
i	י	Ioth	Principiũ		10
c	כ	Caph	Manus	IIII	20
l	ל	Lamed	Disciplinę		30
m	מ	Mem	Ex ipsis		40
n	נ	Nun	Sẽpiternũ	V	50
s	ס	Samech	Adiutoriũ		60
a	ע	Ain	Fons		70
p	פ	Phe	Oris	VI	80
s	צ	Sade	Iustitia		90
q	ק	Coph	Vocatio		100
r	ר	Res	Capitis		200
s	ש	Sin	Dentiũ	VII	300
th	ת	Thau	Signa		400

¶ Vides insuper septem significationũ cõnexiones: quę nõ indignã prę se ferunt intelligetiã, quę vt septenarius spiritui sancto attributus est numerus: ita spiritualiter sunt intelligendę. Prima est doctrina domus/ plenitudo tabularum. quę designare videtur doctrinam domus dei/ plenitudinẽ esse vtriusq; legis. nam duę sunt tabulę: prima est mãdatorũ legis antiquę quę tradita est Mosi typico legislatori. & secunda est legis nouę: quę enũciata est a Christo domino/ vero & non amplius typico legislatore. Secunda connexio/ ista & hęc vita. quo designatur aperte/ & in antiqua tabula quę veteris legis & decalogi pręcepta cõtinet/ & in tabula noua quę est lex euangelica: vitam consistere. Tertia cõnexio/ bonũ principiũ. sed quid principiũ/ nisi deus vnus? qui ex ore ipsi9 per se et absolutę veritatis: solus est bonus. Quarta cõnexio/ manus disciplinę. quo nõ incõcinne significatur operationes ex disciplina legis debere procedere. Quĩta/ ex ipsis sempiternum adiutoriũ. & quid hoc aliud/ nisi ex manibus disciplinę/ ex operationibus instructiõis vtriusq; tabulę/ ex obseruatione legis diuinę/ refrigeriũ nos assecuturos sẽpiternũ et delicias vitę ęternę?

Beati ima. Ogdoas. 1 Beati ima.

Sexta/fons oris iustitia.quo prætenditur/sicut fonte potãtur animalia:ita iustitia legis diuinæ ab ore nostro prodeũte alios potare debemus.neq; enī alius fons oris nostri quo alios reficere debeamus & possimus ad vitã. Septima/ vocatio capitis/dentiũ signa. quod hanc præfert intelligẽtiã/vocationẽ ad Christũ dominũ qui est caput legis/ factã esse diuinis annũciationibus/oraculis prophetarũ/ sermonibus & prædicationibus sãctorũ quæ sunt signa dentium.quomodo(diuinus inquit apostolus)credẽt ei quẽ nõ audierũt? quomodo autẽ audient sine prædicãte? & rursus/nunquid nõ audierũt? & quidẽ in omnẽ terrã exiuit sonus eorũ:& in fines orbis terræ verba eorũ. Vides itaq; diuinos sermones vocasse vniuersos ad caput vniuersorũ qui est Christus dominus superbenedictus in sæcula sæculorum amen. ¶Aduerte præterea in his 22 ogdoadibus nullũ esse versũ in quo non ponatur aliquod horũ duodecim vocabulorũ:lex/via/testimoniũ/mãdatũ/iustificatio/iudiciũ/iustitia/sermo/eloquiũ/ verbũ/veritas/bonũ.nisi tertiũ versũ 12 ogdoadis excipere velis:vbi ex Hieronymo pro ordinatione (quæ nichil aliud est q̃ lex)dici poterat iudicio.& hęc omnia conspirant in vnũ:& pro lege diuina accipienda sunt.res enī eadẽ: nomina plura.subsãtia vna:rationes diuersæ. ¶At inquies:cur lex diuina tot sortitur nomina? Nõ impendio difficilis & anxia responsio est. LEX dicitur:q; per eam optima quæq; deligimus,adde q; diuino nutu scripta/nobis legenda tradita est:q;q; nos deo ligat & cohærere facit. VIA:quia nos ducit ad deũ/mõstrãs quæ agenda & a quibus abstinendum abhorrendũq;. TESTIMONIVM:q; multis signis & testibus illã approbauit deꝰ. MANDATVM:q; illã mandauit ac præcepit arcte custodiendã. IVSTIFICATIO:q; ea mediante iustificamur. IVDICIVM:q; nobis certa & qua falli nõ possumus/regula sit ad iudicãdũ de vnoquoq; actu nostro probene an perperã agatur. nã si cõtra legẽ est: proculdubio malus.si secũdũ legẽ:bonꝰ/salutaris & viuificus actus est. IVSTITIA:q; forma quędã sit/quã obseruãdo iusti & deo similes efficimur. SERMO/VERBVM/ELOQVIVM: q; ore diuino sit enunciata. VERITAS:quia quicquid priscæ fraudis serpens antiquus,protoplasti posteritati insperſit/delet/emaculat/detergit/& hominẽ ad dei imaginẽ formatũ suo restituit exẽplari. Et BONVM deniq; dicitur:quia inter diuinæ bonitatis indulta/nos maxime perficit.& hæc de lege cõpleta/quæ antiquã legẽ seu quippiã materiale/ & nouã seu formã & perfectionẽ suã cõtinet:dicta intelligantur.& hæc sunt rei vnius nomina multa,& ratiões plures. ¶Quod si etiã approbationẽ requiras:nõ operosũ fuerit ex sacris eloquijs illã eruere. Quid est enī id psalmi 24 docebit mites vias suas:nisi reserabit mãsuetis & mitibus legis suæ intelligẽtias? Et cũ dominus in Matthęo dixit adolescẽti si vis ad vitã ingredi serua mandata:quid aliud est q̃ serua legẽ? nisi quis morosior defendat mandata nõ legẽ/sed partẽ legis esse:quasi tota lex præcepta non sit & mãdata.in qua (iuxta catholicã Iacobi)qui in vno offendit:factus est oĩm reꝰ. Sed & mandata & testimonia eadẽ esse intelliges:ex secũdo versu nonędecimę ogdoadis.vbi in fine legimus custodiã mãdata tua:Hieronymus ex hebræo/custodiã testimonia tua.cũ igitur testimonia eadẽ sint ac mandata/& mãdata eadẽ legi:& testimonia quoq; eadẽ legi erũt. Cæterum ex quarto versu primæ ogdoadis vbi legimus tu mãdasti mãdata tua:Hieronymus habet tu mãdasti præcepta.quare mãdata & præcepta eadẽ sunt:quod vel absq; probatione tribuendum esset.atqui ex quinto versu eiusdẽ primæ ogdoadis iustificationes sunt præcepta.nam vbi illic dicimus ad custodiendas iustificationes tuas: Hieronymus/ad custodienda p̃cepta tua. Vides igitur iustificatiões præcepta/& præcepta mãdata/& mãdata legẽ esse:quapropter & iustificationes lex erit. Et simili argumẽto trahes iudicia legẽ esse. nã quarto versu tertiæ ogdoadis habemus iustificationes tuas in oĩ tẽpore:& Hieronymus iudicia tua in õni tẽpore. iudicia igitur iustificationes/iustificationes lex:igitur iudicia lex. Sed & cõsimiliter iustitias iudicia esse mõstrabit quintus secundæ ogdoadis: iustitiæ igitur lex. et qs nescit dominũ promiscue vti sermone pro mandatis? si diligitis me inquit: mãdata mea seruate.& paulo post si quis diligit me:sermonẽ meũ seruabit.lex igitur sermo. Et sermo verbũ ex primo versu secundę ogdoadis/& verbum eloquiũ ex quarto: quare & hæc lex. Præterea per sextũ vndecimæ/mãdata veritas:& in sexto octauædecimæ/ & lex tua(inquit)veritas.& per octauũ nonæ/lex bonũ.bonũ michi (inquit)lex oris tui. ex quibus ratiocinio effectũ est/vniuersa supradicta in legẽ cõcurrere. Quod dictũ est:ne oporteat nos in sequẽtibus quidnã his nominibus intelligendum sit sæpius ãmonere.quia si semper idẽ & legẽ diuinã intelliges:mea sentẽtia nõ errabis.qua nichil admirabilius/nichil illustriꝰ/ nichil salutarius sol oculis mortaliũ vnq̃ ingessit:& de qua sola nõ de humana iustitia vere dici potest. ὀυθέσπεροσ ὄυθεῶοσ ὅυτω θαυμαζόσ. ¶At cur meditationibus po-

Lex. Via. Testioniũ. Mãdatum. Iustificatio Iudicium. Iustitia. Sermo. Eloquium. Verbum. Veritas. Bonum.

Via Lex. Mãdatum Lex.

Testioniũ Lex.

Iustificatio Lex. Iudicium Lex. Iustitia Lex.

Sermo Lex. Verbum Lex. Eloquium Lex. Veritas Lex. Bonum Lex.

tius q̄ ſolito cōmentādi modo hic vſi fuerimus/paucis accipe.q̄ hi certe octonarij videntur eſſe quædā cū deo in ſeceſſu mentis ſoliloquia:quæ quid aliud ſunt q̄ meditatiōes/ cōtemplationes/piaq; mētis exercitia? Adde q̄ & propheta videtur eos/meditationes nomi nare.In octauo ſecundæ ogdoadis:in iuſtificationibus tuis (inquit) meditabor. in tertia: nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt.in ſexta:& meditabor in teſtimonijs tuis quæ dilexi.in nona:ego vero legem tuam meditatus ſum.in decima:lex tua meditatio mea eſt. in duodecima:niſi q̄ lex tua meditatio mea eſt/tunc forte perijſſem in humilitate mea. in tertiadecima:quomodo dilexi legē tuā domine? tota die meditatio mea eſt.& iterum:teſtimonia tua meditatio mea eſt.in quintadecima:adiuua me & ſaluus ero: & meditabor ī iuſtificationibus tuis ſemper.in octauadecima:mandata tua meditatio mea eſt. vndeuiceſima:præuenerūt oculi mei ad te dilluculo/vt meditarer eloquia tua: & in viceſimaſecūda: concupiui ſalutare tuū domine:& lex tua meditatio mea eſt.Ex his igitur tā frequenter a propheta inculcatis āmonitus:arbitratus ſum meditationū modū aptiſſimū huius pſalmi expoſitioni.& eū meditatus ſum(niſi me mea fallit opinio)qui rudes adhuc & incipiētes iuuare poſſit:at qui ifra exercitatorū aſſurrectiones ſubſideat.illi enim conſūmati ſūt:neq; purgatione rudiū/ neq; illuminatione proficiētium/ſed ſolo ſuperno illapſu quaſi perfecti egent.quos & deus per ſeipſum doceat:& qui pro nobis vbiuis gētium ſint/orent. ſed de his ſatis. Littera huius primæ ogdoadis ex ijs quæ dicta ſunt:ſatis apparet cōciliata. nūc igitur properemus ad ſecundam.

	Beth.	Domus.	ב	
b1	IN quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? in cuſtodiēdo ſermones tuos.	IN quo corrigit iuuenior viā ſuā? ī cuſtodiēdo ſermōes tuos.	IN quo corrigit iuuenis ſemitam ſuam? cū cuſtodierit verba tua.	II
b2	In toto corde meo exq̄ſiui te:ne repellas me a mandatis tuis.	In toto corde meo exq̄ ſiui te: ne repellas me a mādatis tuis.	In toto corde meo exq̄ ſiui te : ne errare me facias a mandatis tuis.	
b3	In corde meo abſcondi eloqa tua:vt nō peccem tibi.	In corde meo abſcōdi eloquia tua:vt non peccem tibi.	In corde meo abſcondi eloquia tua : vt non peccem tibi.	
b4	Benedictus es domine: doce me iuſtificationes tuas.	Benedictus es domine: doce me iuſtificationes tuas.	Benedict⁹ tu domine: doce me præcepta tua.	
b5	In labijs meis pronunciaui: omnia iudicia oris tui.	In labijs meis pronunciaui: ōnia iudicia oris tui.	In labijs meis narraui: omnes iuſtitias oris tui.	
b6	In via teſtimoniorū tuorum delectat⁹ ſū:ſicut in oibus diuitijs.	In via teſtimoniorū tuorū delectatus ſū: ſicut ī oib⁹ diuitijs.	In via teſtimoniorū tuorū delectatus ſū:quaſi in omnib⁹ diuitijs.	
b7	In mandatis tuis exercebor:& cōſyderabo vias tuas.	In mandatis tuis exercebor:& cōſyderabo vias tuas.	In prçceptis tuis meditabor:et contemplabor ſemitas tuas.	
b8	In iuſtificationibus tuis meditabor:non obliuiſcar ſermones tuos.	In iuſtificationibus tuis meditabor:nō obliuiſcar ſermones tuos.	In iuſtitijs tuis delectabor:non obliuiſcar verba tua.	

b SECVNDAE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

¶In quo corrigit adoleſcētior viā ſuā? in cuſtodiendo ſermones tuos. Sicut qui in itinere errauit errorē ſuū corrigit quoties obtēperat verbo cuiuſpiā veracis iter illi fideliter oſtēdentis:hunc in modū qui iuueniliter viuēdo affectus ſuos ſecut⁹ deliquit/corrigit et emēdat animæ ſuæ vias/cū a te deus meus qui via es/veritas & vita/rectæ vlæ cognitionem I

Meditatio.
2
3
6
9
10
12
13
13
15
18
19
22

Beati ima. Ogdoas. 2 In quo.

reqrit/& cũ ille imortalis vitę viã quã verbũ tuũ ei ĩ veritate monstrat custodit. Igitur qui a vera via lapsus est: recurrat ad verbũ tuũ/& legẽ tuã custodiat/& de emendatione viæ suæ nichil hæsitet. nam omnibus viam quæ ducit ad vitam liberalissime ostendis/& errantes dirigis. nunq̃ dormis: sed semp vigilas. nõ in angusto te recipis: sed vbiq; astas vt oẽs saluare possis/& errantes ad viam veritatis dirigas. neq; id tibi sufficit: sed quæ tua est bonitas/sancti verbi tui præcones mittis/qui clamẽt transeũtibus. si quis paruul⁹ est: veniat ad me. & insipientibus. venite: comedite panẽ meũ/& bibite vinũ quod miscui vobis. relinquite infantiam & viuite: & ambulate per vias prudentiæ. hos sermones qui custodit/q̃is pdite & iuueniliter vixerit: nõne ĩ meli⁹ viã suã cõuertit/nõne laudabilissime cõmutat mores suos? si quis igitur roget in quo corrigit adolescẽtior viã suã: q̃ respõsio certior/quæ dari possit accõmodatior/quæ verior/q̃ in custodiendo sermones tuos?

b In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mandatis tuis. Dñe deus meus/arbi- 2
triũ nostrũ cęrę assimilatur: quæ præsente sole liquescit/& eo absente & quãtũ in se est durescit. ita fidelis/tota mente sua te q̃rẽs/solẽ iustitiæ te sentit pręsentẽ/& ideo calore amoris tui liquescẽs per oĩa mãdata tua se dilatat & diffundit. si autẽ te absentas & gratiã tuã retrahis (vt cæra lumine solis & eius radio substracto) mẽs paulati cõtrahitur/induratur/& se subtrahit a mandatis tuis: & ad terrena opera tanq̃ dẽsa/dura/opaca/& põderosa labitur. & hoc est te eã a mandatis tuis repellere: eam sibiipsi relinquere & sinere a via recta aberrare. Et multi iam errauerunt: quia nimiũ proprię virtuti confidẽtes/putabãt se errare non posse. sic enĩ ille qui quondã dixit domino vitę æternę: et si oportuerit me mori tecũ nõ te negabo. vt propriã fragilitatẽ agnosceret: repulsus est/et sibiipsi derelict⁹. & modico iterstite tẽporis iteruallo/ter dñm vitę negauit. Ergo qcũq; nouit se toto corde deũ quęrere: solicite p̃cetur/ne sinat eũ a vijs suis aberrare/& hoc attẽte oret & dicat. In toto corde meo exquisiui te dñe: ne repellas me a mãdatis tuis. Si te nõ substrahis: me calefacis. si calefacis: te toto mẽtis oculo verũ solẽ aĩarũ pquiro. si te submoues/si te subtrahis: me michiipsi relinquis/me repellis a mãdatis tuis/et frigid⁹/dur⁹ ĩersq; maneo. quomodo igit̃ q te ex calore tuo p̃sẽtẽ sẽtit/nõ clamabit: ĩ toto corde meo exqsiui te: ne repellas me a mãdatis tuis? nimirũ clamabit/qa tristis est absẽtia: & dulcissima tuæ visitatiõis p̃sẽtia.

b In corde meo abscondi eloquia tua: vt nõ peccẽ tibi. Si fidelis medicus dat alicui salu- 3
bria corporalis vitæ pręcepta: necesse est vt ea suscipiens diligẽter cogitet & ea toto pectore condat/vt sint semp suscipiẽti præsentia/si nolit in medicũ peccare. multo magis necesse est viro fideli eloquia dei quæ sunt aduersus ęternã mortẽ antidota/toto animo recõdere/vt sint iugiter oculo mẽtis ei⁹ obuersãtia: si nolit in cœlestẽ illũ medicũ delinquere. atqui in corporalẽ medicũ peccat qui verbũ eius nõ facit: & adhuc multo magis qui oppositũ cõmittit. attamẽ id nõ medici/sed eius solius qui negligit: malũ est. haud secus qui dei verbũ nõ facit: in deũ peccat. & id/nõ dei sed eius solum qui peccat malum est. vnde video clementissime domine: in oĩbus mandatis tuis te nichil aliud velle nisi bonũ ppagare quo maxime indigẽt animæ/vt & viuentiũ corpora perfecta sanitate. quod si liceret (tanta est tuæ bonitatis exuberãtia) velles etiam sine præceptis cõmunicare. vt medic⁹ alĩ quis summę beneuolẽtiæ perfectam corporis sanitatẽ si valeret: sine præfinitiõe obseruationis dietę. Miseri igitur sunt & nimiũ perditi: qui contẽnũt tua iussa/aut qui mallent illa nõ esse sibi data. similes nimirũ illis: qui cõtemnũt præcepta medicorũ/aut qui dolent illa sibi esse præfixa. nã vt hi corpore/ita illi mẽte nunq̃ recte valebũt: sed vtriq; sua quidẽ culpa/hi tẽporalẽ/illi ęternam perdẽt vitam. quod ęternę vitę dispendiũ nequaq̃ paterentur si eloquia tua in toto corde abscõdissent: vt nõ peccarẽt tibi. ergo quicũq; est spiritualis vitę amator: studeat sic sacras scripturas perennis vitę pręcepta cõtinẽtes figere menti/vt ad te vitalis illius disciplinę largitorem se conuertens & beneficium agnoscẽs dicere possit. in corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi.

b Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas. A sole vt ab inexhauribilis lucis 4
pelago/ad omniũ oculos lumen diffunditur: sine quo ea quę sunt in sensibili mundo absconsa manent & incognita. sed quid hoc est domine: nisi tuę imẽsę bonitatis imago/quę omnibus pro vniuscuiusq; captu se diffũdit & cõmunicat? & ideo iuste ab oĩbus es benedicẽdus: qui oĩbus es beneficus. verũ sicut sine lumine solis sensibiles colores nobis sũt imperceptibiles: ęque sine tuo lumine/& tua doctrina/pręcepta tua oculo mẽtis nostrę manẽt imperuia. nã vt sensibile sensibili: & spirituale spirituali luce eget. quid ergo faciat spiritualis cultor & agnitor tuę bonitatis/nisi dicat? bñdictus es dñe: doce me iustificationes tuas. O vniuersorũ benefactor & cũctarũ benedictio creaturarum: illuce animæ meæ/in-

strue me doctrina tua/& fac me spiritualiter intelligere iustificationes & mãdata tua.

b ¶ In labijs meis pronunciaui: oĩa iudicia oris tui. Non modo beneficio indignus/ sed & 5
ostensori viæ ingratus est: qui postea nolit viã ostẽdere petẽti quam ab altero gratis & liberalissime didicerit. & ideo vere fidelis doctrina dei illuminatus/ac spirituali illa luce radiatus mãdata dei alijs detegit: vt & ipsi pariter sine offensione currãt in vijs domini quo & id iuste dicere possit. in labijs meis pronũciaui: oĩa iudicia oris tui. & vt luna acceptum a sole lumen alijs refundit: haud secus & ipse acceptam spiritus illuminationem sine inuidia ceteris cõmunicat/& oĩa dei iudicia alijs secũdũ idultã sibi gratiã ore ꝓfert ac ꝓpalat

b ¶ In via testimoniorũ tuorũ delectatus sum: sicut in oĩbus diuitijs. Recte valentib9 cor- 6
pore/voluptas corporis comes esse solet: atq; vti rebus sanis periocundũ. nõ aliter/valentibus mẽte / mẽtis adest voluptas: & ãbulare in mãdatis dei delectabile. & quanto corpus ad perfectiorẽ ducitur incolumitatẽ: tanto eius lętitia maior accrescit. quid igitur mirum si via mandatorũ tuorũ domine quæ ad maximũ & infinitũ perducit bonũ: eũ qui ĩ illa ĩcedit/sic spiritu delectari facit/immo etiã multo amplius q̃ si vniuersos thesauros & vniuersas mundi possideret opes? atq; ideo confidenter exclamet. in via testimoniorũ tuorũ delectatus sum: sicut in oĩbus diuitijs. nimirũ enĩ delectatur plusq̃ in omnibus diuitijs: qui certa fide bonũ expectat quod in immẽsũ p̃stat & eminẽtius est bonis vniuersis.

b ¶ In mandatis tuis exercebor: & cõsyderabo vias tuas. Domine deus meus quispiam in 7
præceptis medicorũ se exercet: quãdiu secundum illa operatur. illa consyderat: cũ eorum causas rimat. & non minus in mandatis tuis iustus exercetur q̃diu illa & voluntate & opere implet. sed qui eadẽ ad admirabilẽ bonitatem tuam & sapientiam vt omniũ causã revocat: ille vias tuas contemplatur. & aĩa fidelis vtrumq; implet: vt quę actione in imis te imitat/& cõtẽplatiõe ad te eleuatur in sublime. per actionẽ enim imitatur te inferioribus rebus prouidentem: per cõtemplationẽ vero te insuper imitatur in altissima sede tua quę omnia transcendit fœlicissima quiete manentẽ. Quã vtriusq; vitę dulcedinẽ/nullis diuitijs/nulliscq; terrenis opibus cõparãdã qui expert9 fuerat: his verbis tibi ꝓtestat. O imẽsa/
b O incõparabilis dulcedinis bonitas: in mandatis tuis exercebor/& cõsyderabo vias tuas.

¶ In iustificationibus tuis meditabor: nõ obliuiscar sermones tuos. Sagittator qui frequẽ 8
ter dirigit sagittam suam ad signũ/& diu vt bene feriat meditatur: iustificatur in illa sagittaria arte/habitũq; sibi parat quo promptus efficitur ad bene facileq; quẽ ipse appetierit assequendũ scopũ. quẽ quidem habitũ nulla obliuio intercipit. æque domine deus qui te scopũ habent/&(vt sic dixeri)signorũ archetypũ omniũ suarũ actionũ ac contẽplationũ: illi in mãdatis tuis iustificantur/seu se exerceãt/seu cõtemplẽtur. & habitus cõparant: qui nulla obliuione delentur. ergo omnis actio iusti propter te est: & oĩs ei9 cõtemplatio ad te est/aut abs te. Nam si proximũ diligit: propter te diligit. si misericordiam facit: propter te qui summe misericors es/facit. si a quoq̃ vetito abstinet: propter te abstinet/ cui oĩn rerũ domino oẽm obediẽtiam suam debet. & ex oĩbus rebus ad te cõsurgit. nam tu es a quo oĩa/per quẽ oĩa/& in quo oĩa. & rursũ abs te ad oĩa descẽdit: nam tu es in entibus esse/in viuẽtibus vita/in sensibilib9 sensus/in rationalibus ratio/ & in intellectualibus intelligentia. & (vt paucis dicam)tu solus es omnia in omnibus. quis hæc non libenter cogitet/non studiose meditetur/ & si possit eloquatur/ & in eiusmodi exerceat sensus suos/ac dicat: in iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos. in ijs iustificationibus meditabor: quæ solæ faciunt iustos. & hos sermones non obliuiscar: qui ex mortuis viuos & cum iustis in memoria æterna reddunt ascriptos.

ADVERTE. secundo versu. ne repellas me a mandatis tuis: Hieronymus ex hebræo/ne errare me facias a mandatis tuis/quasi ne me sinas discedere a mandatis tuis. nam qui discedit: nequaq̃ in via est/sed in latissimo perditionis deuio/& a vitæ & veritatis via errat. ne quis tamen a via illa discedat: eget gratia dei continente/& propositũ eius(vtsic dicã) fulciẽte. perinde ac visiua nostra virtus: quo colores videat/iuuatur lumine. deserat enim sol oculos/aut quod solis est æmulũ: virtus illa per se labascit deseriturq; oculus visionis impos. sic & sine deo/boni alicuius: volũtas nostra impos est. Quod si aduertisset insanus Pelagius: nequaq̃ fuisset nouę hęreseos inuentor/neq; sustulisset solis iustitiæ opem vt iusta operemur: sicut neq; solis sensibiliũ iuuamen/quo sensibilia discernamus.

g1 Gimel. Plenitudo. III

REtribue seruo tuo/ viuifica me: & | REtribue seruo tuo: viuã & custo- | TRibue seruo tuo: viuã & custodiã

Psal 118 Ogdoas. 3 Retribue.

	GALL.	ROM.	HEB.
	custodiã sermões tuos.	diam sermones tuos.	verba tua.
	Gimel.	Plenitudo.	ג
g 2	Reuela oculos meos: & consyderabo mirabi lia de lege tua.	Reuela oculos meos: & consyderabo mirabi lia de lege tua.	Reuela oculos meos: & videbo mirabilia de lege tua.
	Gimel.	Plēitudo	ג
g 3	Incola ego sum in ter ra: non abscondas a me mandata tua.	Incola ego sum in ter ra: non absondas a me mãdata tua.	Aduena ego sum in ter ra: ne absondas a me mandata tua.
	Gimel.	Plenitudo	ג
g 4	Cõcupiuit anima mea desyderare iustificatio nes tuas: in omni tẽpo re.	Cõcupiuit anima mea desyderare iustificatio nes tuas: in omni tẽpo re.	Desyderauit aia mea desyderare iudicia tua: i omni tempore.
	Gimel.	Plenitudo.	ג
g 5	Increpasti superbos: ma ledicti q declinant a mã datis tuis.	Increpasti supbos: ma ledicti q declinant a mã datis tuis.	Increpasti superbos: ma ledicti q recedunt a mã datis tuis.
	Gimel.	Plenitudo.	ג
g 6	Aufer a me opprobriũ & cõtemptum: quia te stimonia tua exquisiui.	Aufer a me opprobri um & contemptũ: quia testimonia tua exquisi ui.	Aufer a me opprobri um & contemptũ: quo niam testimonia tua cu stodiui.
	Gimel.	Plenitudo.	ג
g 7	Etenim sederunt prin cipes & aduersum me loquebantur: seruus au tem tuus exercebatur i iustificationibus tuis.	Etenim sederunt prin cipes & aduersum me loquebantur: seruus au tem tuus exercebatur i iustificationibus tuis.	Etenim sedentes prin cipes aduersum me lo quebantur: seruus autẽ tuus meditabatur prẽce pta tua.
	Gimel.	Plenitudo.	ג
g 8	Nam & testimonia tua meditatio mea: et con silium meum iustificati ones tuæ.	Nam & testimonia tua meditatio mea est: et cõ solatio mea iustificatio nes tuæ sunt.	Sed & testimonia tua voluntas mea: quasi vi ri amicissimi mei.

TERTIAE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

g ℣ Retribue seruo tuo/ viuifica me: & custodiã sermões tuos. Seruus qui fideli obsequitur domino/ seruitutis suæ retributionẽ quã spõte & ex liberalitate sua dominus ei pollicitus est/ cum fiducia petit: vt tali domino obsequatur alacrius. quid igitur mirũ si a te domina tor immense qui longe omnium fidelissimus es/ qui es liberalissimus & diues in ões/ qui vitam obsecutoribus tuis premiũ seruitorũ suorũ/ tua quidẽ gratia/ et exuberanti bonita tis tuæ copia pollicitus es: tuus seruus qui in iustitijs tuis diu tibi famulat⁹ est/ pollicitam gratiam tuã expectat/ quo multo feruentius perfectiusq; omnia verba tua in futurũ adim pleat/ et confidenter ad te benignissimum et munificentissimum dominum clamet. retri bue seruo tuo/ viuifica me: et custodiam sermones tuos. 1

g ℣ Reuela oculos meos & cõsyderabo mirabilia de lege tua. Mira est dominator immen se tua bonitas. alij domini propter suum bonum seruos amant: tu vero seruos amas ꝓpter bonũ ipsorũ. Nã tu vides eos aliter vitã habere non posse: nisi tuo seruitio. neq; aliter ca lis mirabilis sapientia tua & singularis bonitas conspiciuntur. Iccirco non immerito pre cari insuper debet seruus tuus. Reuela oculos meos: & cõsyderabo mirabilia de lege tua. amoue velamen mentis meæ: vt contempler legis tuæ magnalia. & nonne admirand⁹ il le dominus: qui mortuos/ claudos/ cæcos et surdos ad seruitũ suum vocat: vt occasione a seruitio eius accepta/ illos viuificet/ erigat/ illuminet atq; audire faciat? Et a quo quis petat oculorum velamen auferri: nisi a te qui solus viuificas/ a te qui vita es et lux homi 2

num / omnem hominem in hunc mundum venientem illuminans?

g ¶ Incola ego sum in terra: non abscõdas a me mandata tua. Peregrinus & aduena (& si 3
sol oriens oculos eius aperiat) indiget nichilosecius continenter aliquo viam illi demonstrante: alioqui frequenter errat/& ambulat in incertum. nec aliter crediderim dominantium maxime & maximorum potentissime q̃diu spiritus in corpore peregrinus est/quãuis viuifices & illumines illum: tãdiu nichilominus indiget vt sibi vias tuas/mandata & p̃cepta tua suggeras/enuclees & doceas/& ideo non ab re ad te iugiter clamat. aduena ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua. clamat ad te/benedictus es domine: doce me iustificationes tuas.

g ¶ Concupiuit anima mea desyderare iustificationes tuas: in omni tempore. Peregrinus 4
qui cum pluribus iter agit quorum non paucos cupiditate egrediundæ vię illectos/& via egressos perijsse cognoscit: quid aliud cupere debet/ q̃ desyderare nunq̃ a via velle egredi/ne cõsimili vt cæteri pereat fato? pari modo qui spiritu in mandatis domini ambulat/videns nõ paucos illiciente concupiscentia a calle iustitiæ deflexisse/in prędones incidisse/& demũ perijsse: summopere cupere debet/vt hoc solũ cõcupiscat & desyderet/velle sẽper in vijs & iustificationibus domini incedere. ne forte si allena irrepat concupiscẽtia: vitale iter deserens/in deuia tandem mortis præcipitationisq; æternę proruat pereatq; irremediabiliter. quod vir iustus agnoscens: ante te vię & vitæ dominũ testatur/se id tota mẽte peroptasse. Cõcupiuit (inquit) anima mea desyderare iustificationes tuas: in omni tempore. nam hæc sola concupiscentia salutaris: cæteræ autem omnes/noxiæ ac mortiferæ.

g ¶ Increpasti superbos: maledicti qui declinãt a mãdatis tuis. O z̃ infœlices q̃miseri pere- 5
grini illi qui vident circa deuia deterrentẽ/& eos qui ingredi volunt increpantẽ et clamãtẽ/vę cunctis huc ingredientibus/& nichilominus illo spreto deuia illa subeũt. ita tu domine apud quẽ solum est fons vitę & misericordiæ/volentes a tua via discedere/pro tua bonitate deterres & increpas: ne via vitæ relicta in deuijs mortis pereant. sed ipsi quia superbi sunt & contemptores: increpationem & prohibitionem tuam nichilipendunt/& mandata tua deserunt. quapropter merito maledicti sunt superbi: qui spreta mandatorum tuorum benedictionis via/deflectunt in auia mortis/& in maledictionis diuerticula. quis igitur audiens prophetam dicentem/increpasti superbos: maledicti qui declinant a mãdatis tuis. non studeat humiliari/& nusq̃ deflectere a mandatis tuis? vt increpationes tuas fugiat/& maledictionẽ deuitet. & pro increpationibus consolationes tuas/pro maledictione gratiam tuam benedictionemq; percipiat.

g ¶ Aufer a me opprobrium & contemptum: quia testimonia tua exquisiui. O deus qui se 6
humiliantes exaltas/& se exaltantes deprimis: qui custodit mandata tua/dilucide cognoscit/quia opprobrium & contemptus maxime decent superbos. Nam hi a via lucis auersi/cæci sunt & maledicti: illius autem tu reuelasti oculos. & cum se in obedientia tua humiliet: nichil vsq; adeo horret q̃ fieri superbo similis. nam hic & ille omni proposito noscuntur oppositi. quare nimirũ ad te clamat. aufer a me opprobriũ et cõtẽptũ: quia mãdata tua exquisiui. fac ,pcul a me dñe superbiã: ne me sinas alicui superborũ assimilari.

g ¶ Etenim sederunt principes & aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exerce- 7
batur in iustificationibus tuis.

g ¶ Nam & testimonia tua meditatio mea est: & consilium meum iustificationes tuæ. Spi- 8
ritualia bona & terrena sic ex opposito certãt: vt hæc/summa si possint ad ima pertrahãt. illa vero cõtra nituntur/ima ad summa subuehere. & potentes huius mundi quia terrena eos extulit potentia: iccirco spiritu sunt depressi. seruum autẽ domini/spirituale bonũ euehit: & terrena deprimunt. Et frequenti vsu euenit vt principes huius sæculi qui iugum seruitij dei excusserunt/consilium ineant & aduersus aliquem seruorum dei decernant. ille vero O dominator potentissime qui sublimiũ corda propria virtute calcas/tuo auxilio fretus tua præcepta exequitur/illa meditatur. & aduersantiũ potestatum consilia vincit: quia sunt ei iustificationes tuæ veluti fortes & inseparabiles consiliarij. nã malũ & falsitas infirma; bonũ autẽ validũ/et omniũ omnino victrix est veritas. ipse cogitat se (deo vires sanitatemq; præstante) incolumi esse mente: alios autem infirmos. & dedecus putat/cum sanus sit/vita plenus/videns atq; in luce ambulans: ab infirmis/emortuis/cæcis/et intenebris errãtibus superari. victor itaq; gaudet: & causam testatur præceptorũ tuorũ custodiã. & exultat se posse dicere ad dñm suũ. Etenim sederunt principes & aduersũ me loquebant: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Nam & testimonia tua meditatio mea est: et consilium meum iustificationes tuæ. posteros instruens vt quicũq; se hoc pacto

Ogdoas. 3 Retribue. 4

exercuerit: nullas illi aduersantiũ potestatũ malignitates posse prævalere.

ADVERTE. Primo versu. retribue seruo tuo: Hieronymus ex hebræo/tribue seruo tuo. quod aptius videtur, nã cõsentaneũ magis est vt seruus domino suo dicat tribue/largire/impartire/dona q̃ retribue/repende vicẽ: ne videatur non gratiam sed debitũ reposcere. sed quid dominus seruo suo debere potest quod gratia non sit? cum & seruus & omnia eiꝰ domini sint: & neq; seruus ipse suus sit/neq; quicq̃ suum. tanto minus igitur deus creaturæ debitor esse possit. gratia igitur est quicquid ab eo petendum/et quicquid petitum tribuit. ¶ Octauo versu. nam & testimonia tua meditatio mea est/& consilium meũ iustificationes tuæ: Hieronymus ex hebræo paulo aliter/sed & testimonia tua voluptas mea quasi viri amicissimi mei. quo designat propheta testimonia dei fuisse sibi voluptati aduersus omnes hostium insultus & molitiones/ & loco virorum amicissimorum qui in aduersis vel maxime iucundi sunt & necessarij.

IIII

Daleth. Tabularum. ך

d 1 Adhęsit pauimento anima mea: viuifica me secundũ verbum tuum.

Daleth. Tabularũ.

d 2 Vias meas enũciaui & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.

Daleth. Tabularum.

d 3 Viam iustificationum tuarũ instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.

Daleth. Tabularum.

d 4 Dormitauit aĩa mea p̃ tædio: confirma me in verbis tuis.

Daleth. Tabularũ.

d 5 Viam iniquitatis amoue a me: & de lege tua miserere mei.

Daleth. Tabulaꝝ

d 6 Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.

Daleth. Tabularum.

d 7 Adhęsi testimonijs tuis domine: noli me confundere.

Daleth. Tabularum.

d 8 Viam mãdatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum.

ך

Adhęsit puluerí anima mea: viuifica me iuxta verbũ tuũ.

Vias meas exposui & exaudisti me: doce me iustitiam tuam.

ך

Viam pręceptorũ tuorum fac me intelligere: & loquar in mirabilibꝰ tuis.

ך

Dístillauit anima mea præ tristitia: serua me iuxta eloquium tuum.

ך

Viam mendacij aufer a me: & legem tuã dona michi.

ך

Viã fidei elegi: iudicia tua proponebam.

ך

Adhęsi testimonijs tuis domine: ne confundas me.

ך

Viã mandatorũ tuorũ currã: quoniã dilatasti cor meum.

QVARTAE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

d ¶ Adhæsit pauimento anima mea: viuifica me secundũ verbum tuum. Corpus quod adhæret sepulchro: corporaliter mortuum est. & anima quæ adhæret corpori: spiritualiter mortua. et quid tunc faciat? vt oculus tenebroso carcere clausus/visione sua vt sensibili vita carens/petit radio lucis viuificari: nõ aliter is cuius anima adhæsit carni/ appetere debet viuificari verbo dei (verbum autem dei: lex eius est) & dicere ad deũ. Adhæsit pauimento/adhæsit carni anima mea: viuifica me secundũ verbũ tuum/ vitam michi instaura verbo tuo. verũtamen vt oculus sensibiliter non viuificatur nisi eximatur a tenebris: sic etiam neq; anima spiritualiter nisi euocetur ab adhæsione carnis. Adhæret autem car-

ni:quãdiu placita carnis efficit. Et quis poteſt euocare? tu deus qui poſtq̃ mortua eſt/ iterum vales illi vitam reſtaurare.

d ¶ Vias meas enũciaui & exaudiſti me: doce me iuſtificationes tuas. Si ſeruulo qui erra- 2
uit cumprimũ ſe proſternit domino & dicit/ dimiſi vias tuas/ & hac & illa inceſſi/ & hoc & illo modo erraui/ ignoſce michi/ protinus ignoſcit dominus eius: an ſerui confeſſionẽ/ potiuſne domini admirabimur benignitatẽ? certe benignitatem. & quanto maior eſt dominus: tanto admirabilior eſt/ qui ſe contemptũ fuiſſe tam facile cõdonat. Talis profecto es benigniſſime & miſericordiſſime deus, non eſt admirãda cõfeſſio quã facit anima quę adhæſit operibus carnis/ & dimiſſa via tua per alias inceſſit: quas proſtrata ante te tibi recitat & agnoſcit/ & petit indulgeri/ & inſuper doceri vias & iuſtificationes tuas/ quas vitæ flagitijs & longa diſſuetudine dedidicit/ & tu protinus noxã illi indulges/ & illã exaudis & exauditã in præceptis tuis reuocas, ſed admiranda eſt tua ineffabilis benignitas: qui cũ omniũ dominantiũ dominus ſis et maximorũ maximus/ & ideo offenſa in te maxima: tã facile noxã relaxas & dimittis. Non hoc vis confeſſionis facit: ſed tua ſupereminens bonitas/ quæ non vult niſi ſaluare quod perierat/ niſi bonũ reparare quod deerat. quid enim mereor ſi dico: proximũ odiui/ ſuperbia intumui/ patrẽ & matrẽ inhonoraui/ mœchatus ſum & pleraq; huiuſmodi/ hæ ſunt viæ quas longo detentus errore detriui/ michi malas eſſe agnoſco/ ignoſce michi? Sed tanto admirabilior es cunctis dominantibus: q; illi de ſe bene merentibus & recitantibus in eos benefacta vix beneficiũ aliquod agnoſcunt, tu vero contra nichil de te merentibus/ quiimmo ſua malefacta/ & in te delicta narrantib9: maxima bona largiris/ & ne amplius aberrẽt optimã viã doces ac inſtruis. Miſerrimus igitur eſt: qui te relicto/ aliũ qui ſibi dominetur quęrit, nõ enĩ is dominũ: ſed crudeliſſimũ experietur tyrãnũ. Qui cũ talis ſis: quis non tutus ad miſeratiões tuas cõfugiat/ quis nõ ſecur9 exomologeſi facta dicat? vias meas enũciaui et exaudiſti me: doce me iuſtificatiões tuas.

d ¶ Viã iuſtificationũ tuarũ inſtrue me: & exercebor in mirabilibus tuis. Sunt qui in aliqua 3
arte inſtrui volunt: ſed ſolum vt cognoſcãt/ non autẽ vt cognoſcentes operentur & ſe exerceant. At ſeruus tuus petit inſtrui in mandatis tuis/ quæ ſunt veluti quędã ars perpetue viuendi: nõ ſolũ vt cognoſcat/ verũ vt cognoſcens ſeſe exerceat. Nã vt illi qui cognitione cuiuſpiã artis contenti/ non ſe exercẽt/ arte illa nõ viuent: ęque qui præcepta tua ſcientes ea quæ agnoſcunt non faciunt/ præceptis tuis non viuent, verum qui in aliqua arte ſe exercent/ præſertim ſi circa quippiam dignum verſentur: non deſinunt admirari artis potẽtiam, tanto minus qui ſeſe exercent in arte diuina/ quæ eſt ars tua/ & viæ iuſtificationum tuarum inſtructio/ deſinent admirari/ laudare/ magnificare et prædicare mirabilia tua. Quapropter non ab re ad te ſe eleuans vir ſpiritualis ait/ viam iuſtificationũ tuarum inſtrue me: & exercebor in mirabilibus tuis/ admirabor & eloquar admirandã potentiam diuinę/ ſuperadmirandæ & omniformatricis artis tuæ.

d ¶ Dormitauit anima mea præ tędio: confirma me in verbis tuis. Sunt itẽ qui artem ali- 4
quã diſcunt/ & in illa ſe exercẽt: ſed non perſeuerant, et hi ad tẽpus viuunt: & ad tempus mendicãt/ calamitate/ tędio/ miſeriaq; confecti/ ſuæq; ociſitatis & ſtultitię meritã exoluẽtes pœnã, haud abſimili modo ſeruus domini qui meminit ſe aliquãdo ſapientię vias deſeruiſſe/ & in vijs ſtultitiæ defluxiſſe/ tędia/ calamitates erumnaſq; perpeſſus: q̃uis præceptа/ domini miſeratione ſuſceperit & ſe in mirabilibus eius exerceat/ ipſo tamẽ caſu cautior effectus vnum precatur a domino vt eum in mãdatis ſuis contineat/ firmet/ ſtabiliat/ cognoſcẽs ſe ope ſurſum tenentis egere, ſiquidẽ ſuapte natura ima petit: diuina autẽ ſuſtẽtatio/ confirmatioq; ne iterato ruat in p̃ceps/ in ſublime continet. Eſtq; caro ſimilis ingenti flumini, mundus maximo mari, dæmonia phocis baleniſq; marinis/ ac ingentibus draconibus patulo rictu quicquid paululũ immergitur vorare gliſcentibus. anima vero ſimilis naui nare non valenti/ ſed ſuopte pondere ad ima præcipitiaq; ruenti, quam tamẽ benigniſſima ſuſtentatio tua: per flumina/ per maria/ per varias vndoſi ſali procellas in ſũmitate ſubuehit, & hæc ad finẽ vſq; ſuſtentatio tua/ confirmatio eſt: quam tantopere a te qui omnia contines efflagitat/ & quæ angelos ipſos ne ruere poſſint nũc etiã ſecuros reddit, quam inquã vir iuſtus tantopere a te flagitat his vocibus ſuis, dormitauit anima mea præ tędio: confirma me in verbis tuis.

d ¶ Viam iniquitatis amoue a me: & de lege tua miſerere mei. Qui nauigat ſuper mare/ et 5
videt intumeſcere fluctus: q̃uis cymba altior feratur/ timet tamẽ ne tandẽ obruatur procella, & manus in cœlũ attollens eum precatur qui omnium habet imperiũ: vt mare ſerenet/ detq; viam rati tranquillam, nam via præſens: nimis timẽda/ fallax & iniqua. Et quę

Psal. 118 Ogdoas. + Adhęsit pa.

est animæ nimis timenda/fallax & iniqua via:nisi intumescentes & inualescentes carnis affectus:per quos si mens rapitur:iactatur/concutitur/periclitatur/& persæpe naufragiũ patitur.ergo qui omnia potentem precatur/viã iniquitatis amoue a me/& de lege tua mi serere mei:nichil aliud precatur/nisi vt tua miseratio intumẽtes & præualidos carnis ipe tus/& noxiorũ spirituũ turbines ac tentationũ flatus reprimat/desq; tranquillã in manda tis tuis & minime offensã impeditãq; viã. sed et gratia tua/ dulcis flatus est:qui cursũ eiꝰ et animæ eius cymbã per vniuersam viã adiuuat/& ad te tandem vitæ portum applicat.

d ¶ Viam veritatis elegi:iudicia tua non sum oblitus.Rex alicuius regiõis liber est/& a ne 6
mine cogitur.& in hoc filios suos a cæteris discerni vult:q; nolit eos cogi.sed quicquid a gant:libere agant.adhibitis tamen prius pędagogis(ne forte quid ex ignorantia peccẽt) agẽda/fugiẽdaq; mõstrãtibus:& q̃ veritatis via sit patriq; placita/& quæ falsitatis et patri odiosa.sed vnꝰ filiorũ qui generosus est(etsi posset vtrãuis)viã tamẽ patri placentem ele gît(nã per illã rex incedit)& alteram refugit.videt nãq; patrẽ per illã minime incedentẽ. non enim per eam incederet: quam ipse odit.At alter natura filius/ sed voluntate dege ner (etsi potuisset vtrãuis)elegit tamen viã falsitatis.in qua nõ paucas & filio regis indi gnas perpetitur erũnas.quãdoquidẽ si quid bonũ putat:fallax protinus est.nam hac ince dentibus via:superbi appellantur magnanimi/auari magnifici/vecordes victoriosissimi/ noxia vtilia/& longũ inducentia luctũ delectabilia.falsitatis enim via est.ille regni partí ceps: hic exul/ semper miser & inops.Hunc in modũ tu domine deus rex regum omniũ: vt rationales spiritus filios ostenderes/eos cogi noluisti sed esse liberos.& pædagogos/sã ctos & prophetas mira bonitate tua per spiritũ sanctum tuum illis præfecisti: qui fidei viã & veritatis tibi placitã ostenderent.e quibus quisquis a te non degenerauit: viã veritatis elegit/ & quicquid iudicasti bonũ atq; sequendũ/amplexatus est/ et mente memori fixit. vt ad te(seu legitimus filius:quippe qui legem & viã tuã custodit)dicere possit:viam veri tatis elegi/iudicia tua non sum oblitus.at vero eum qui a te non degenerauit/sponte sua in viã falsitatis delapsũ/ copia malorũ extinxit.& iuste quidẽ(vt qui iudicia sua/ iudicijs tuis prætulerat)perijt.Qz si libertate sua abusus/q; liber factus sit queretur: perinde est ac si quis patrẽ regẽ accuset q; eũ vile nõ fecerit mãcipium.At qui eum ita de patre queron tem audierint:nonne iuste condẽnabunt omnes & dicent:tu gratiã & dignitatem a patre tibi factam indignus & male.gratus ignoras/ qui voluit te esse liberum & similem sibi. ob quam quidẽ dignitatem:cætera erant tibi subdita/ famulantia/& te reuerentia/ tanquam viuã/liberã/& nulli subditam patris imaginem.non libera enim:liberis natura parent. illa premuntur & subsunt:at hæc dominantur. quereris te patrem nõ feciſſe mancipiũ: sed (quod quereris)vere factus es mancipium.& cũ in honore esses non intellexisti:et compa ratus es iumentis insipientibus et similis factus es illis.Et ideo nõ pater bonus/sed tu so lus qui sponte tua tuaq; electione perijsti/es accusandus.si male vtor oculis/ male mani bus/male intelligentia:quid largitorem accusabo qui me his ad bonum vsum est digna tus? tanto minus profecto de arbitrio deceat: quo nos fecit cæterorum dominos/ & quo eius semper præsenti & nulli vnquã negata ope adiuti/eũ imitari possumus si volumus/ qui est vniuersorum dominus.

d ¶ Adhæsi testimonijs tuis domine:noli me cõfundere.Filius regis obediens/cognoscẽs 7
patrem liberum & cogi nõ posse/sed quicquid vult libere facientẽ/qui alterũ degeneran tem filium per viam seruorũ oberrãtem confudit/ & priuatione regni mulctauit: q̃uis ipse iussa patris semper executus est/ supplex tamẽ orat ne pater eũ vt fratrẽ eius confundat. in hoc testans patris liberã potentiã/& venerans vt summe liberũ et potentem.Et reuera dominator immense tu es ille rex summe potens/et summe liber & ad quem vnũ claman dum est:adhæsi testimonijs tuis domine/noli me cõfundere.& quisquis fuerit fidelis ser uus tuus fatetur te duce/te docente/te confirmante/vijs iustificationũ tuarũ inhæsisse/& precatur ne illum cõfundas:hac confessione tuã augustã/incõcussam/et liberam omnipo tentiam testans/hac confessione veneranstuã omnipotentẽ & incõprehensam libertatẽ. & si eum non confundes/si regni consortio dignaberis:id totũ ad solã gratiam tuã refert/ et solũ gratiã esse agnoscit.& siue hoc siue aliud efficies:nichilominus iustissimꝰ es. quo modo enim summe libereſſes:si quic q̃ vnq̃ ex debito deberes?ergo meritum erga te nul lũ est.sed creaturæ meritum si quod est:id in immensum gratia tua minus est.et ideo alio in loco sic nos doces.Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis: dicite serui inutiles sumus/quod debuimus facere/ fecimus.verum qui oculũ in tua eminentissima bonitate fi gît/adeo eminens/exuberans/et copiosa est/ vt nequaq̃ de regni tui consortio quenquã

diffidere permittat si in viis tuis perstiterit: tametsi non meritum (quis enim mereretur) se certissime agnoscat, nonne lux publica mundi tuæ bonitatis æmula: modicã nostri oculi lucem nichil quidem meritam/ secum admittit ad totius orbis spectacula? & quæ in se actissima est: in publica illa luce latissime diffunditur / quasi in toto visibili mundo conregnans omniaq; apprehendens, nec secus angustum mentis nostræ lumen in tuo admissum/ facile ambibit apprehendetq; omnia/ supra ea quę & dici & cogitari queunt.

d ¶V Iam mandatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum. vt auis expassis alis/ iuuantibus auris celeri volatu aera scindit: æque humana mẽs charitate leuata/ dilatata/ expassa/ celeriter delectabiliterq;/ quæq; operatur. verum vt calor corpora dilatans desurſũ est a sensibili sole procedens: ita quoq; & charitas dilatãs animas a te deus est spirituũ sole, non ab re igitur celeriter viam mandatorum tuorum percurrit: cum tu calorẽ tuum desuper infundẽs cor eius eleuas/ expandis/ aperis & dilatas/ mirabili voluptate & charitate animam implẽs, quibus vt duabus alis adiuta: ad te ocyssime peruolat. quo enim per viam tuam quæ est in charitate/ prompta & delectabilis adimpletio mandatorum tuorum: nisi ad te curretur? Nonne igitur vir iustus quẽ tu gaudio & amore perfuderis: iure dicere valebit/ viam mandatorum tuorum cucurri/ cum dilatasti cor meum?

ADVERTE. Quarto versu/ dormitault aĩa mea p̃ tædio: Hieronymus ex hebreo/ distilla uit aĩa mea p̃ tristitia. sunt codices q etiã habẽt p̃ stultitia. quasi diceret defluxit et pene ob peccatũ ad nichilũ redacta est. nã si sapiẽtia nos colligit & deo vnit ac iserit q est entiũ entitas et viuẽtiũ vita: stultitia ꝓfecto & peccatũ nos dissipat/ diuidit & euellit a fõte ẽtiũ ad nichilũ/ & a vita ad interitum quẽ per dormitationẽ interptes insinuarunt. est enim dormitio aut mors aut mortis imago. ¶Quinto versu. & de lege tua miserere mei: Hieronymus ex hebreo/ & legẽ tuam dona michi. vocabulum HANA quod a HANAN deriuant hic positum: nunc libere & per gratiam donare/ nunc misereri significat. interpretes significationẽ hanc/ Hieronymus illam secutus est.

	He.	Ista.	℟ V
h1	LEgẽ pone michi dñe viã iustificationũ tuarũ: et exquirã eã sẽper.	LEgẽ pone michi dñe viã iustificationum tuarum: et exquiram eam semper.	OStende michi domine viam prẽceptorũ tuorum: et custodiam eã per vestigium.
h2	He. Da michi ĩtellectũ & scrutabor legẽ tuã: et custodiã illã in toto corde meo.	Ista: Da michi intellectũ & scrutabor legẽ tuã: et custodiã illã in toto corde meo.	℟ Doce me et obseruabo legem tuam: & custodiam eam in toto corde.
h3	He. Deduc me in semita mandatorũ tuorũ: quia ipsam volui.	Ista: Deduc me in semitam mandatorũ tuorũ: quia ipsam volui.	℟ Deduc me ĩ semita mãdatorum tuorum: quia ipsam volui.
h4	He. Inclina cor meũ ĩ testimonia tua: et nõ in auaritiam.	Ista. Inclina cor meũ ĩ testimonia tua: et nõ in auaritiam.	℟ Inclina cor meũ ad testimonia tua: et non ad auaritiam.
h5	He. Auerte oculos meos ne videant vanitatẽ: in via tua viuifica me.	Ista. Auerte oculos meos ne videant vanitatẽ: in via tua viuifica me.	℟ Auerte oculos meos ne videãt vanitatem: in via tua viuifica me.
h6	He. Statue seruo tuo eloquium tuum: in timore tuo.	✻ Ista. Statue seruo tuo eloquium tuum: in timore tuo.	℟ Suscita seruo tuo eloquium tuum: in timorẽ tuum.
h7	He. Amputa opprobrium meũ quod suspicat9 sũ: quia iudicia tua iocũda	Ista. Amputa opprobrium meum qđ suspicat9 sũ: iudicia enim tua iocũda.	℟ Auerte opprobriũ meum quod reuerit9 sum: quia iudicia tua bona.

Psal. 118 Ogdoas. 5 h s Legem po	GALL. Hæ.	ROM: Ista.	HEB. ה
	Ecce concupiui mãdata tua: in æquitate tua viuifica me.	Ecce concupiui mãdata tua: in ęquitate tua viuifica me.	Ecce desyderaui prȩcepta tua: i iustitia tua viuifica me.

QVINTAE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

h ¶L egem pone michi domine viam iustificationum tuarum: & exquirã eã semper. Si verbum tuum per os Mosis prolatũ incõpræhensibilis dñe/lex est: quanto magis verbũ tuum ab ore tuo prolatũ lex tua est. hæc immutabilis & æterna: illa mutabilis & transitoria. hæc archetypa: illa similitudinaria. hanc igitur ęternam/immutabilemq; & veram legẽ te precatur iustus ad te clamãs/legẽ pone michi domine viã iustificationũ tuarũ: & exquirã eã semper. te inq̃ ꝑcatur: vt eã legẽ quæ est cõsubstãtiale verbũ tuũ ostẽdas/eã ponas viã iustificationũ tuarũ quo possit eã exquirere iugiter. quid enĩ magis exquiret: q̃ esse in via illa q̃ est lex: & ideo ĩ ea nullus trãsgredit. q̃ eadẽ veritas est: & ideo null⁹ fallit. vita est: ĩ ea null⁹ morit. lux est: null⁹ ĩ ea tenebris offũdit. sapiẽtia est: null⁹ ignorãtia aut ĩsipiẽtia cęcatur. oẽ bonũ est (eructault iqt cor meũ verbũ bonũ) et ideo satiat et nichil aliud desyderat. 1

h ¶D a michi intellectũ/& scrutabor legẽ tuã: & custodiã illã in toto corde meo. Sol cũ radios diffundit oculis corporeis: oibus dat visionẽ. quos si subtrahit: illã protinus aufert. & vna abire videtur vniuersus orbis decor: manentq; oculi tenebris offusi. Nec tu aliter immense deus/immensa lux mundi: intelligẽtiam cũ vis præstas oculis mẽtis/ et cum vis protinus aufers. & te animis illucescente: mirabilẽ intelligibilis mundi edocẽtur pulchritudinẽ. te vero lumen tuum reuocante: oĩs decor ille trãsit/mensq; manet suis obsita tenebris. nõne ergo ab oibus precandus es? da michi intellectũ & scrutabor legẽ tuã & custodiã illã in toto corde meo/legẽ illã tuam immutabilem/ęternã/verã cõtẽplabor/et illã ĩ toto corde meo custodiã & arcte continebo. siquidẽ illa a tuo corde nata: aliorũ corda possidet & sua facit habitacula qui eã tota mentis intentione perquirũt. eaq; libenter ihabitat: & dũ custoditur/ custodit/conseruat/saluat/& vita donat æterna. 2

h ¶D educ me in semita mandatorũ tuorũ: quia ipsam volui. Homo onustus in via: tardi⁹ iter suum conficit. & declinat semitas: ne forte diripiatur. qui vero expeditus est/ secũ nichil portans quod diripi possit: securus petit semitarũ ingressus/per easq; deduci. pauptas ergo cito ducit ad terminũ. paupertati iuncta est securitas. qua in re video superimmense dñator semitam qua cito conficiuntur mandata tua paupertatẽ spiritus esse. qui enĩ eiusmodi est nichil in hoc mundo secũ habet: quod eius cursum ad te retardet. quod reuera pro tua bonitate: adolescenti te percõtãti quid faciẽs vitã ęternã haberet/ insinuasti. vbi enim cõmunem vitæ viam illi patefecisti inquiens/si vis ad vitã ingredi/ serua mandata: cõtinuo q̃ esset semitą mãdatorũ tuorũ denudasti subiũgens. si vis perfectus esse/ vade & vẽde oĩa q̃ habes/& da paupibus: & habebis thesaurũ in cœlo. & veni: sequere me. tu vero O amator hoĩm et tui/semitã incedebatis: ille vero quia nimis onust⁹ erat/semitæ credere se noluit. attamẽ qui perfectus est/semitæ se credit. & q̃is difficilius ꝑ eã q̃ ꝑ cõem viã icedit: placet tamẽ illa magis viro spũali. & petit a te/deduc me in semitã mãdatorũ tuorũ/quia ipsã volui. petit quidẽ a te qui benignissimus es & qui per eã incedẽtes ꝑcedis/in eã deduci. nisi enĩ ꝑcederes & deduceres icedẽtes ꝑ eã: nequaq̃ dixisses. veni: sequere me. 3

h ¶I nclina cor meũ in testimonia tua: & nõ ĩ auaritiã. Adolescẽs ille cui tu qui solus bon⁹ es/mõstrasti semitã: nequaq̃ sub onere ingemere & tristari debuisset. sed si ĩ schola spũs sãcti/scripturas didicisset: protinus a te cũ viro pfecto petere debuisset. inclina cor meũ de⁹ ĩ testimonia tua: & nõ ĩ auaritiã. & a te qui cordiũ medic⁹ es: corde medicato/ocy⁹ sine dolore qđ ledebat on⁹ reiecisset. et deduxisses eũ ꝑ semitã ad vitã illã/cuius ꝑsens nostra vita vmbra q̃dã est & somniũ. vidẽs itaq; iust⁹/auaritiã & ad terrena bona nimiã sitĩ & ilhiationẽ/viã mãdatorũ tuorũ pgere volẽtib⁹ onera ĩponere: q̃ iuste te ꝑcaĩ vt aĩm ei⁹ nõ inducas in terrenorũ cõcupiscẽtiã/alioqui nõ incedat ꝑ semitã. quo modo enĩ onustus te sequeĩ expeditũ/& tard⁹ magna celeritate ꝑeũtẽ: q vere similis es capreę hinuloq; seruorũ? 4

h ¶A uerte oculos meos ne videãt vanitatẽ: in via tua viuifica me. Qui sequit ducẽ ĩ semita: ad nichil aliud q̃ ad ducẽ oculos intẽtos habere debet/ne forte alio flectẽs oculos ducẽ suũ amittat. Tu aũt dñe rerũ oĩm opifex & creator: dux es. et qui sequit te: ad nichil aliud debet attendere q̃ ad te. nã cætera vana sũt: neq; vllũ ꝑter te potest saluare. tu dux es iuisibilis. q̃ enĩ (vt diuinus annũciat apostolus tuus) videntur/tẽporalia sunt: quæ autẽ nõ vi- 5

dentur/sunt æterna. verũ cũ oĩs creatura de se vana sit: quomodo declinabit quis oculos suos a vanis? Id nullo pacto fieri potest: nisi (sicut magnes tactã acũ semper conuertit ad polũ) tactus tuę diuinitatis illos faciat ad te sẽper cõuersos/sẽperitẽtos. et vt tacta ac⁹ mobilitatẽ quãdã veluti quãdã vitã induit/qa istabilis & inquieta sẽper est/ donec cõuersa fuerit ad mũdi cardinẽ pulchrã illã stellã scilicet quã tu ipse fecisti nauigãtiũ ducẽ: ita diuinitatis tuę oĩfica vis a se tactos & ad te cõuersos in via tua viuificat. qua viuificatiõe nusq̃ stare/nusq̃ qescere possũt nisi i te qui es supm⁹ cardo vertexq; rerũ. quapropter iure optimo qsq; id te debet orare. Auertẽ oculos meos ne videãt vanitatẽ: in via tua viuifica me.

h ¶ Statue seruo tuo eloquiũ tuũ: in timore tuo. Seruus qui non timet trãsgredi præcepta 6
dñi sui: pſępe negligẽs inuenitur. at cõtra/eũ cui honest⁹ timor ille adest: diligẽtia cõmẽdat. qui quidẽ timor nũq̃ pfectus est sine amore. amor sursũ mẽtẽ rapit: timor ille ne quid deorsũ negligat/cautũ efficit. ergo parũ prodest cuiq̃ datũ p̃ceptũ: nisi sit illi adiũctus timor. alioqui verẽdũ est ne negligẽti⁹ operetur. & peride vt auis si alterutra ala careat: nõ fertur in sublime. neq; aia sine amore & timore. amor i amato figitur: timor in ꝓpria amãtis fragilitate. cui⁹ sibi bene cõscius iustus/cũ petit ab vniuersorũ domino: statue seruo tuo

h eloqũ tuũ/in timore tuo: nõ petit p̃ceptũ sine timore sibi dari a rẽge/a dño/ab amato suo.
¶ Amputa opprobriũ meũ quod suspicatus sum: quia iudicia tua iocũda. Quãto seruus 7
melior/tanto magis veretur ne quãtũ par est dominũ nõ amauerit & timuerit. et suspicat se reũ & opprobrio dignũ: & erga dñm semper iuste accusandũ. sed ad bonitatẽ dñi refugit: & precatur vt benigne ignoscat se nõ eũ vt par erat per oĩa reueritũ esse. cũ nichil ei vnq̃ p̃ceperit: nisi quod bonũ & iocũdũ fuerat. Quãto magis quisq; iustus: putat se deum (quẽ oportet super omnia diligere/et super oĩa reuereri) nõ pro dignitate & vt par fuit timuisse? & ideo se cõsciũ & dignũ opprobrio/ad auxilium pietatis eius proclamat. Amputa opprobriũ meũ quod suspicat⁹ sum: quia iudicia tua iocũda. opprobrio (fateor) et mulcta dignus sum: quia vniuersa quæ michi mandasti/& quæ te nõ vt decuit timẽdo negligẽtius peregi/bona erant & iucunda. nõ ergo ex parte tuorũ præceptorũ: sed mea ex parte in hanc culpam incidi. quare necesse est/ vt quod meum est rescindas/ & inseras quod tuũ

h est: quo possim vt par est tibi a modo inseruire ac famulari.
¶ Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me. Seruus ille qui timet negligẽ 8
tius mandata dñi sui peregisse/ & nõ satis illũ timuisse: fatetur nichilominus nullius alterius sibi præcepta placere/nulli alteri cupere seruire. & q̃is in seruitio dñi q̃tũ ad se/nõ existimet se dignũ viuere: petit tamen dñi sui ingentẽ bonitatẽ & magnã iustitiã seruitij eius paruitatẽ defectũq; supplere. haud dissimiliter O rex supertremẽde quisquis est seruus tuus/etsi se fatetur in seruitio tuo insufficiẽtius q̃ par est habuisse: confitetur tamen nullius alterius præcepta cupere/& nulli alteri seruire velle. neq; in se cõfidit: sed in tua sola æquitate. et proinde sic ad te orat. ecce cõcupiui mãdata tua: in æquitate tua viuifica me. orat: vt velit tua magna æquitas iustitiaq; illũ viuificare/et qđ ex suo errauerit idipsũ supplere.
ADVERTE. Primo versu. legẽ pone michi dñe viã iustificationũ tuarũ/ & exquirã eã sẽper: paulo aliter ex hebræo/ostende michi dñe viam præceptorũ tuorũ/ & cũstodiam eam per vestigium. id est per indicium/per manifestationem illam quam tu michi ostenderis. ¶ Sexto versu. in timore tuo. passiue intelligẽ/ acsi dicas in timore tui/ quo scilicet a me timeris offendi. ¶ Septimo versu. amputa opprobrium meum quod suspicatus sum: Hieronymus/auerte opprobrium meum quod veritus sum. hic rectius veritus sum q̃ suspicatus haberi putant. veretur enim/timet & formidat fidelis seruus ne negligentius cuncta peragens/opproprio dignus apud dominum habeatur. & æquius forte hoc pacto vereri & timere, q̃ suspicari. nam hic timor cautum facit/diligentem et humilem. at cautione/diligentia & humilitate: fauor domini conciliatur & amicitia.

Vau. &. VI

VI ET veniat sup me misericordiæ tuæ domine: salutare tuum secundũ eloquium tuum.
VI ET veniat sup me misericordiæ tuæ domine: salutare tuum secundũ eloquium tuum. &
VI ET veniant michi misericordiæ tuæ domine: & salus tua iuxta eloquium tuum.

VI Et respondebo exprobrantibus michi verbũ: quia speraui in sermo-
Et respondebo exprobrãtibus michi verbũ: quia speraui in sermõi-
Et respondebo exprobrãtib⁹ michi sermonẽ: quia speraui in sermõe

Psal. 118 Ogdoas. 6	GALL.	ROM.	HEB.
	nibus tuis. Vau.	bus tuis. &.	tuo.
v 3 Et veniat.	Et ne auferas de ore meo verbũ veritatis vsq̃quaq̃: quia in iudicijs tuis supersperaui. Vau.	Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsq̃quaq̃: quia in iudicijs tuis speraui. &.	Et ne auferas de ore meo verbũ veritatis vsq̃ nimis: quoniam iudicia tua expectaui.
v 4	Et custodiã legẽ tuã sẽper: in sęculum & in sęculum sæculi. Vau.	Et custodiam legẽ tuã semper: in æternum & in sęculum sæculi. &	Et custodiam legẽ tuã iugiter: in sempiternum & vltra.
v 5	Et ambulabã in latitudine: quia mandata tua exquisiui. Vau.	Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui. &.	Et ambulabo in spacioso: quia pręcepta tua quęsiui.
v 6	Et loq̃bar i testimonijs tuis i cõspectu regũ: & nõ confundebar. Vau.	Et loq̃bar de testimonijs tuis in conspectu regũ: & nõ cõfũdebar. &.	Et loquar in testimonijs tuis corã regibus: & non confundar.
v 7	Et meditabar in mãdatis tuis: quę dilexi. Vau	Et meditabar mãdatis tuis: q̃ dilexi nimis. &.	Et delectabor in mãdatis tuis: quæ dilexi.
v 8	Et leuaui manus meas ad mandata tua quę dilexi: & exercebor in iustificationibus tuis.	Et leuaui manus meas ad mãdata tua q̃ dilexi vehemẽter: et exercebar in tuis iustificationib9.	Et leuabo manus meas ad mãdata tua quæ dilexi: & loquar in prẽceptis tuis.

SEXTAE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

v ¶ Et veniat super me misericordia tua dñe: salutare tuũ secundũ eloquium tuũ. O regũ & dñorũ maxime/ seruus ille qui fatetur se pro dignitate tibi seruire nõ posse: confiteť sem per se dignũ repelli. & iccirco cũ vita animæ iustitia sit: si viuit/ nõ sua sed tua æquitate vi uit. si eũ in seruitio tuo retines & retinendo saluas: misericordia tua sola est/ qua debilitati eius eiusq; seruitij benigne cõpateris/ perinde atq; homo cõpati soleť alteri/ volẽti quidẽ obsequiũ pstare/ sed ob viriũ ibecillitatẽ nõ valẽti. idq; multo magis & absq; vlla propor tione: q̃to tu hoie melior misericordiaq; superior. ergo misericordissime dñe/ iuxta suauita tẽ eloquiorũ pceptorũq; tuorũ: miserearis seruorũ tuorũ volẽtiũ quidẽ/ sed ob infirmã natu rã suã nõ vt te decet tibi seruire valentiũ. quorũ quisq; ad te clamat iugiter: in equitate tua viuifica me/ & veniat sup me misericordia tua dñe/ salutare tuũ secũdũ eloquiũ tuũ. 1

v ¶ Et respondebo exprobrantibus michi verbũ: quia speraui in sermonibus tuis. Quid fa- 2
ciet seruus ille cuius dñi tãta virtꝰ vt dñi sanitate saneť/ æquitate iustificeť/ misericordia su stẽtetur/ & salute saluet. si quis iproperabit/ si quis accusabit quasi beneficijs dñi indignũ: nõne dicere poterit/ nõ in meis seruitijs/ non in operibus sed in bonitate dñi mei spẽ meã reposui? Et ideo id totũ/ id oẽ/ id vniuersũ quod habeo: fateor non debitũ/ sed bonitate et gratia eius elargitũ. sic seruus cũ dñi seruitio arguitur indignus: fatetur. sed q̃ non in se sed in mandatis superboni dñi sui sperauerit: nõ est copiosa gratia frustratus. & respõde bo (inquit) exprobrãtibus michi verbũ/ quia speraui in sermonibus tuis. nõ in meis obsec quijs: sed solũ in tuis fiduciã meã cõcepi mandatis. quis eni iure quẽpiã reprehẽdat: si alicui bene de se sperãti gratiã suã faciat? quis itẽ increpet eũ qui cũ bene sperauerit: gratiã domi ni acceptat & agnoscit/ & plutis in immensum q̃ debitum omne/ illam magnificit?

v ¶ Et ne auferas de ore meo verbũ veritatis vsq̃quaq̃: quia in iudicijs tuis supsperaui. Si 3
cut esse & nõ esse: ita veritas & falsitas. & a te qui vere es: verũ. & a nõ esse: falsũ. quid igi tur postulare debet seruus qui nichil debet dicere/ nisi quod audierit dominum suum lo qui/ præcipere & mandare? alioqui de suo loquens/ falsus inuenietur & mendax. quid in quã debet postulare: nisi vt penitus nõ auferantur verba dñi eius ex suo ore? vt et ipse sit verax: sicut et dñs eius verus. Sed quid faciet seruus dñi: cũ cognoscat se esse ex nõ esse? & ideo si in ore eius verũ est: nõ est suũ sed dñi sui verbũ qui veritas est. precabitur igitur dñm suum ne auferas de ore meo verbũ veritatis vsq̃quaq̃: quia in iudicijs tuis supersperaui. ne prorsꝰ de ore meo auferas verbũ tuũ: quia non in me sed desuper spes & expecta-

tio mea est adimplendorũ verorũ præceptorũ tuorũ, quo modo enim aqueus & grauis va
por in nubem conscenderet: nisi desuper leuitatem acciperet? neq; qui de se falsus est: nisi
sibi desuper indita veritate tua/præcepta tua/quæ tua sunt iudicia/adimpleret.

v ¶ Et custodiã legem tuam semper: in sæculum & in sæculum sæculi. Quãdiu desuper in- 4
dita leuitas in vapore manet: tãdiu vapor ille sursum detentus pseuerat/neq; vnq̃ deorsũ
ruit. quãdiu etiam verbum veritatis in ore serui est: tãdiu ille mandata domini custodit.
quare si nunq̃ abscedit: semper custodit. mira igitur superiorũ vis: quæ inferiora in suã na
turã transfert/grauia in leuia/frigida in calida/opaca in lucida/ima in summa/falsa in ve
ra/mortalia in immortalia. & sic in optimo detinet: vt nõ sinat relabi ad deteriora. vbi igi
tur verbum veritatis quẽpiã in verũ demutauerit: non alius ille q̃ verus seruus esse pote
rit. verus autẽ seruus est: qui vere p̃cepta dñi sui facit. nõ quomodo serui huius mũdi (nã
serui huius mundi superna virtute nõ sũt in aliã naturã trãsmutati) sed sicut superni serui
& agmina illa cœlestia: q̃ (vt Ioel ꝓpheta ait) multa sunt nimis/& castra fortia/et faciẽtia
verbũ ei9. cõsequẽs igitur fuerat post precatũ serui tui ne auferas de ore meo verbũ veri
tatis vsq; quaq; /cõtinuo subnectere: et custodiã legẽ tuã semper/in sæculũ & in sęculũ sęculi.

v ¶ Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui. Serui huius mundi in angu 5
sto: sed serui spirituales ambulant in spacioso. & quid mirũ? cœlum amplũ: terra stricta. spi
ritus capax: caro angusta. & vbi dominus ambulat: iure ambulat & seruus qui domini pe
culiaris equus est. tu autem domine deus vbiq; es/omnia permeas/ nichil angustum te exclu
dit/nichil amplum te concludit/nichil altum te excedit/nil subsidet tibi bassum/extra om
nia es/intra omnia/supra omnia/infra omnia. tu omni alto altius & omni imo profũdius.
quare spiritus quem tu creasti ad tuum famulatũ: vbiq; spaciatur/vbiq; cogitatioe fertur/
cito supra cœlum/cito infra/cito fertur ad summum/illico relabitur ad imum/supra tẽpus/
infra tẽpus/vt te vbiq; requirat dominum suũ/& tibi vbiq; in spacioso seruiat. potest ergo
spiritualis supernoq; veritatis tuæ verbo formatus seruus tuus vere dicere. Et ambulabã
in latitudine: quia mandata tua exquisiui. quia obsequi spiritualibus preceptis tuis & in
cedere per vias tuas delegi.

v ¶ Et loquebar in testimonijs tuis in cõspectu regũ: & non confundebar. Oratores magni 6
cuiusqiã regis/etsi alioqui exiguæ sunt personæ: audacter tamen intrepideq; loquuntur
in conspectu aliorum regum. quia verbum sui regis habent in ore: neq; vllus audet eos
confundere. quanto magis O rex regum tuus seruus habens verbum veritatis in ore suo/
& ideo verbũ tuũ/confidens & impauidus loquebatur in conspectu regũ: & nullus pote
rat eũ confundere. loquebar (inquit) in conspectu regũ & non confũdebar. et quis enim
verbo tuo auderet: et si auderet valeret resistere? qui solus rex es fortissimus/ potẽtissimus/
& virtutis immensæ & semper inuictę.

v ¶ Et meditabar in mandatis tuis: quæ dilexi. Orator studet memoria tenere/meditate et 7
elaborate loqui: quæ sibi mãdata sunt. & quis est seruus tuus cui verbũ tuũ posuisti in ore
O rex vniuersę creaturæ: nisi orator tuus? ad quid enim dedisses verbũ tuũ? & quẽ facis
seruũ tuũ & deligis oratorẽ: nisi idẽ sit fidelissimus/qui te super omnia & mandata tua su
per omnia alia diligat? maxime ergo cordi illa figet/& sedulũ eius studiũ erit illa medita
te/excogitate/elaborateq; eloqui/ magis etiam q̃ alius possit orator. & spirituales ac intis
mos auditorũ mouebit affectus: cum cæteri/sensuales solum moueãt & affectuũ extimos.
nam casta eius oratio & spiritualis: aliorũ autem sensoria/fucata/illecebrosa/referta leno
cinio & sensuum illicitamentis. hæc ab humana: illa a diuina dicendi arte profecta. hac il
la tanto eminentior: quanto cœlũ eminentius terra. q̃is mundanus & carnalis homo stre
pitu vocis stolidis auribus & sine spiritu circũfuso deceptus/secus frequentius iudicet. vt
qui sacra fastidit volumina/et spiritũ/ sapiẽtię & vitalis eloquẽtię largitorẽ iudicat eliguẽ
& ineruditũ: & ad terrenæ eloquẽtiæ laudẽ nõ paruo quidẽ fastu totũ armat animũ. similis
profecto illi qui terrã dicat lucidã/& solẽ ipsũ vmbrosum. neq; est de numero eorũ quorũ
quisq; dicere possit: & meditabar in mandatis tuis quæ dilexi. nam talem cæcauit vmbra
mundi huius: & huius fallax eloquentia mundi.

v ¶ Et leuabo manus meas ad mãdata tua quæ dilexi: & exercebor in iustificatiõibus tuis. 8
Fidelis seruus & prudens non solum diligenter & excogitate loquitur quæ dominus su
us et qui aliorum dominorum dominus est imperat: sed & manus ad opus admouet. er
go seruo talis domini non satis est si meditatur in mandatis domini quę dilexit: sed vt illa
operẽt & se in illis exerceat assiduusq; versẽt/man9 ad alta porrexit. Nã qui spiritu/deo ser
uit: nõ in imis operatur (sunt enim spiritualia alta) sed manus/& tam actiuas q̃ cõtẽpla

118 trices animæ vires ad sublimia tollit. atq; iccirco non ab re dicet æterno illi domino suo
Ogdoas. qui in altis habitat. Leuabo manus meas ad mandata tua quæ dilexi: & exercebor in
6 iustificationibus tuis.
Et veniat. ADVERTE. Quinto versu. ambulabam/& Sexto loquebar & non confundebar: rectius
7 ex hebræo/ambulabo/loquar & non confundar. Et passim legitur et loquebar de testimo-
nijs tuis: verum psalterium gallicum/hebraicũ & græcũ habent in testimonijs tuis. sic enĩ
græce. καὶ ἐλάλουν ἐν τοῖς μαρτυρίοις σου. ergo qui canunt de testimonijs tuis:
id ex psalmodia romana mutuati sunt. id vero aliarum psalmodiarũ in testimonijs: peri-
de accipias ac secundum testimonia tua. ¶ Item septimo versu. meditabar: rectius medi-
tabor/ex hebræo delectabor. adde & ex verbis custodiam et exercebor/quorũ hoc sequi-
tur/illud præcedit/ & ita esse dicendum rationem sermonis exposcere velle.

VII

Zai. Hæc.

z1 MEmor esto verbi tui seruo tuo: in quo michi spẽ dedisti. MEmẽto verbi tui seruo tuo: in quo michi spem dedisti. MEmẽto sermonis seruo tuo: quem me sperare fecisti.

Zai. Hec

z2 Hęc me consolata est ĩ humilitate mea: quia eloquium tuum viuifica uit me. Hęc me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuifica uit me. Hęc est consolatio mea in afflictione mea: quia eloquium tuum viuifi-cauit me.

Zai. Hæc.

z3 Superbi inique agebãt vsq; quaq; : a lege autẽ tua non declinaui. Zai. Superbi inique agebãt vsq; quaq; : a lege autẽ tua non declinaui. Hæc Superbi deridebãt me nimis: a lege tua nõ de-clinaui.

z4 Memor fui iudiciorum tuorum a sęculo domi-ne: & consolatus sum. Memor fui iudiciorũ tuorum a sęculo domi-ne: & consolatus sum. Recordatus sum iudi-ciorum tuorum a sęcu-lo domine: & cõsolatus sum.

Zai. Hæc.

z5 Defectio tenuit me ꝑ peccatoribus: delinquẽ-tibus legem tuam. Defectio animi tenuit me ꝑ peccatoribus: de-relinquentibus legẽ tu-am. Horror obtinuit me ab ipijs: qui dereliquerunt legem tuam.

Zai. Hæc.

z6 Cãtabiles michi erãt iu stificationes tuę: in loco ꝑegrinationis meę. Zai Cantabiles michi erãt iustificationes tuæ: in lo co incolatus mei. Hęc. Carmina erant michi prȩcepta tua: in domo peregrinationis meę.

z7 Memor fui ĩ nocte no-minis tui domine: & cu stodiui legẽ tuam. Zai. Memor fui nocte no-minis tui domine: & cu stodiui legẽ tuã. Hæc. Recordatus sum in no cte nois tui domine: & custodiã legẽ tuam.

z8 Hęc facta est michi: quia iustificationes tu-as exquisiui. Hæc michi facta est: quia iustificationes tu-as exquisiui. Hoc factum est michi: quia prȩcepta tua cu-stodiui.

SEPTIMAE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

z ¶ Memor esto verbi tui seruo tuo: in quo michi spẽ dedisti. Si potẽs pauperi quippiã ꝑci piat faciũdũ in quo assiduo labore versẽ: primũ pauperi vitæ necessaria subministrant/& paup incipit in auxilio potẽtis si quid forte acciderit aduersi/sperare. Sed nõne tu dñe de⁹ dives in oẽs miseratus es hoiem cũ in paupertate esset/cũ nõ haberet vnde spiritu viue-ret/& verbũ tuũ id est præceptũ tuũ indulsisti/ vnde illi suppeditata vita est/et spẽ ęter-norũ bonorũ iniecisti. ergo diu in præceptis tuis exercitatus/terrena habitatiõe grauat⁹/ hoc pacto te precatur. memor esto verbi tui seruo tuo: in quo michi spẽ dedisti. quod si ad nullũ tẽporale/ad nullũ mortale tendit: aliquando eum perducas/ quo verbũ tuũ dirigit.

ז ¶Hæc me consolata est in humilitate mea: quia eloquiū tuum viuificauit me. Fidelis ser 2
uus nunquā deseritur spe. & quanto dominum agnouit veriorem/meliorē & clemētiorē:
tanto magis confidit/& confidendo consolatur. sed quis te dominorū domine verior/ qui
es veritas? quis te melior/qui es ipsa bonitas? quis te clementior: qui es ipsa clementia/
misericordia & benignitas? qui solo verbo oīa curas: languida sanas/ mortua viuificas/
non existentia creas. quapropter seruus tuus si irridetur/paruipenditur/contemnitur/hu-
miliatur: spe illa erigitur/fulcitur/consolatur. quia tu verbo tuo illi vitā præstas: solem cō
templatur & sydera. si nox est: sperat diem. si hyems: æstatem. & nunq̄ spe illa fallitur. vi-
det ergo supernorum magnam esse spei certitudinem: q̄q̄ diuinorum spes non confun-
dit. ac scriptum esse meminit: qui sperat in domino saluabitur. & iterum/ domine virtutū
beatus homo qui sperat in te. & spem altam in animo versans confidēter clamat. hæc me
consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me. Itaq; bonorum quæ
sperat non minus certus est ac si habeat: & hac sancta beataq; spe aduersus omnē mundi
concussionem immobilis perstat/& consolatur q̄ validissime.

ז ¶Superbi inique agebant vsq; quaq;: a lege autē tua non declinaui. Prudēs est ille viator 3
qui cū videt plurimos alio iter flectere: a recta nusq̄ via declinat. & hoc ideo q̄ ducis p̄ce
ptis iugiter inhæret: alij vero contemnunt. talis est profecto seruus tuus dñe qui mādata
tua cōstanter custodit & obseruat. nam ipse videns superbos & tui tuorūq; præceptorū cō
temptores delinquere & errare grauissime (quanto enim a rectitudine deflectunt: tāto ini-
que iniusteq; agunt) eo cautius studet legem tuam adimplere. more proborum filiorum:
qui cum vident quempiam fratrum deliquisse/tanto diligentius se domi continentes/ sin-
gula quæq; facere tentant/quæ norunt patri placitura/ hoc ipso facto paternum amorem
simul & timorem præferentes. quidnam & aliud faciebat qui ad dominum suum prote-
stabatur/superbi inique agebant vsquequaq;: a lege autem tua non declinaui? quid aliud
inquam/nisi alijs a vijs tuis declinantibus nequaquā declinaui/nequaquā seruitium tuum
& quæ tibi placita sunt intermisi?

ז ¶Memor fui iudiciorū tuorum a sæculo domine: & consolatus sum. Fidelis seruus et pru 4
dens exemplis maiorū suorum instruitur: & ex præteritis præsentia metitur. & quis fide-
lior/quis prudentior esse debet seruo domini qui fidelissimus & sapientissimus est; immo
qui est ipsa fidelitas/ ipsaq; sapientia? exemplis igitur maiorum ab initio iuuatur. qualia
sunt: munera Abel iusti a deo acceptantur. Enoch iustus cum deo ambulauit/& ad im-
mortales diuitias translatus est. Noa iustus a deo repertus est/ & a cataclysmi cuncta de-
lentibus vndis eripitur. Abraham/ Isaac / & Iacob a deo exaudiuntur. prece iusti Heliæ
cœlum clauditur & aperitur. nullus vnquā iustus a deo derelictus comperitur. & q̄uis ser-
uus domini de contemptu & miseria superborum non dolere non possit (quippe qui fide-
lis & amans dominum suum/quem scit omni obedientia & honore dignissimum) nichilo-
minus id libere confitetur/ memor fui iudiciorum tuorum a sæculo domine & consolatus
sum/et seipsum in admirabilis bonitatis domini sui contemplatione solatur/ qui ab initio
ob multitudinem delinquentium nequaq̄ aspernatus est eum: neq; minoris apud se fecit
obsequium paucorum.

ז ¶Defectio tenuit me: pro peccatoribus derelīquētibus legē tuā. Domine virtutū q̄admi- 5
rabilis qui verus est & non fictus seruus tuus? spem in verbo tuo figit/in spe illa consola-
tur. eloquio tuo viuificatur. a lege tua alijs declinantibus nunq̄ deflectitur. memoria iu-
diciorum tuorum se adhortatur. & hęc omnia ex charitate quæ supra se est/quam ad te ge
rit. verum quia tu illi secundum se charitatem proximi mandasti: ex hac peccantibus alijs
& legem tuam deserentibus/exanimis efficitur: sic illorum miseratus errorem/ vt propriā
calamitatem. sic illorum spiritualem lapsum deflens: vt proprius illi esset deflendus.
Et nonne talis erat ille seruus tuus: qui ob vnius aut paucorum aliorum lapsum mœ-
rens consternata mente factus/Corinthijs scribebat. ex multa (inquit) tribulatione &
angustia cordis/scripsi vobis per multas lachrimas: non vt cōtristemini/sed vt sciatis quā
charitatem habeam abundantius in vobis? Nonne dicere poterat/defectio tenuit me pro
peccatoribus derelinquentibus legem tuam? poterat profecto. vt qui non secus ac suam/
aliorum deflebat culpam. Ergo qui eiusmodi non sunt: cognoscant se nō esse dei seruos/
sed peccatores derelinquentes legem eius. pro quibus horror/defectio/ tribulatio/ angu-
stia cordis/& lachrimæ detinēt iustos et fideles dei seruos: in multa mœstitia & mœrore.

ז ¶Cantabiles michi erant iustificatiōes tuæ: in loco peregrinationis meæ. Musica/ res est 6
suauissima auditui: & aduersus tristitias validum munimētum. nec ab re quidem. nam hæ

118 Ogdoas. 7 Mēor esto. 8

cor constringunt & angustiatos spiritus mortificant: illa vero cor dilatat/& quasi ex ergastuli tenebris/spiritus euocat in amplum, verū infinitæ bonitatis dominator immēse: nulla suauior harmonia/nullū valentius aduersus cordis angustias & animi defectiones medicamentū q̄ in intimis mentis suæ penetralib⁹ modulatio iustificationū tuarū. & ideo seruus tuus siue dulci contēplatione tua lætus/siue malis offensus: illas semper animo decātabat. cātabiles (inquit) michi erāt iustificationes tuę: in loco peregrinationis meæ. nos pariter erudiens in hac mortalis vitæ peregrinatione/siue ex spectaculo honorificationū diuinarū læti fuerimus/ siue ex inhonorificatiōe grauiter molestia affecti/ nunq̄ a spirituali melo/qui omnem quæ sensu percipi possit/euincit harmoniā/ nobis esse cessandum.

z ¶ Memor fui nocte nominis tui domine: & custodiui legem tuam. Domini huius sæculi sub nocte & somno nichil a suis seruis exigunt: nec isti/quicq̄ illis impendunt seruitij. sed contra o spirituū dñator æterne/seruus tuus nō minus q̄ in vigilia solicitus est in nocte tibi seruitium impendere. Qz si inuitis oculis irrepit somnus: seruus tuus corpore dormit/ & cor suū vigilat ad te. & tu illi tunc illaberis/& dulces tui immittis memorias/ & ille tibi seruit die noctuq;/siue vigil/siue corporeo detentus sopore/vt nimiū vere tibi possit enūciare: memor fui nocte nominis tui domine/& custodiui legem tuā. sensi visitationem tuam/nulla nox ademit superni verbi tui dulcem memoriam. 7

z ¶ Hæc facta est michi: quia iustificationes tuas exquisiui. Sed vnde dominator immense qui sempiterna es virtus/semper vigil/semper operans/habet seruus tuus vt noctu tui memoretur/tibi psallat/tibi vigilet/ te meditetur? vnde si trāquilla quiete ab his soluatur: theophanias/orases/& dulcia interdū spectacula experitur? nō aliā propheta tuus affert causam/diligentiæ illius dulcisq; visitationis tuę non inexpertus/ nisi quia iustificationes tuas exquisiuit/nisi quia præcepta tua custodiuit. Hæc facta est michi (inquit) quia iustificationes tuas exquisiui. mens igitur custodientis præcepta tua diaphano & transparenti assimilatur aeri/pure (nullis quidē præpedientibus/nullis admissis nebulis) radijs solis pluio. cōtra vero nō obseruantis: densæ/piceæq; caligini/quæ omni est imperuia luci. illi diuina lux se pure immiscet/maxime cū mens illa a functionibus sensuum est auocata & in seipsa recepta: huius vero opacitas impuritasq; omne extrudit diuinū/nullā superne cōsolationem/nullam memoriā illapsūue vllum recipiens/acsi penitus extincta esset aut mortua. illa spiritualis & angelica: hæc bestialis & carnea. illa cōfidit: & scit q̄ sit apertius deū suū visura. hæc diffidit: quasi sit cū beluis et pecoribus interitura. & hoc: quia illa exquisiuit/hæc vero minime exquirere voluit iustificationes tuas. 8

ADVERTE. Sexto versu. Cātabiles michi erant iustificationes tuæ: Hieronymus ex hebræo/carmina michi erant præcepta tua. & id rectius dici volunt: q̄ vocabulum ZEMIROTH quo hic vtitur propheta/carmina & laudes significet. ¶ Octauo versu. hæc facta est michi: Hieronymus ex hebreo/hoc factū est michi. & hoc aptius dictum videtur: vt sic intelligatur. hoc factū est michi/scilicet vt in nocte recordat⁹ fuerim nominis tui. verū cū dicitur hæc facta est michi/siue greçe ἄυτη ἐγερή θημοι/non occurrit quid hæc aut mōstret aut referat: nisi quippiam forinsecus emendicemus/vt hæc memoria/hæc recordatio aut aliquid simile/quæ in sermone non præcesserunt.

VIII

Heth.

h1 POrtio mea domine: dixi custodire legem tuam.

Heth.

h2 Deprecatus sum faciē tuam i toto corde meo: miserere mei secundum eloquium tuum.

Heth.

h3 Cogitaui vias meas: & conuerti pedes meos in testimonia tua.

Heth.

h4 Paratus sum & nonsū turbatus: vt custodiam

Vita.

POrtio mea domine: dixi custodire legem tuam.

Vita.

Deprecatus sum faciē tuam i toto corde meo: miserere mei secūdum eloquium tuum.

Vita.

Quia cogitaui vias tuas: et cōuerti pedes meos i testimonia tua.

Vita

Paratus sum & nonsū turbatus: vt custodiam

PArs mea domine: dixi vt custodiam verbum tuum.

Deprecatus sum vultū tuum in toto corde: miserere mei secundū eloquium tuum.

Recogitaui vias meas: & conuerti pedes meos ad testimonia tua.

Festinaui & nō neglexi custodire mandata

mandata tua. Heth. mandata tua. Vita. tua.

h5 Funes peccatorũ circũplexi ſunt me: & legem tuam non ſum oblitus. Funes peccatorũ circũplexi ſunt me: legẽ autẽ tuam non ſum oblitus. Funes impiorũ implicauerunt me: legem tuã non ſum oblitus.

Heth. Vita.

h6 Media nocte ſurgebã ad confitendum tibi: ſuper iudicia iuſtificationis tuę. Media nocte ſurgebã ad confitendum tibi: ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Medio noctis ſurgam ad confitendũ tibi: ſup iudicia iuſtitię tuæ.

Heth: Vita.

h7 Particeps ego ſum omnium timentium te: & cuſtodientium mandata tua. Particeps ego ſum omnium timẽtium te: & cuſtodientiũ mãdata tua. Particeps ego ſum omnium timẽtium te: & cuſtodiẽtiũ pręcepta tua.

Heth. Vita:

h8 Miſericordia tua domine plena eſt terra: iuſtificationes tuas doce me. Miſericordia tua domine plena eſt terra: iuſtificationes tuas doce me. Miſericordia tua domine cõpleta eſt terra: pręcepta tua doce me.

OCTAVAE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

h ¶ Portio mea domine: dixi cuſtodire legẽ tuã. Vt terræ cœlũ nõ confunditur / vt luci non permiſcentur tenebræ: ita neq; diuina terrenis. ideo tu dñe gubernator cœli & terræ mãdaſti Aaron & ſanctis tuis ne quicquã in terra poſſiderent: quia tu pars eorum & poſſeſſio eſſes. ergo ſeruus tuus quicunq; is demũ ſit qui audet dicere portio mea domine / dixi cuſtodire legẽ tuã / tu es pars / ſors & merces mea / præcepta tua cuſtodiã: nullam aliã in terris quærit poſſeſſionem. alioqui ignorantia fallitur. nã qui te habet: omnia habet / omne bonũ poſſidet / & ad omnis boni trahitur conſortia. quomodo igitur omne bonum habẽs: aliud in terra quæreret? Sed & dixit te eſſe portionem ſuam: neq; aliam velle vt exactius cuſtodiat legem tuam mandataq; obſeruet. nam ſunt & qui te & terrenum quærunt dominum: quaſi duas portiones volentes. & illi nequeunt legem tuam obſeruare: ſed terrenas tuis coguntur præferre legibus. & non aduertũt miſeri / te vt eos ad te ſolum cõuerteres / ſacro ore dixiſſe neminem poſſe duobus dominis ſeruire. ergo qui aliam portionem q̃ te quærunt: te non aſſequentes qui omne bonum es & qui lucem habitas inacceſſibilem / & ſeipſos & omnia perdunt. 1

h ¶ Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo: miſerere mei ſecũdum eloquiũ tuũ. Lux munda / immundis nõ coinquinatur: quia terrenum nichil habet. & viæ domini mũdę: nichil terrenæ fecis habentes. proinde qui per vias illas ambulat / & cui deus portio eſt: mundus eſt. munda autem ad ſupera contendunt: ignis ad cœlũ / aer ad ignem. et ſeruus igitur tuus ad te ſummam cõtendit puritatem / & mũdus ad te mundum / purũ et ſanctum ſanctorum currit. deprecatus ſum (inquit) faciem tuam in toto corde meo / miſerere mei ſecundũ eloquium tuum / quippe qui dixiſti / exaudiam quia miſericors ſum. nec mirum ſi ad te ſuſpirat / ſi te videre cupit / ſi videre cupit faciẽ tuam in toto corde ſuo. nam ſi purus oculus etſi corporeus / ad purã ſenſibilem lucem miro deſyderio fertur: multo magis ſpiritus purus ad te veram ipſam purãq; lucem rapitur / te ſuſpicit / te admiratur / ad te tota vi contendit / ad te cõuertitur. amore flagrat & deperit / vt ei illabaris: vt intimo eius oculo te inſinues penitus. pium huiuſmodi deſyderiũ: ipſum pungit / mulcet / mordet / ſtimulat / liquefacit / euiſcerat / diuidit / conglutinat / redintegrat / vnit. at videt nullo te merito promereri poſſe: quia ſis infinitus valor. gratia igitur eſt / miſericordia tua eſt: q̃ ad tuum contuitum admittis. clamat ergo qui deperit te videre qui es inuiſibilis: clamat inquã ad te miſericordiarũ dominum / miſerere mei ſecundũ eloquium tuum. merito videri non potes: gratia & miſericordia tua potes. & id inſuper / verax eſt eloquium tuum. Beati mundo corde / quoniam ipſi deum videbunt. 2

h ¶ Cogitaui vias meas: & conuerti pedes meos in teſtimonia tua. Amans qui cognoſcit ſe ſolo nitore ſolaq; munditia amato ſuo placere: cogitat itinera ſua / ſolerter oculo circũ- 3

Psal. 118 Ogdoas. 8 Portio mea


lustrat vniuersa/& omnes vias lutulentas declinat ne vestimenta sua inquinet: & pedes agit in solas munditias.& qui ita studet:mundus venit ad amatum.est enim amoris natura: vt alterum alteri nitore conciliet ac munditia.& ideo carnalis amor/ etsi plerūq; in principio se verum simulet:quia tamen in fine coīnquinat/se falsum & mēdacem prodit amorem. At spiritualis contra/se in fine maxime prodit verum.nam si contactu lucis quicquā redditur purius/& q̄diu cōtactus adest lympidius apparet:quāto magis cōtactu summę lucis quæ est ipsa puritas & quo diuinus spiritualisq; cōsūmatur amor/redditur quicq̄ purius atq; q̄diu durat cōtactus/purissimum ac nitidissimū:perinde atq; ferrum intimo ignis contactu lucidissimum. Ergo vt seruus tuus qui toto corde ad faciem tuam suspirat/ qui per spirituales viaste inuestigat se mundum ostendat/ & munditia tibi placeat O vere amantiū amor:clamat ad te/cogitaui vias meas/& cōuerti pedes meos in testimonia tua. 4

h ℂ Paratus sum & non sum turbatus: vt custodiam mandata tua. Quis amante paratior vt obsequia præstet amato? quem si vehemens perurget amor/ nichil illum terrebunt viarum discrimina/ nichil grassatores/ nichil turbabunt nocturna mille pericula/ semper expeditus/ semper accinctus/inturbatus semper: vt ei qui cor eius perstringit obsequatur amori.& quanto qui amatur cognoscitur dignior:tāto qui amat vrgentius amore carpitur.quid enim diuinus non potest amor? Igitur amator nullum suo amato cognoscens digniorem vtpote quem scit optimum/pulcherrimū/ verissimū/ quem scit potentissimum ac sapientissimum:cor suum non habet secum/sed in amato.forma sua non sibi placet/nō esse suum/non viuere suum:sed sui amati.non seipsum habet.desyderium enim illum extra se rapuit.& ideo non in se:sed in amato viuit. in se quatenus in se:mors est. in amato:ipsa vita. ideo morti mortuus est: & vitę viuit.mentem non habet: sed non est amens quia est supra mentem. impetus illum agit: sed non præcipitatur/ quia fertur in altum. hoc vnum sibi placet:vt tibi (qui solus es dignissimus amari) semper obsequatur/ semper sit seruus tuus:& ad te qui suus dominus es/ suus amor/ sua vita/ semper aperte clamat/ paratus sum & non sum turbatus:vt custodiam mandata tua.

h ℂ Funes peccatorum circūplexi sunt me: & legem tuam non sum oblitus. Quo indicio monstrabit se non esse turbatum:vt custodiat mandata tua? Hoc sane/ q̄ funes impiorū circūplexi sunt eum:& in illis non est legis tuæ factus immemor.funes(inquit)peccatorū circumplexi sunt me/& legem tuam non sum oblitus. hoc nimirum certum est indicium. nam qui turbantur/ alio memoriam vertunt/nec cœptum peragunt iter.ille vero nichil tendiculis maleuolorum proficientibus: mediam legis tuę viam nunq̄ deseruit. piscibus sagenæ demittuntur/ feræ innectuntur cassibus/ volucribus retia tenduntur: vias autem spirituales incedentibus spirituales næquitiæ insidiantur/& perhorrendos/ vix perceptibiles vixq; euasibiles laqueos circūnectunt.sed memoria tua domine virtutum/& ad legē tuam cōfugium:ab his protinus explicat/ absoluit/liberat. quod beneficium seruus tuus/ amator tuus minime factus immemor/agnoscit& prædicat. 5

h ℂ Media nocte surgebam ad confitendum tibi:super iudicia iustificationis tuę. Dies/diuinæ lucis imago. nox/ tenebrarum. dies res cunctas discernit. nox confundit.dies calefacit/ fouet/ viuificat. nox frigefacit/ congelat/ mortificat. fures noctu pererrant. interdiu conduntur.in die quisq; studet honeste ambulare. in nocte turpitudo laxat habenas.dies/ gratia.nox/ tentatio est. si igitur sensibili diei aduersa nox/ tanta secum noxia trahit:quanta nox quæ spirituali aduersatur diei secum afferet? quanta mala ingeret spiritualibus veræ lucis cultoribus/ etsi soliciti inuigilent? Q̄z si ad arcendos aut fures aut lupos cum alta nox ingruit densęq; tenebræ: accurate surgit paterfamilias & clamore suo nocere volentes deturbat.quanto magis spirituali viro media illa nocte surgendum erit/ cum profunda inuadit tentatio: vt diuinis hymnis sole iustitiæ inuocato/ nocturnæ potestatis fugentur cateruæ.non enim inuida tenebrarum noxia turba/ immensæ lucis laudes diutius sustinere potest.quod nullus ambigere debet sapientem domini seruum fecisse/cū clamat.media nocte surgebam ad confitendum tibi/super iudicia iustificationis tuæ.ergo sive nox illa nos surripiat tempore vigilię/sive quietis tempore:opus nobis est vt ad diuinā opē surgamus/& in hymnis/ canticis/ & laudibus/in oībus/per oīa & super oīa inuocemus ifinite potētē/ et vanę solo veri solis acclamato noīe euanescēt difflabūturq; vmbrę. 6

h ℂ Particeps ego sū oīm timentiū te:& custodientiū mādata tua.Mirabilis deꝰ i oībꝰ operibus tuis.nūc itra oīa es:vt oīm cētrū.nūc extra oīa: vt oīm circūferētia. intimus: vt oīa vniēs/oīa viuificās.extimus:vt oīa cōtinēs/fouēs/lustrās.circūmeans/vt ,puidēs ac cōseruās.medius:vt omnia discernēs & disterminans.principiū/ mediū & finis omniū rerum. 7



Creaturæ autẽ ſunt veluti circulorũ ſenarius neq; abundans neq; deficiens/ vniuerſi plenitudinem implẽs/qui a cẽtro ad circũferentiam procedũt: vt ime ſummeq; /omniũq; ex parte participẽt. nam id naturam boni exprimit: ſe propagare ac communicare, quod quanto præſtantius eſt:tanto magis ſui conſortium tradit. Eſto igitur primus circulorum a/ſecundus b/& ita deinceps.quia tu es centrale & cõmuniſſimũ bonũ: video a in ſe tui participem/& b tui participem in ſe/ & hunc in modum de reliquis.& a participem tui eſſe in b & reliquis.immo & a: participem eſſe & b & c & reliquorum.nã in cõmuni bono concurrunt.haud abſimili modo/quiſq; timentiũ te & mandata tua cuſtodientiũ: particeps eſt omniũ reliquorũ. nã tu es omnium illorũ cõmune bonũ. vt cuidã ſeruorũ tuorum per temetipſũ aperire dignatus es:oſtendam tibi(inquiens)omne bonum.quanta igitur reuerentia timere debent te offendere/ quanta alacritate animiq; promptitudine obſecutioni præceptorum tuorum inuigilare/& cupere poſſe dicere/particeps ego ſum omnium timentium te et cuſtodientium mandata tua? cupere numerum illum augere:cũ ſciat omnium aliorum bona/pariter & bonum ſuum eſſe?

h ¶ Miſericordia tua domine plena eſt terra: iuſtificationes tuas doce me. Miſerator im- s
menſe qui omne bonum es/qui pars es & merces timentiũ te & cuſtodiẽtiũ mandata tua/ non debito:ſed merces ſola miſeratione/ſola gratia & miſericordia tua.nam vbicũq; gentium inueniuntur timẽtes te:illic inuenitur & miſericordia tua.immo & eos præuenit qui nondum timorẽ tuum didicere: vt oſtenſa illis vitæ via/bonorũ participatione ditentur. diues enim es in omnes. Verũ quia tu es ipſa ſapientia omnia in ſuos fines dirigens/quia tu es & ſpiritus intelligentię ſanctus/vnicus/multiplex/ſubtilis/diſertus/mobilis/incoinquinatus/ certus/ ſuauis/amans bonum/ acutus/qui nichil vetat benefacere/ humanus/ benignus/ ſtabilis/ ſecurus/ omnem habens virtutem/ omnia proſpiciens:niſi continuo pandas/niſi demonſtres & doceas iuſtificationum tuarũ vias/ haud ſecus aberrabimus q; ſine ſidere & clauo ſolent nauigantes. Proinde ad te clamandum eſt iugiter/ miſericordia tua domine plena eſt terra/iuſtificationes tuas doce me.pande nobis lumen ſapientiæ tuæ.niſi enim aſſit arctoi ſideris aſpectus/niſi vias indicet:quid in cœlum intenti oculi/quid ars/quid nauis armamenta/quid nauigantium profuerint conatus? multo magis ſapientię tuæ ſublata gubernatione: vias iuſtitiæ ignorabimus.nũquid enim ſi ſenſibili lumine ſublato/ nichil videt oculus: ſublata intellectuali luce quicq̃ intuebitur intellectus? Eſt ergo nobis ſemper neceſſaria ſapientiæ tuæ mentibus illuceſcẽtis piarũq; illuminatricis mentium doctrina.

ADVERTE: Quinto verſu. funes peccatorum circumplexi ſunt me: Hieronymus ex hebræo/funes peccatorum implicauerunt me. qui recentiores ſequuntur hebræos hunc locum intelligi volunt/cœtus impiorum populati ſunt me.

Teth. Bonum. IX

t1 BOnitatẽ feciſti cũ ſeruo tuo dñe: ſecũdũ verbũ tuũ. Teth.

t2 Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me:quia mandatis tuis credidi. Teth.

BOnitatẽ feciſti cũ ſeruo tuo dñe: ſecũdũ verbũ tuũ. Bonũ.

Bonitatẽ & diſciplinã et ſcientiã doce me:quia mandatis tuis credidi. Bonum.

BEnefeciſti ſeruo tuo dñe: ſecundũ verbum tuum.

Bonum ſermonem & ſcientiã doce me: quia mandatis tuis credidi.

Psal.		GALL.	ROM:	HEB.
118 Ogdoas. 9 Bonitatem	t3	Priusquã humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui. Teth.	Priusquã humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum ego custodiui. Bonum.	Antequã audirem ego ignorauí: nunc autem eloquium tuum custodiui. ℧
	t4	Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Teth.	Bonus es tu domine: et i bonitate tua doce me iustificationes tuas. Bonum.	Bonus tu & beneficus: doce me præcepta tua. ℧
	t5	Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde scrutabor mandata tua. Teth.	Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. Bonum.	Applicabãt michi mẽ dacium superbi: ego autem in toto corde seruabam pręcepta tua. ℧
	t6	Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego vero legem tuam meditatus sum. Teth.	Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego vero legem tuam meditatus sum. Bonum.	Incrassatum est velut adeps cor eorũ: & ego in lege tua delectabar. ℧
	t7	Bonum michi quia humiliasti me: vt discã iustificationes tuas. Teth.	Bonum michi q̃p humiliasti me: vt discerem iustificationes tuas. Bonum.	Bonum michi quia afflictus sum: vt discerem præcepta tua. ℧
	t8	Bonum michi lex oris tui: super milia auri & argenti.	Bonum michi lex oris tui: super milia auri & argenti.	Melior est michi lex oris tui: super milia auri & argenti.

NONAE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

t ℂ Bonitatem fecisti cũ seruo tuo domine: secundum verbum tuum. Ingratus seruus non modo meretur gratia priuari/ sed & est insuper plurima mulcta dignus. contra/ grato nulla pœna debetur: sed & ei/ quia gratia deberi non potest (non enĩ gratia esset) vltro gratia conceditur. & si terrena beneficia/ gratiarũ prosecutione sunt digna: nõne multo locupletius diuina? quod spiritualis seruus tuus/ gratiarum profusissime largitor: nequaq̃ præteriisse visus est/ cum tibi id non ingrato quidẽ animo confitetur/ bonitatẽ fecisti cũ seruo tuo domine/ secundum verbũ tuum. nam cum dicit bonitatẽ fecisti: benefactorem suũ te agnoscit. cum vero secundum verbũ tuum: te agnoscit in omnibus verbis tuis veracẽ dominũ. Es igitur benefactor verax/ & veritas benefaciẽs/ immo vero es ipsum beneficium. & quid potest beneficium/ nisi solum benefacere: sicut lux illuminare/ & caliditas calefacere? non enim beneficium malefaceret. ergo siue prospera assint siue assint aduersa: verbere/ supplicio pœnaq; meritissimus est & omnis beneficij priuatione: qui te non cognoscit in omnibus et per omnes/ super omnes et semper benefacere. 1

t ℂ Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi. Cũsis omni bonitate & sapientia præditus/ & vis suapte natura omnibenefica: aliorũ indigentiam & ignorantiã libenter supples. Ideo qui fidelis est seruus tuus non alium requirit/ qui ipsũ doceat bonitatem: quia nullum te meliorem nouit. non alium qui ipsum doceat disciplinam & scientiam: quia nullũ doctiorem/ nullum sapientiorem repperit. si pulchrũ vult videri quia est oculorũ admiratio/ & bonũ cõmunicari quia est participantium perfectio: & tua profecto sapientia vult sciri quia est mentium illuminatio. nonne q̃primum sol radios oculis iniecit mortalium: omnium colorum & figuratũ præstat notitiam? tanto magis igitur si bonitas & sapientia tua fulgores & radios suos in seruorũ tuorũ mẽtes iaculabũtur/ præstabunt iustificationũ tuarum scientiam/ præsertim ijs qui fide præuia ad intelligentiã sunt adiuti/ vt & is qui dicebat. bonitatẽ & disciplinam et scientiam doce me/ quia mãdatis tuis credidi. Ergo O pulcherrime rerũ: pulchritudine tua eos purga qui mandatis tu- 2

is credunt/ sapientia tua illumina/ & bonitate tua perfice & consúma eos qui pura fide ad te accedunt.

t ¶ Priusq̃ humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui. Nonne verax es & 3
fidelis deus: qui dixisti discite a me quia mitis sum & humilis corde? doctrina igitur tua mites & humiles facit, at quos scientia mansuefacit & humiliat: proculdubio ignorantia effert/extollit ac superbe eleuat, non ab re igitur seruus tuus quem tu spiritu tuo docuisti & docendo humiliasti clamat: priusq̃ humiliarer ego deliqui/ propterea eloquiũ tuum custodiui. acsi aperte diceret/ priusq̃ ego a te discerem mitis & humilis corde fieri: ego ignorui/ ego intumui. quapropter in doctrina illa tua me exercui. nã si huiusmodi scientiã comitatur humilitas: bono iure ignorantiã comitabitur tumiditas, et si humilitas spiritus est sanitas: proculdubio & tumiditas erit animi languor, si igitur medicus quempiam deformi & nimia mole distentum hyposarca/ tympanite/ intercutisue aquæ vicio laborantem precepto suo leuaret/ curaret/ reduceretq; ad æqualitatẽ: nonne ille se cognoscens p̃cepto illo factum sanum/ illud custodiret? hũc in modũ & multo etiã magis/ seruus tuus videns se eloquio tuo ab ignorantia & comite eius superbia animiq; tumore liberatum & humilem corde sanumq; effectum/ vbi vtrumq; verbo confessus est/ non ab re continuo subiunxit/ propterea eloquium tuum custodiui.

t ¶ Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Tu es domine sapientia: 4
& doctrina tua mites facit & humiles, ergo quorum doctrina inflat/ tumidosq; facit ac imprudentes: non sunt sapientes sed sophistę/ veluti quædam sapientũ fex/ vilis alga/ & ad nichil vtile (vt sic dicam) peripsema. & hoc modo scire ante te/ non est scire: sed misere ignorare/ quod tumor cõsequitur & infirmitas. & cõtra/ hoc modo nescire/ ante te est scire: cui comes est humilitas & sanitas. ergo si ægrotare non est bonũ: neq; hoc pacto scire eligendum, non enim medici, sed venefici sunt: qui potione data/ æquabilem animã perpetuo reddũt perinde atq; vtrẽ inspirato vento prætumidum miserabiliter distentam. satius igitur ad sapiẽtem dominũ/ ad per se bonum medicũ confugiendũ et dicendũ. Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Sed quid est domine q̃ seruus tuus qui mãdatis tuis credidit/ qui humilis corde factus eloquium tuũ custodiuit: pridem doctus/ petit edoceri? An id ideo inscrutabilis domine/ quia tu es infinitũ sapiẽtię pelagus/ & quãtũcũq; præbueris doctrinæ/ semper apud te amplius tenes præbendum: atq; ideo doctus semper petit se magis edoceri? Et certe si præceptor quispiã esset infinite doctus: semper discipulus quantũcũq; didicisset/ peteret adhuc amplius crudiri/ & nouus eum sciendi stimularet ardor/ tam bonum/ tam pulchrum est scire/ & maxime te scire qui es omne bonũ. neq; enim erga illum aliud esse posset q̃ discipulus. An etiam fide doctus: petit in bonitate tua quæ est veritas & fidei substantia/ plenius edoceri? Certe fides ænigma est. sed vt phosphorus stella eoi pulcherrima/ certa est prænuncia solis: æque fides est tuæ infinitæ prænuncia bonitatis.

t ¶ Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scruta- 5
bor mandata tua. Qui sanum habent gustum: de saporibus recte iudicant. qui autem sensum illum corruptum habẽt: amarũ dulce et plerũq; dulce iudicant amarum. Ita superbi iudicio rationis destituti: seruos tuos O amator veritatis multipliciter arguunt falsitatis/ improbitatis & mẽdacij. hi autẽ toto corde se exercẽt in mãdatis tuis. Si sana/ si dulcia/ si vera prosunt: & ægri illa noxia/ amara & falsa dicunt/ vehementer eos increpantes qui illis vti volũt: nũquid iccirco/ qui recte valent sanumq; & incolume habent mentis iudicium/ ab eisdem abstinebunt? tanto minus sane a spiritualibus bonis ob vaniloquia & intorta maledicta superborum erit abstinendum. apud quos sanctitas est impuritas/ deuotio hypocrisis & simulatio/ timor dei vecordia/ & amor insania. quinpotius serui tui multo magis puritatem retinere studebunt/ deuotionem adaugebunt/ timore (ne quid offendant) cautiores erunt/ & ampliore charitatis igne feruebunt/ huius dicti prophetæ memores/ multiplicata est super me iniquitas superborum: ego vero scrutabor mandata tua. sic natura boni ex suo contrario roborata/ solidata atq; fortificata. Hic est eni generosus naturæ conatus quem tu cunctis O optime rerum indidisti rebus. nonne calx frigido succẽditur: & contrariũ roboratur suo irritante contrario? & humilitas igitur/ superborum lacescẽte contumelia perficietur magis/ roborabitur atq; solidabitur.

t ¶ Coagulatum est sicut lac cor eorũ: ego vero legem tuã meditatus sum. Et lac et adeps 6
frigido densatur: & calido soluitur. Caliditas desursum est: nam & radius calet. frigiditas oritur deorsum: siquidem & terra quæ omnibus subsidet infima/ friget. caliditas luci ami-

Ogdoas.
9
Bonitatem

ea: frigiditas tenebris. nam quid igne calidius? totus tamen lucet. & cãdida dies/ calẽtior. nox opaca/ frigentior. natura calida/ leuia. frigida/ grauia. calida/ rara. frigida/ densa. etenim ignis calidissimus/ leuissimus pariter & rarissimus. & terra gelida/ grauissima/ dẽsissimaq; calor rursus: purgat/ probat/ examinat. frigus contra: cõmiscet/ improbũ facit/ confundit. calor/ omniartifex. frigus/ iners torpidaq; natura. calor dilatat. frigus constringit. ille lætitiam parit. hoc destruit/ mœstitiamq; generat. calor beneficus. noxium frigus. calor/ vitæ. frigus/ mortis initium. quis igitur hoc paradigmate non videt superbos/ quorum anima vt lac & adeps coagulata est: frigidę/ imę/ tenebricosę/ grauis/ densę/ ociosę/ permixtę/ improbę/ confusę/ dure/ rebellis/ astrictę/ tristis/ maleficę mortiferęq; esse naturæ. humiles vero cõtra: dilatatos corde/ charitate feruentes/ lucidę/ agilis/ subtilis/ spiritificęq; esse substãtię? Insuper & purgatos/ probatos/ examinatos/ efficaces/ & iugiter diuinã legẽ meditantes/ iussionibus diuinis amplũ patulũq; pectus expandentes/ hilares/ beneficos ac viuificatos? qui igitur vere seruus domini est/ cognoscens aduersantium superborum inuidia & odio charitatem extinctam: optimo iure dicet/ coagulatũ est sicut lac cor eorũ: ego vero legem tuam meditatus sum. coagulatum est cor superborum: ego vero dilatatus sũ. ego lege tua delectatus sum. ego legem tuam meditatus sum.

t ¶ Bonum michi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas. Siue equus ducitur ad alta/ siue reuocatur ad ima/ siue flectitur in dexterã/ siue retorquetur in leuam: eodem freno regitur/ ne vel in præceps dedatur/ vel vspiã exorbitet/ vsq; ue exspacietur. hunc in modum tu iustarum insessor animarum: humilitate seu freno eas dirigis/ seu contemplatione ad alta feruntur/ seu actione descendunt ad ima/ seu secunda assunt/ siue assunt aduersa. atq; cum id tibi expedire videtur qui solus sapientissimus es: veluti calcaris suffossione/ alit qua afflictiõe stimulas/ excitas/ torporem eximis diligentiamq; reparas. mira res: humilitas exaltatur/ & in summis detinet ne ruatur in præceps. immo in summis est humilitas: & in imis summitas. nam illa eleuat & superuehit ad summa. Et quemadmodũ grãde malum esset equo carere freno (nam continuo contumax factus excuteret vtile seruitij iugũ/ & quo ferret impetus/ nullam certam sequens viam/ inordinate ferretur/ vagaretur/ exspaciaretur/ neq; disceret vnq; aut sessori parere/ aut recta incedere) hoc pacto deme humilitatem: protinus contumax/ rebelliscq; efficere. suaue domini iugum excuties. recta non incedes. præcepta non disces. mandata non capesses. grauissima igitur pernicies esset humilitate carere. quod solers seruus tuus minime ignorans/ ingenue fatetur/ cum dicit. bonum michi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas. immo et si afflixisti: etiam bonũ. nam sine calcari nullus equus bene currere: neq; puer ferme nouit sine virga probos mores bonasq; litteras perdiscere. 7

t ¶ Bonũ michi lex oris tui: super milia auri & argenti. Si nichil nostro verbo proferim9/ nisi quod concipimus: certe lex verbo dei enunciata/ diuina est cõceptio. & si lex principis est mẽtis eius ratio/ ad recte conuenientibus medijs gubernandum/ & gubernata ad bonũ dirigẽdum/ premium parẽti/ pœnam transgredienti statuẽs: & lex quoq; diuina/ mẽtis diuinę ratio erit/ qua conuenientissimis medijs gubernat/ & gubernata ad optimum traducit/ statuẽs nichilominus parẽti p̃miũ & transgredienti pœnam. huius enim illa symbolũ est/ illa typus: hęc exẽplar & veritas. & hęc & illa/ rationalia respicit capaciaq; mẽtis. nã neq; inanimis neq; mutis lex proprie posita est/ sed sola prouidẽtia dispẽsat. ergo si pro humana lege (quæ tẽporanea est) aut obseruata aut spreta/ gratia aut pœna debetur tẽporalis: pro diuina quæ æterna est/ gratia (quę obedientiæ prẽmium est) aut supplicium pro contẽptu/ iure debebitur ęternum. non enim ijs qui benefactrici legi tanq; medico sananti debitores existunt: aliud esse premium q; gratia potest. scripturę igitur & prophetarum oracula/ lex ipsa non sunt/ sed quędam legis expressio/ multo magis a lege differẽs q; scriptura a voce/ q; vox a conceptione/ q; vmbra a luce/ q; vestigium a veritate. non enim tua conceptio/ tua ratio aliud est a te deus. quo modo igitur vnus es & simpliciss̃im9: sic tua lex vna ac simplicissima est. tu immẽsus: tua lex immẽsa. tu inęstimabilis: quo pacto igitur tua lex ęstimabitur milibus appreciabilis metalli? O q; ergo vere dicitur. Bonũ michi lex oris tui: super milia auri & argẽti. q; vere astruxit sãctorũ tuorum vnus. Rex vnus apibus/ et dux vnus in gregibus/ & in armẽtis rector vnus: multo magis mundi es rector vnus. qui vniuersa quæcũq; sunt: verbo iubes/ ratione dispẽsas/ virtute confirmas. qui videri non potes: quia visu clarior es. qui compræhẽdi non vales: quia tactu purior es. qui nõ vales ęstimari: quia precio maior es. & ideo sic te digne æstimamus: dum te inæstimabilem ducimus. vnum/ est inconnumerabile/ inæstimabile: omnis multitudo/ ęstimabilis. Sed forte 8

milia auri & argenti meliora sunt eloquijs/ oraculis prophetarũ/ expressioneq; legis. At quomodo: cum illa terræ/hæc diuinę mẽtis sit fœtura? cum illa ne mortalem quidẽ vitam prorogare possint: hæc autẽ ducant ad inęstimabile bonum? miseri igitur sunt & vita indigni/ qui diuitias/ qui milia auri & argenti præponunt eloquijs tuis.

ADVERTE. Tertio versu. priusq; humiliarer ego deliqui: Hieronymus ex hebręo/ ãteq; audirem ego ignoraui. antecedentia ponit Hieronymus/interpretes consequentia. siquidem diuinam legẽ diuinaq; mandata cognoscere humilitatis causa est: ignorare profecto est superbiæ & contemptus occasio. & reuera diuina lex & diuina volumina deberent esse nostra carmina/ nostrę meditationes & iuges laudes toto tẽpore nostrę fugientis & momentaneæ peregrinationis in hoc stadio probationis nostræ. carmina hæc q̃ dulcia erunt in altero sæculo: q̃ amara q̃ luctifica Tibulliana & Catulliana & quæ eiusmodi sunt. Prima illa/ vitæ lectio. at impurorum authorum qui venerem olent/ cinędos/ & impia dęmonum flagitia/ sine quorum nominibus nullum carmen pulchrum putant/ nullum concinnũ/ nullum belle sonans/ crassius ingenium Phrygio illo Mida habẽtes/ carmina sunt mortis/ sed mortis secundę/ & perpetuæ mortis lectio. Hanc confessionem meam suscipiat deus ad meam & multorum salutem. ¶ Quinto versu. multiplicata est super me iniquitas superborum: Hieronymus ex Hebręo/ applicabant michi mendacium superbi. quasi hęc sit intelligentia: impingebant michi mendacium/ in me commẽtabãtur falsum. ¶ Eodẽ quinto versu. ego autem in toto corde scrutabor mandata tua: ex hebręo ego autẽ in toto corde seruabam præcepta tua. quo fit vt potius nobis legendum: ego autem scrutabar. ¶ Sexto versu. coagulatum est sicut lac cor eorum: Hieronymus ex hebręo/ incrassatum est velut adeps cor eorum. quod & melius putant/ q̃uis parum euariet intelligentia. prętenditq; id/ anima eorum hebes facta est: & dẽsus/ crassus/ supinus ac pinguis eorum sensus. ¶ Secunda particula eiusdẽ sexti versus. ego vero legem tuam meditatus sum: Hieronymus ex hebręo/ & ego in lege tua delectabar. lege analogię rectius hic delectabar q̃ meditatus sum. nam coagulari aut incrassari & dilatari quod in se claudit delectari opposita sunt. siquidem qui delectatur/ dilatatur: & maxime qui delectatur in ijs quæ spiritus sunt. quare per id quod interpretes tradiderunt/ nobis intelligendum est perinde ac si diceremus/ ego vero in lege tua dilatatus sum. & hęc animæ dilatatio/ est ex meditatione legis diuinę ampla in deum charitatis effusio. ¶ Octauo versu. bonum michi lex oris tui. ex hebręo accõmodatior sermo: melior michi lex oris tui/ vt totus versus hoc pacto intelligatur/ melior michi lex oris tui q̃ milia auri & argenti.

i 1 Ioth.

MAnus tuę fecerũt me & plasmauerunt me: da michi intellectum & discam mãdata tua.

Principium.

MAnus tuę fecerũt me et plasmauerunt me: da michi intellectum vt discam mandata tua.

MAn⁹ tuæ fecerũt me & plasmauerunt me: doce me & discam mandata tua.

X

i 2 Ioth.

Qui timent te videbũt me & lętabuntur: quia in verba tua superspera ui.

Principiũ.

Qui timent te videbũt me & lętabuntur: quia in verbo tuo speraui.

Qui timent te videbũt me & lętabuntur: quia sermonem tuum expectaui.

i 3 Ioth.

Cognoui domine quia ęqtas iudicia tua: & veritate tua humiliasti me

Principium.

Cognoui domine quia æquitas iudicia tua: & ī veritate tua humiliasti me.

Scio domine quia iustum iudicium tuum: et vere afflixisti me.

i 4 Ioth.

Fiat misericordia tua vt consoletur me: secundum eloquiũ tuũ seruo tuo.

Principium.

Fiat nunc misericordia tua vt cõsoletur me: secundum eloquium tuũ seruo tuo.

Sit obsecro misericordia tua in consolatione mea: sicut locutus es seruo tuo.

i 5 Ioth.

Veniant michi misera-

Principium.

Veniant michi misera-

Veniant michi miseri-

Psal.	GALL.	ROM.	HEB.
118	tiones tuę & viuã:quia	tiones tuæ & viuã:quia	cordię tuæ & viuã:quia
Ogdoas.	lex tua meditatio mea	lex tua meditatio mea	lex tua delectatio mea.
10	est. Ioth.	est. Principium.	¶
Manus tuę			
16	C onfundantur ſuperbi quia iniuſte iniquitatem fecerunt in me:ego autem exercebor in mãdatis tuis. Ioth.	C onfundantur ſuperbi quia iniuſte iniquitatem fecerunt in me:ego autem exercebor in mãdatis tuis. Principium.	C onfundantur ſuperbi quoniam inique contriuerunt me: ego autẽ loquar in præceptis tuis. ¶
17	C ōuertantur michi timentes te: & qui nouerũt teſtimonia tua Ioth	C ōuertãtur ad me q̃ timẽt te:et q̃ nouerũt teſtimonia tua. Principiũ	R euertãtur ad me qui timent te: & qui ſciunt teſtimonium tuum. ¶
18	F iat cor meũ immaculatum in iuſtificatiõib9 tuis:vt non confundar.	F iat cor meũ immaculatũ in tuis iuſtificatiõibus: vt non confundar.	F iat cor meũ perfectũ in præceptis tuis:vt nõ confundar.

DECIMAE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

1 ¶M anus tuæ fecerunt me & plaſmauerunt me:da michi intellectum & diſcam mandata tua. Si picta imago viueret & tangeret ſuum pictorem/non tamen pulchritudinem agnoſceret/quia non haberet ſenſum lucis/ & precaretur artificem/tu vitam/tu tactum michi dediſti/da viſum quo te videam:nonne artifex ſi poſſet oculos illi elargiretur & indulgeret/quo a ſua imagine cognoſceretur? Tu conditor omnium rerum omnipotens es/ tu es ens entium/vita viuentium/ſenſus omnia permeans/ratio cuncta gubernans/& intelligẽtia omnia ſciens. tuæ manus hominem fecerunt: verbum tuum & ſpiritus tuus plaſmauerunt & ornauerunt. tu eſſe illi largitus es/& nobiliſſimũ quidẽ omnium eorum quę in viſibili mundo ſunt. tu vitã/ſenſum/rationem operi admolitus es: illi tamen deeſt ſenſus pulchritudinis tuæ agnoſcendæ. nam tametſi te O pulcherrime rerum/ ratio aliquo pacto attingat: cæca tamen palpat. quid igitur facies? imago tua/plaſmatura tua te precatur/ad te auide clamat. manus tuæ domine fecerunt me & plaſmauerunt me: da michi intellectũ/ vt diſcam mandata tua. da michi domine qui finxiſti me lucis tuæ viſum/ da pulchritudinis tuæ ſenſum/da michi intellectum/ non vt ſtatim ad tãtę maieſtatis admittar aſpectũ/ ſed vt primum diſcam tibi ſeruire/tibi in illa luce famulari/ vt diſcã volũtates & beneplacita tua. tu es omnipotens artifex/tuum velle eſt tuum poſſe/ tuum dicere eſt facere. quid facies? certe tu benefactor immenſe qui omnia gratis es largitus/ nunq̃ vt tua conſũmatior fiat imago tibiq; euadat ſimilior/illud denegabis rogatus. 2

1 ¶Q ui timent te videbunt me & lętabuntur: quia in verba tua ſuperſperaui. Cum ſeruus dominum quippiam precatur quod verbo pręſtare poteſt/ & agnoſcit ipſum benigniſſimum & ad elargiendum propenſum: magna ſpe verbi eius ducitur/& optat vt amici domini ſic eum ſperantem agnoſcant/& gaudeant q; tãta ſpe domini erigatur. Tu vero rerum ęterne conditor: dominus ille es qui verbo omnia potes. & te precata eſt imago tua/ factura tua/fidelis ſeruus tuus: vt intellectum quo mandata tua diſcat illi indulgeas. benigniſſimus es/liberaliſſimus es. rite igitur in verbo tuo non ſolum ſperare ſed ſuperſperare debet: vt ſpes eius ſit ſpe omni alia maior. vt & amor tui/& tui timor debẽt alium quẽcunq; longo interuallo exuperare timorẽ & amorẽ. Et quidni optet: vt alij ſerui tui/ ſui autem conſerui te timentes & amãtes/ illum videant ſuperſperantẽ & omni certitudine certius expectantẽ ſuperbonum verbum tuum. quod illi elargietur tuę lucis intellectũ et ſciẽtiam mandatorum tuorum. & idipſum videtes conſerui/conſolẽtur: ſpẽ ſuam ad te qui ſolus optimus es roborantes & etiam decetero valentius erigentes. 3

1 ¶C ognoui domine quia æquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliaſti me. Bonitas tua ſuperbone domine quæ deſyderium omne ad ſe mouet: non excluſit precantẽ/ non fefellit ſperantem/non fruſtrata eſt expectantẽ. quomodo enim excluderet: quæ omnia intra ſe continet. falleret: quæ eſt omne bonum. fruſtraretur: quæ omnia deducit ad effectũ. verbũ igitur tuum ſuperſperanti ſeruo tuo petitum indulſit intellectum: & repẽte factus eſt ſciẽs. non enim ad docendum tempore eget. nam ſi ſenſibilis lux momẽto res carneis obtutib9 manifeſtat: quanto magis tua lux ſpiritualibus mentium luminibus mandata tua ocyſſime

reuelat. quod illustrationis beneficium agnoscens seruus tuus: in hunc clamorem prorupit. cognoui domine quia æquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliasti me. quomodo enim cognouisset: nisi sensum cognoscendi tribuisses? Et mira domine tua doctrina: quæ protinus infusa/in veritate tua humiliat. sic enim humilitas & tua doctrina sunt nexa: vt ad nullum respicias nisi ad eum quem doces & humilias. ad quem (ais) respiciam: nisi ad humilem & trementem verba mea? nam cum tu sis summa lux: tuum respicere est illuminare/& in veritate humiliare.

i ¶ Fiat misericordia tua vt consoletur me: secundum eloquium tuum seruo tuo. Qui vere humilis est: vere cognoscit/& idem vere amat. verus autem amor vehementer perstrigit amantem. languet volens: & vult languens. & cum aqua extinguat ignem: lachrimæ tamen pascunt amorem. Hinc amatus absens desyderio sui flagellat amantem. & quanto magis flagellatur amans: vehementius amat. quid enim aliud amor (ipso superdiuino & solo amabili absente amato) nisi sanus languor/& sanitas languens/ nisi mors viuens & vita moriens? fortis est (inquit) vt mors/ dilectio tua. hac vero de causa si quis contemnit/si quis transgreditur/si quis offēdit quem diligit anima eius: nouus luctus/noua afflictio/mœror mœrori nouus/& dura vt infernus surgit æmulatio. quid igitur faciat in veritate humiliatus: nisi clamet/nisi totis viribus ad amatum suum misericordiæ fontem vociferetur? fiat misericordia tua vt consoletur me: secundum eloquium tuum seruo tuo. O superamabilis miserere nimis afflicti/miserere nimis impatiēter amantis/ tu verbo virtutis tuæ omnia fers/verbo me illuminasti/verbo me humiliasti/verbo me inflammasti: tu verbo tuo pariter meo medere languori. 4

i ¶ Veniant michi miserationes tuę & viuam: quia lex tua meditatio mea est. Oculus sanus non indiget collyrio/sanę tibię fomento/ sani humores cathartico: solus sanus amor indiget medico. sed quæ medicina leuet amantem/quē hinc amor/hinc æmulatio ad mortem vsq; torquent? Sola amati miseratio. Quapropter ad te clamat quem facis amore tui languere & zelo torqueri amatorum misericordissime: veniant michi miserationes tuę et viuam/quia lex tua meditatio mea est. quid est enim lex tua: nisi bonæ volūtatis tuę placita? illa amat/illa meditatur/illa cogitat. quę vis/illa sola vult. quomodo enī aliud vellet: qui volūtatē nō habet? dedit enī tibi velle suū. ergo velle nullū habet: nisi solū velle tuū. 5

i ¶ Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis. Ad te iterum clamat seruus tuus/qui es super omnia & solus ab omnibus amandus: præsente vita viuimus. ergo si veniant miserationes tuæ & viuam: tu præsens eris qui es amantium vita/& medicatū erit amori. nam quod torquet absentia: præsentia sanat. sed nondum medicatum erit æmulationi. nam superbi sunt: qui te contēnūt/ qui repellunt iustificationes tuas/ qui dicunt vias tuas nolumus. illi sunt qui iniusto mœrore me confecerunt/tristitia macerauerunt/retardarunt cursum meum ad te. ergo confūdantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autē exercebor in mandatis tuis. confundantur potius quia superbe egerunt in te: & ideo iniuste afflixerunt me. & hoc amoto ęmulationis pondere: expeditus exercebor in mandatis tuis. quomodo enim fieri potest vt onustus & grauissima quidem mole/nisi prius exoneratus/ocyus ad te properet? Hunc sola oneris absentia leuat: quē præsentia grauat. sic amor & æmulatio ex opposito lædunt amantem. 6

i ¶ Conuertantur michi timentes te: & qui nouerunt testimonia tua. Natura boni est/præsens iuuare: mali vero contra/præsens lędere. O q̄ graue igitur malum est superbia: q̄ præsens tam grauiter eum lędit quem nulla alia fere lædere possunt. siquidē diuinum amatorem pœnę non lędunt/sitis/fames/vigilię/nuditates/paupertates/ propriį cōtemptus/cō tumelię/irrisiones non offendunt: sola superbia/soli eum lędunt superbi. non quia in illū: sed quia in te qui es summus amor/ superbi sunt. iccirco tantum a se malum petit auferri. sed quomodo auferretur nisi ipsorum absentia/& dissimiliū p̄sentia? tenebræ enī si absint: succedit claritas. Et qui sunt illis dissimiles: nisi qui timent te & nouerunt testimonia tua? Quapropter seruus tuus vt eū oī ex parte a malo liberes/cōiungasq; bono te supplex hoc pacto precatur. Conuertantur michi timentes te: & qui nouerunt testimonia tua. veniant ad me & cum illis viuam & conuersor: qui norunt adimplere mandata tua. 7

i ¶ Fiat cor meū immaculatum in iustificationibus tuis: vt non confundar. Diuinꝰ amor puritate viuit & in amenitate deliciatur. hymnis/cantilenisq; amoris nulla harmonia maior. redolētia eius nullus odor flagrantior. aspectu eius nulla lux fulgidior. gustu eius nulla dulcedo dulcior. attactu eius nulla mūditia purior. Merito igit̄ si quis in cōspectu amo- 8

GALL. ROM. HEB.

ris apparet inquinatus: protinus repellitur/retruditur/cõfunditur. ſolicitus igitur eſſe debet qui amat: vt nitidus omni ex parte & mundus appareat/& cor gerat mũdiſſimum, nã illud offert amori,& dum illud offert: ſeipſum offert totum. quare fidus amans ſummũ pcatur amatum/qui ſolus nouit ex immũdis facere mundos/fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis/vt non confundar. nam ſi inquinatus apparuero: confundar. et nſi tu ipſe mundaueris: nichil tibi offerri poterit/quod non ſit immundum.

ADVERTE. Secundo verſu. qui timent te videbunt me & lætabuntur. videtur hic potiꝰ optandum q̃ aſſerendum vt ſic intelligatur/qui timent te videant me & lætentur. nã multi timent deum qui prophetam diuino igne calentem non viderunt. optabat tamẽ a timoratis videri/vt eius exemplo firmarentur & ſpirituali complerentur gaudio. quod & ſequẽtia verba fiat/veniant/confundantur/conuertantur & huiuſmodi reliqua inſinuant. Sed hebræorum mos eſt æque per futurum indicatiui modi optare vt aſſerere. verũ hęc latinorum conſuetudo non eſt: cum aſſerendi & optandi alium & alium modum habeant. hinc interpretes frequenter hæc confundunt: & optare videntur cum ſit aſſerendum/ & asſerere cum ſit optandum. nam quæ ad prophetiam pertinent/ſummopere aſſertionẽ: quæ ad orationem/ q̃plurimum optationẽ expetunt. ¶ Septimo verſu. conuertantur michi timentes te. rectius/conuertantur ad me. ex hebrẽo/reuertantur ad me qui timent te.

XI

Caph. Manus.

c1 DEfecit in ſalutare tuũ anima mea: in verbum tuum ſuperſperaui. Caph.

DEfecit in ſalutari tuo anima mea: et in verbo tuo ſperaui. Manus.

DEfecit in ſalutare tuũ anima mea: verbum tuum expectaui.

c2 Defecerũt oculi mei in eloquium tuum: dicentes quando conſolaberis me? Caph.

Defecerũt oculi mei in eloquium tuum: dicentes quando conſolaberis me? Manus.

Conſumpti ſunt oculi mei in verbum tuum: dicentes quando conſolaberis me?

c3 Quia factus ſum ſicut vter in pruina: iuſtificationes tuas non ſum oblitꝰ. Caph.

Quia factus ſum ſicut vterĩ pruina: iuſtificationes tuas nõ ſum oblitus. Manus.

Et cũ eſſem quaſi vter in pruina: pręcepta tua non ſum oblitus.

c4 Quot ſũt dies ſeruí tui: qñ facies de perſequẽtibus me iudiciũ? Caph.

Quot ſũt dies ſeruí tui: qñ facies de perſequentibꝰ me iudiciũ? Manꝰ.

Quot ſũt dies ſeruí tui: quãdo facies i perſequẽtibus me iudicium?

c5 Narrauerunt michi iniqui fabulationes: ſed nõ vt lex tua. Caph.

Narrauerũt michi iniq fabulationes: ſed nõ ita vt lex tua dñe. Manus.

Foderunt michi ſuperbi foueas: quę non erãt iuxta legem tuam.

c6 Omnia mandata tua veritas: iniqui pſecuti ſũt me/adiuua me. Caph.

Oĩa mandata tua veritas: iniqui perſecuti ſũt me/adiuua me. Manus

Oĩa mãdata tua vera: falſo perſecuti ſunt me/auxiliare michi.

c7 Paulominus conſummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mãdata tua. Caph.

Paulominus conſummarunt me in terra: ego vero non dereliqui mandata tua. Manus.

Paulominus conſumpſerunt me in terra: ego autem non dimiſi pręcepta tua.

c8 Secundũ miſericordiã tuã viuifica me: & cuſtodiã teſtimonia oris tui.

Secundũ miſericordiã tuã viuifica me: & cuſtodiã teſtimonia oris tui.

Secundũ miſericordiã tuã viuifica me: & cuſtodiã teſtimoniũ oris tui.

VNDECIMAE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

c ¶ Defecit in ſalutare tuum anima mea: & in verbum tuum ſuperſperaui. Mirabilis deus qui fingis laborem in præcepto, præcepiſti enim te amare, te autem in hoc mundo amare:

fieri nō poteſt ſine labore/& magno quidem labore. nam te decet omnis ſuperexcellentia amoris. talis autem amor qui omnem alium excedit amorē: præſente te amata fruitur. & ſecundū excellentiam amoris/is qui amat oppletur gaudio. quare ſi multū ſupra ſe fuerit amor/plenitudinē gaudij amans non ferens deficit/& labitur in extaſin. Et quēadmodū qui abſorbetur a luce/lucet luce quā non capit: ita qui abſorbetur a gaudio/quieſcit quic te quam exprimere non ſufficit. vbi autem ſenſim ſe ſubſtrahit qui amatur: relinquitur amans ſibiipſi/ex ineffabili quietudine ad inquietudinem relabens. Et vt ſatiatis cibo/abſentibus copijs ſenſui redit deſyderiū cibi: ita rurſum creſcit deſyderiū amoris/ & longa abſentia/ſemper inualeſcit. & qui amat torquetur & languet: & ſolū id habet q̄ in amato ſperat. neq; enim ab altero poteſt eſſe ſua ſalus. Q̄z ſi res nimis in longum protelatur: magnitudine deſyderij victa mens amantis cōcidit. & ex oppoſito: labitur in extaſin. ex qua veluti ex grauiſſimo mortis ſōno ad ſe rediens/ſpe tamen ſemper freta/queſtus ſuos promit ante amatum: quē certo ſcit ſe videre non videntem/& certo audire cui ſe fecit abſentem. & quid is facit qui ad te clamat/defecit in ſalutare tuum anima mea/ & in verbū tuū ſuperſperaui? certe queſtus ſuos & labores quos ex amore paſſus eſt O vnica amantium ſpes: ante te ponit & collocat. quē ſola ſpes tui: ne prorſus concidat/et fouet et ſuſtentat.

c ¶Defecerunt oculi mei in eloquium tuū: dicētes quādo conſolaberis me? Qui ſunt oculi 2
ſpiritualiter amantis: niſi memoria/intelligentia/ voluntas? memoria ad retinendum. intelligentia ad contemplandū. & voluntas ad amandū. memoria præſentiam/intelligētia illuminationem/& volūtas affectat fruitionem. ſolus qui eſt implet memoriā/ veritas intelligētiā/bonitas voluntatem. ſubſtrahe igitur qui eſt/veritatē/bonitatē: oculi illi inopes ſunt & vani. atqui vt corpus inedia conficitur & tabeſcit: hunc in modum & hæ vires/ſi diu deſeruntur inanes. ergo qui verbo omnia potes: refice hos oculos ad te ſuſpiciētes. ne cogas te afflictim depereuntem aſſidue dicere/defecerunt oculi mei in eloquiū tuum/ dicentes quando conſolaberis me?

c ¶Quia factus ſum ſicut vter in pruina: iuſtificationes tuas nō ſū oblitus. Vt vter in pru 3
na rugatur/ vt in fumo nigreſcit/contrahitur/ſiccatur: haud ſecus amantis cutis rugata/ ſquallida/contracta/ſiccata /ſpiritualē monſtrat amantem. hic enī color et hæc habitudo (tantiſper dum amatus abeſt) tales decet amantes. & q̄uis talis ſit: non tamen amati obliuiſcitur iuſtificationes. ſi enim mulier cuius abſentis viri caſto pectus ardet amore/dū lōge alicubi abeſt/domi ſquallida ſedet/ cultum negligit/contrahitur/areſcit/iugiter mādatorum mariti meminit: quid faciet diuinus amās/dū tādiu abſentis amati præſtolatur aduentum? ſi ſe comit/ornat/crinem pectit/cutem curat/delicijs fruitur: nonne abſentem negligit/aut alium amat? & amplius non verus: ſed fictus erit amator. & quomodo etiā dicere poterit: quia factus ſum ſicut vter in pruina/iuſtificationes tuas non ſum oblitus?

c ¶Quot ſunt dies ſerui tui: quando facies de perſequentibus me iudicium? O deus qui tē 4
pora in tua poteſtate ponis. cuius anima deficit/oculi conſumpti ſunt/cutis denigrata exaruit/qui ſpem ſuam in te ſolū retinuit/nullius vnq̄ mandatorum tuorū oblitus/ interim ab inimicis tuis grauiter laceſſitus/grauiora perpeſſus: dum petit quot ſunt dies ſerui tui/ quando facies de perſequentibus me iudicium? is duo a te petit. vnum/quot ſunt dies ſerui tui/quot adhuc ſuperſunt dies illi dum eum viſitabis/dum conſolaberis. alterum quādo facies de perſequentibus eum/iudicium? quando aduerſarios eius immo tuos iudicabis? ſi vel illi tātulū cognoſcere p̄ſtabis: q̄plurimū dū cōſolationē tuā differs/ipſū leuabis?

c ¶Narrauerūt michi iniqui fabulationes: ſed nō vt lex tua. Quid placet amāti niſi audire 5
de amato? qui ſi ſolus placet: de cæteris audire diſplicet. & ſi aliorū ſermo de eo gratus eſt: q̄gratus eſſe debet qui ex ore ei⁹ de eo eſt? Is autē de eo ex ore ei⁹ ſermo: lex eius eſt. ergo nichil audire amanti lege eius gratius eſſe poteſt. Sed ſuperbi & iniqui de quibus loquūtur? hi de cumulādis nūmis/illi de fluxis honoribus/alij de opiparis dapib⁹/alij de fœdis voluptatibus. nullus ſermo de eo ſolo qui vere eſt amandus: adeo vt horum faſtidio & præ indignatione/ſpiritualis amans exclamare cogatur. narrauerunt michi iniqui fabulationes: ſed non vt lex tua. nam cætera præter eius legem/ aut illi adminiculantia: futilia ſunt & vana. et tanto magis ſi legi tuæ aduerſantia: vt prauæ hæreſeos dogmata.

c ¶Omnia mandata tua veritas: iniqui perſecuti ſunt me/adiuua me. 6

c ¶Paulominus conſūmauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua. Deus 7
qui omne altum īclinas/& humile exaltas: parum eſſet ſuperbos de alijs loqui ac alia ꝓbare/niſi etiam conarentur tua improbare/tuos perſequi & affligere. tua autem improbare nō poſſunt: quia ōnia mandata tua veritas. & vt lux tenebras: ita ilico extrudit & effu-

118 gat omne falsū tua veritas. fortis igitur est & insuperabilis tua veritas. sed seruus tuus te
Ogdoas. absente/vel potius absentante(quomodo enim abesses qui vbiq; es & oībus ades?)tādiu
11 langues/tantum ab hostibus lacessitus/impetitus/afflictus: debilis est. quapropter cogitur
Defecit in. ad opem tuam confugere/suppetias implorare/& sic ad te vociferari. Oia mādata tua ve-
12 ritas: iniqui persecuti sunt me/adiuua me. Paulominus consūmauerunt me in terra: ego
autē nō dereliqui mandata tua. Certe dñe tu hęc sinens/dissimulans/differens: seruos tu-
os nō reprobas/sed probas. & similis es regi(si quis vnq̄ talis fuerit)gēmulā gestanti/quā
cū manu claudit/nulli suorū est visibilis/oīm tamē factorū spectator/probator proborū/et
improborū reprobator. cui oēs sunt prędentes: ipse vero oībus absens vel potius se absen
tans. haud modo dissimili dñator æterne cū vis te absentas/oīm spectator/,pbator/repro
bator: & oēs sēper tibi præsentes. verū tu tūc etiā omnibus prędens: sed occulte prędens.
quid enim absentare aliud significet: q̄ te prędentem esse/sed occulte prędentem qui nulli
potes abesse?

c ¶Secundū misericordiā tuā viuifica me: & custodiā testimonia oris tui. Tu domine im- §
mensus es & infinitus. & a quonā infinitū moueri potest? proculdubio a solo infinito. er-
go cum tu succurris & adiuuas: lachrimę/suspiria/languores/extases/perpetes vigiliæ/
squallores/contabescentiæ/zeli/hostium persecutiones/afflictiones/afflictorū ad te eiula-
tiones & id genus permulta/iure non te mouent. sed cum hæc assint: te mouet tua miseri-
cordia quæ est infinita. Et contra/cū quos punis & iudicas: non te mouent contēptus/in-
iurię/transgressiones & horrēda flagitia: sed cum hæc assint/te mouet tua infinita iustitia.
Quod cognoscens seruus tuus/non illa quæ affectus mouerent humanos/vt te moueant
āte te repræsentauit: sed vt cū illa assint/te moueat misericordia tua/te precatur. secūdū
misericordiā tuā viuifica me(inquit)& custodiā testimonia oris tui. custodiuit in absentia
vt in morte: custodiet in præsentia vt in vita. tu es illi vita. tu enim es certe(vt quidam et
recte & vere ait)qui amas vt charitas/qui viuificas vt vita/incōprahēsibilis vt infinitas/
regnans vt maiestas/iudicans vt æquitas/qui operaris vt virtus/qui vt lux reuelas/qui
vt misericordia subuenis/succurris vt pietas/assistis vt salus/cōsummas vt fœlicitas.
ADVERTE. Primo versu. defecit in salutare tuū anima mea. verbū CALETAH hic po-
sitū in principio siue CALAH/apud Hebręos latā habet significationem: deficere/quie-
scere/consumi/finire/cōpleri/perfici/deleri significans. iuniores addunt insuper cōplace-
re & delectari. quapropter & intelligi posset consummata est & perfecta anima mea in sa-
lutari tuo. nam ipse salutaris/oīm finis & consūmatio est/& illius consūmationis & perfe-
ctionis/spes causa subiungitur. Hieronymus & interpretes prima vsi sunt significatione.
quem sensum quartus versus/defecerūt oculi mei in eloquium tuum efflagitare videtur.
Sed forte dicet quispiā quo pacto spes causa defectionis subnectitur: cū spes potius videa
tur nos alere & sustinere ne deficiamus? Verū hæc argumentatio in Hieronymū nō pro-
cedit: qui particulam causę nullā subiunxit. at pro interpretibus id forte ex prouerbijs Sa
lomonis afferre quis posset: spes quæ differtur affligit animam. & quid afflictio si vrgens/
si vehemens sit/efficit: nisi defectionē? & de longa spe & expectatione salutaris affligente
animam zelantis hic esse sermonem. alij intelligunt/delectata est in salutari tuo aīa mea.
neq; spes male subnecteretur causa. nam bonū quod speramus: quanto maius & diuinio/
tanto nos magis delectat. ¶Tertio versu. quia factus sum sicut vter in pruina: Hierony-
mus ex hebręo/& cum essem quasi vter in pruina. & cū/rectius dici videtur q̄ quia: ne pri-
ma particula subsequentis particulę causa assignari videatur. & sunt qui censent nō i pru
ina sed in fumo potius dicēdum(tametsi interpretes dixerint in pruina/quos videtur Hie
ronymus secutus)id existimantes vtrem in fumo contrahi/corrugari & deficere potius q̄
in pruina. ex pellibus enim animalium vtres(vt adhuc hircorū & caprarū in plerisq; locis
fit)confici solebant. Adde q; in canticis cāticorum quod hic ponitur vocabulū/fumus in-
terpretatur: vbi dicitur/sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ. ¶Quinto versu. narra-
uerunt michi iniqui fabulationes/sed non vt lex tua. paulo aliter ex Hieronymo/fode-
runt michi superbi foueas: quę non erant iuxta legē tuā. intellige omnē hæresin & sermo-
nē a deo & diuina lege exorbitantē aut alienantē/foueā esse: quam superbi/et suo sensui
innitentes foderunt ad precipitia plorū. & hoc ipsū intellexerūt interpretes cum dixerūt/
narrauerunt michi iniqui fabulationes. quæ si lex diuina saluat(cum illę non sint vt lex di
uina: sed potius aduersę & contrarię)proculdubio perdunt & interimūt. quanto igitur ani
mo/quanta diligentia huiusmodi foueę a nobis vitandæ sunt & fugiendę?

GALL.	ROM.	HEB.
11 IN ęternum domine: verbū tuū permanet in cœlo. Lamed.	IN ęternum domine: ꝑmanet verbū tuū in cœlo. Disciplinę.	IN ęternum domine verbum tuum perstat in cœlo.
12 In generatione & generatione veritas tua: fundasti terram & permanet. Lamed.	Et in sæculū sæculi: veritas tua. Disciplinæ.	In generatione & generatione fides tua: fūdasti terram & stat.
13 Ordinatiōe tua perseuerat dies: quoniā omnia seruiūt tibi. Lamed.	Fūdasti terram & permanet/ordinatione tua perseuerant dies: quoniam omnia seruiunt tibi. Disciplinæ.	Iudicio tuo stant vsq; hodie: quia omnia seruiunt tibi.
14 Nisi q̄ lex tua meditatio mea est: tūc forte perijssē in humilitate mea Lamed.	Nisi q̄ lex tua meditatio mea est: tūc forsitan perijssem in humilitate mea. Disciplinę.	Nisi q̄ lex tua delectatio mea: forte perijssem in pressura mea.
15 In ęternum non obliuiscar iustificatiōes tuas: quia in ipsis viuificasti me. Lamed.	In ęternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me. Disciplinæ	In sempiternū non obliuiscar p̄ceptorū tuorū: quia per ipsa viuificasti me.
16 Tuus sum ego / saluū me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui Lamed.	Tuus sum ego/saluum me fac: quia iustificationes tuas exquisiui. Disciplinę.	Tuus ego sū/ salua me: quoniam prę̄cepta tua quęsiui.
17 Me expectauerunt peccatores vt perderēt me: testimonia tua itellexi. Lamed.	Me expectauerūt peccatores vt perderēt me: testimonia tua intellexi. Disciplinę.	Me expectauerunt impij vt perderent me: testimonium tuum consyderabo.
18 Omnis consummationis vidi finem: latū mā datum tuum nimis.	Omni consummationi vidi finem: latum mandatum tuum nimis.	Omnis consūmatiōis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

DVODECIMAE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

1 ¶ In ęternum domine: verbū tuū permanet in cœlo. Rex cœli & terræ: ibi permanet verbū tuū/ vbi semper impletur præceptū tuū. sed vbi semper impletur: nisi in cœlo? vt enim semper lucidū est/ nichil in suo motu sustinens aduersum/ vices suas incessanter similiq; modo perageńs/ lucem caloręq; propagans/ in hoc præceptū tuū iugiter implens: nō aliter cœli habitatores tua luce semper radiati/ nichil quo minus tuū verbū impleant/ sentiunt aduersi/ nichil reluctaminis/ nō affectus disturbant/ nō diuellunt/ nō distrahunt/ nō afflatus spirituū noxij alio quopiā propellunt/ nō aliud placet spectaculū. te solū suspiciunt & admirantur. functiones suas iugiter irrequieteq; & diuiniformiter peragunt: & inferioribus imparticipatæ tuę lucis cognitionē amorēq; transfundunt. illic amor viuit voluptate: nam amato fruūtur. quid est enim fruitio: nisi amoris in amato voluptate nutritio? hic autem viuit dolore: vbi non permanet verbum tuum. illic amor est in regno suo: hic autem in exilio. Quantum ergo precari deberent amatores tui adhuc exilio detenti/ nobis adueniat regnum tuū/ vt tu qui per te bonus es docuisti esse orandum. q̄frequenter sacratissimę instructionis diuinissimi oris tui particula/ eisdem repetenda: fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra/ vere id confitentibus/ in æternum domine verbū tuū permanet in cœlo. & cognoscentibus hic incoari: illic autem consummari amorem tuum. 1

1 ¶ In generatione & generatione veritas tua: fundasti terram & permanet. Sed quo modo se excusabunt qui sunt in terra: q̄ nō iugiter custodiant verbum tuum? quia vt omniū oculis facis illucere solem tuū: eque lex tua/ fides tua/ veritas tua/ omni nationi aperta est/ 2

quę vere est illuminatrix mentium. Et qui se soli committit/illuminatur & incalescit: sic & qui se veritati tuę committunt/illuminantur & incalescunt.illuminantur:ad cognoscendũ & custodiendũ verbũ tuum.incalescunt:ad te qui solus es semper superamandus/diligendũ.Q̃z si qui orto & alto iã sole in obscuro loco rigent: nõ iniuria solis/sed eorũ ignauia qui ad lucem nolunt respirare.haud aliter si qui in vniuersa terra transgrediuntur preceptũ tuũ:non tua culpa/sed illorũ est ignauia/qui nolũt ad tuam veritatẽ vbi ipsa lucet/calefacit & viuificat oculos mentis admouere. nam in generatione & generatione veritas tua:fundasti terram & permanet.ad hoc profecto fũdasti terrã & permanet: vt in ea/quemadmodũ in cœlo/verbũ tuum semper permaneret.sed illic in veritate: hic in vestigio & ænigmate.illic in aperta luce:hic in fidei subrutilatione.illic in fruitione:hic in spe/& certa fruitionis expectatione.illic vt in summo montis vertice:hic vt in ima mõtis valle.illic vt in regno:hic vt in regni suburbio.hic vt in atrio: illic vt in templo sancto tuo.

1 ¶Ordinatione tua pseuerat dies:quoniã oia seruiũt tibi. Q̃z̃ęci hoies & q̃lucida veritas 3
tua dñe virtutũ/q̃sectanda/q̃amplectanda?Nõ solũ terra stat & permanet: sed & ordinatiõe sua perseuerat dies/quoniã oia seruiunt tibi.& mũdus perdurat: vt impleatur verbũ tuũ.ad hoc enĩ ipsum oia seruiunt & famulantur tibi.si enĩ terreni principis præceptũ tãtũ potest vt terrena saluet loca:& oia ĩ illis ad præceptũ eius habeãtur accõmoda/alioqui præcepto cessante abeunt neglecta: quomodo mundi opificiũ (in quo tu sapientissime & maxime regũ tot collocasti cultores)quomodo inquã nõ perseuerat/nõ saluaꝫ ad tua iussa capescẽda?quomodo nõ oia ad idipsũ famulantur?at quia corporalia/instrumenta sũt ad seruiendũ tibi in peregrinatione: quãdo nõ amplius requires obsequia peregrinorũ/sed oẽs ciues erunt(ijs exclusis qui perpetuo exulabũt) corporalia transibũt:aut mutabũtur ĩ spiritualia.vt(si magnis licet cõparare parua)eruca in necydalũ:aut cinis teter/in translucidũ vitrũ.quatenus cultoribus/-oibus quidẽ spiritualibus:spiritualia sint & instrumenta.

1 ¶Nisi q̃ lex tua meditatio mea est: tunc forte perijssẽ in humilitate mea. Verbũ tuũ/lex 4
tua/pręceptũ tuũ dñe/qui verbo tuo cõdidisti vniuersa & cõdita seruas:vnũ sunt. quare si verbi/si pręcepti tui obseruãtia terrã saluat & mundũ:quid mirũ / si quis cũ humiliatur/cũ premitur/refugit ad legis tuæ & p̃cepti tui quo saluetur medicamẽtũ?& quid nã illud? certe legis tuę meditatio & exercitatio.quod enĩ potest saluare totũ:quomodo nõ valebit saluare & mẽbrũ?quã si nõ meditaretur/si hoc ipso exercitio nõ cõsolaretur/roboraretur/firmaretur:aduersus insultus & pressuras nõ sufficeret/sed tandẽ cederet/deficeret/ac succũberet.& quomodo etiã si legẽ tuã negligeret aut omitteret/nõ periret?cũ a lege tua deficere:sit a via/veritate & vita deficere.enĩuero q ab his deficit:a te q vita æterna es deficit/& p falsitatis tenebras ruit ĩ mortẽ/ĩ ęternũq; perit.quapropter non ab re ꝓpheta seruus tuus de se nimirum astruxit: nisi q̃ lex tua meditatio mea est: tunc forte perijssem in humilitate mea.

1 ¶In æternũ nõ obliuiscar iustificatiões tuas:quia in ipsis viuificasti me. Si quispiã medi 5
cus medicamen nosset/quo quis se vendicare posset a morte temporali: vbi quis illud didicisset/nunq̃ vellet mãdare obliuioni.tanto magis si quis scit quo pacto a sẽpiterna morte possit defẽdi & vita semper viuere:nunq̃ debebit illius obliuiscĩ.et quid nã est quod semper viuere facit?certe obediẽtia & mãdatorũ tuorũ obseruantia.quid mori?eorundẽ transgressio.didicerat primus parens vnde sẽper viuere potuit(pietas enĩ diuina/vt pijssimus medicus eũ prædocuerat)& in præcepto seruando iustificationẽ implebat/& dei viuificabaꝫ obedientia.O si mãdata tua fixisset cordi/& firma animi dixisset sentẽtia:in æternũ nõ obliuiscar iustificatiões tuas/quia in ipsis viuificasti me/nũq̃ in miserã ruisset mortẽ et ĩnumeris malis infœlicẽ prolẽ/vniuersã posteritatẽ suã reliquisset obnoxiã. infœlicẽ inquã:nisi quã terrenus pater perdidit/ resumat obediẽtiã & cordi figat nõ obliuiscĩ iustificatiões tuas/ in quibus solis obseruandis vitam elargiris & præstas/ quam nulla mors vnquam intercipit.

1 ¶Tuus sum ego/saluum me fac:quoniam iustificationes tuas exquisiui. Seruus nõ est suꝰ 6
sed domini:& est domini in exequendis eius mandatis.& quia cuiusq; est rẽ suã curare et saluare:si seruus aliqua aduersitate prematur/si obruatur/iuste potest immo & debet a domino petere salutis opem.nõ tam vt dominus eum saluet:q̃ vt rem suam dominus saluet/remq; suam curet.Ita spiritualis seruus non est suus:sed domini.& mandata eiusce domini facit:cuius prouidentia sustinet vniuersa.quo fit O vniuersorũ domine vt cum in necessitate constituitur/& vires suas nequaq̃ sufficere sentit: iure ad te vociferari possit. Tuus sum ego/saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui. si enim non exquisisset/

si non seruasset/si in nullo seruiuisset: qua fiducia diceret/ tuus sum ego? & si transgredien
tem/perdite/ iniuste/ flagitiose viuentem calamitas obruisset: quomodo dicere auderet/
saluum me fac/ quoniam iustificati ões tuas exquisiui? vt enim lux tenebras non admittit/
vt nõ admittit vox silentium: neq; proculdubio veritas exaudit mẽdacium.

1 ℂ Me expectauerũt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi. Cũ auceps insi 7
diatur auibus: ea quæ patenter & aperte vias diffugij nouit/ cuitat interitũ. quæ autẽ nõ
nouit: frequẽtius irretitur/ detinetur & perit. hũc in modũ benignissime deus/ cũ malignt
spiritus qui impij sunt/ & qui a principio peccãt/ aduersus pios moliũtur insidias: expectãt
vt perdant. seruus aũt tuus opẽ tuã implorat. tu vero (vt bonus es) illũ illuminas/ & ilico
intelligit veras vias (quæ sunt testimonia tua) quibus tuto diffugiat interitũq; vitet. qui
vbi se liberũ & absolutũ sẽtit/ tibi gratias agens/ & beneficiũ illuminatiõis tuæ agnoscẽs/
cõfitetur ac dicit: me expectauerunt peccatores vt perderent me/ testimonia tua intellexi.
qui autẽ testimonia tua non intelligit: veras diffugij vias nõ agnoscens occupatur/ irreti
tur/ cõpræhenditur. depræhensus autẽ malignorũ insidijs: frequentius perit.

1 ℂ Oĩs cõsũmationis vidi finẽ: latũ mãdatũ tuũ nimis. Oĩs bonorũ oĩm: qui es infinitus 8
finis & trãscẽdẽs oẽm finẽ. tu cœlos cõdidisti/ terrã fundasti/ ãgelos/ hoies/ visibiles/ inuisi
bilesq; naturas creasti: & mũdũ pseuerare facis ob mãdatũ tuũ obseruãdũ. & i hoc te oĩm
dñm & trãscendentẽ dñm ostẽdis: q̃ oĩs cõsũmationis & oĩs creaturæ mãdatũ tuũ est fi
nis. latũ igitur admodũ & excellẽter est mãdatũ tuũ: quãdoquidẽ per oĩa expassũ. oĩa enĩ
seruiũt tibi. Sed O dñator immense cuius æternitate nichil est lõgius/ amore latius/ mae
state sublimius/ & abysso sapientiæ profundius: ideo latũ mandatũ tuũ nimis/ quia totũ in
amore tuo est fũdatũ. sed & idem strictũ: quia est via quæ ducit ad te. latũ spiritu: carne an
gustum. & cõtra quod carne est latũ: excludit angustatq; spiritũ. quid enĩ caro: nisi quę spi
ritui aduersatur? cuius duratio pũctũ/ amor insania/ altitudo superbia/ & sapiẽtia stultitia.
cuius viæ latæ ducunt ad interitum. bene ergo in spiritu spiritualis seruus tuus vidit la
tum esse mandatum tuum (caro enim cæca est: nec illud videre potest) idq; operum tuorũ
finẽ esse/ cum in spiritu clamat. omnis consũmationis vidi finem: latũ mãdatũ tuũ nimis.
ADVERTE. Tertio versu. ordinatione tua. dici poterat iudicio tuo/ & nõ fuisset vocabuli
innouatio. imo dici debebat ex hebræo. nã & ita vertit Hieronymus & sic erat vertendũ.
quãdoquidẽ in hebræo hic habet vocabulũ MISEPHAT: quod in hoc psalmo ferme vi
gies interpretes verterũt iudiciũ. vt ogdoade Aleph/ versu septimo/ Beth quinto/ Daleth
sexto/ He septimo/ Vau tertio/ Zai quarto/ Heth sexto/ Ioth tertio/ Caph quarto/ Nun se
cũdo & quarto/ Samech octauo/ Ain primo/ Sade primo/ Coph quito/ Res quarto et octa
uo/ Sin quarto/ Thau septimo. nõne igitur par & cõsequẽs fuerat vt hic quoq; vertisset idẽ
vocabulũ iudiciũ? Verũ vt quibus duodecĩ vocabulis vtatur propheta quorũ null9 nõ ver
sus ogdoadũ vnũ/ duo aut plura habet: et quomodo ea facer in õni ogdoade interpretet
Hieronym9 agnosci possit/ pro ijs qui paulo curiosiores erũt/ breui formula subiũgim9.

XII nomina prophetæ & vt ea interpretatur Hieronymus.

	XII hebraica nomina.	Eadem literis latinis repræsentata.	Eorundem interpretationes ex Hieronymo.
I	דֶּרֶךְ	DARECH	Via
II	תּוֹרָה	THORAD	Lex
III	פְּקוּדוֹת	PHICVTH	Præceptum. mandatum
IIII	חֻקּוֹת	HVCOTH	Mandatum. præceptum.
V	מִצְוֹת	MIZOTH	Pręceptũ. mandatũ. iudicium.
VI	מִשְׁפָּט	MISEPHAT	Iudicium. iustitia
VII	צֶדֶק	ZEDEC	Iustitia.
VIII	אִמְרַת	IMERATH	Eloquium. sermo
VIIII	עֵדוֹת	EDOTH	Testimoniũ. mandatum
X	דְּבָר	DEBAR	Verbũ. iudiciũ. sermo. eloquiũ.
XI	אֱמֶת	EMETH	Veritas.
XII	טוֹב	TOB	Bonum.

XII Vulgatę tralatiõis.	XII Hieronymi	XII Hebraica	XII Greca	Significatio 12 Grecorum
1 Via	Via	Darech	ὁδός	Via
2 Lex	Lex	Thorad	νόμος	Lex
3 Teſtimoniũ	Teſtimonium	Phicuth	μαρτύριον	Teſtimonium
4 Mandatum	Mandatum	Hucoth	ἐντολή	Pręceptũ/mãdatũ
5 Iuſtificatio	Præceptum	Mizoth.	κρίσις	Iudicium
6 Iudicium	Iudicium	Miſephat	κρίμα	Iudicium
7 Iuſtitia	Iuſtitia	Zedec	δικαίωμα	Iuſtificatio
8 Sermo	Sermo	Imerath	δικαιοσύνη	Iuſtitia
9 Eloquium	Eloquium	Edoth	λόγος	Sermo/verbum
10 Verbum	Verbum	Debar	λόγιον	Eloquium
11 Veritas	Veritas	Emeth	ἀλήθεια	Veritas
12 Bonum	Bonum	Tob	ἀγαθὸν	Bonum

¶Quoto in verſu cuiuſq; 22 ogdoadum & quotum 12 vocabulorum hebraicorum vſurpet propheta/&qualiter ſacer Hieronymus exponat: hac ſubiecta formula deprehenditur facile. hoc primum notato/ q̃ numeri primo ordine poſiti ad octo vſq; procedentes: octonarios verſuum oſtendunt. Quorum vnũquẽq; continuo vnũ aut plura e duodecim ſequũtur vocabula: a beato Hieronymo interpretata. Alij numeri oſtẽdunt quotũ ex duodecim hebraicis vocabulum/ vnũ aut plura cõtineat verſus. Numeri maiuſculi ſuperne locati: oſtendũt numerum ogdoadum. Sub quibus numeris ogdoadis cuiuſq; nomen ab aliquo elemento hebraico nominatę inſpicitur. Ex qua quidem formula: magis adhuc dilucet vocabulorũ coincidentia. ¶Sequitur formula hoc pacto.

O G D O A D E S.

I ALEPH.			II BETH			III GIMEL	
1 Via. lex	1	2	Verbum	10		Verbum	10
2 Teſtimonium		9	Mandatum	5		Lex	2
3 Via		1	Eloquium	8		Mandatum	5
4 Præceptum		3	Præceptum	5		Iudicium	6
5 Via.præceptum	1	4	Iuſtitia	6		Mandatum	5
6 Mandatum		5	Teſtimonium	9		Teſtimonium	9
7 Iudicium.iuſtitia	6	7	Præceptum	5		Præceptum	4
8 Præceptum		5	Iuſtitia.verbum	6	10	Teſtimonium	9

IIII DALETH			V HE			VI VAV	
1 Verbum		10	Via.præceptum	4		Eloquium	8
2 Via.iuſtitia	1	6	Lex	2		Sermo	10
3 Via.præceptum	1	5	Mandatum	5		Verbũ.iudiciũ	10 6
4 Eloquium		10	Teſtimonium	9		Lex	2
5 Via.lex	1	2	Via	1		Pręceptum	5
6 Via.iudicium	1	6	Eloquium	8		Teſtimonium	9
7 Teſtimonium		9	Iudicium	6		Mandatum	5
8 Via.mandatũ	1	5	Pręceptũ.iuſtitia	5	7	Præceptum	5

VII ZAI			VIII HETH			VIIII TETH	
1 Sermo	10		Verbum	10		Verbum	10
2 Eloquium	10		Eloquium	8		Sermo.mandatũ	10 5
3 Lex	2		Via.teſtimoniũ	1	9	Eloquium	8
4 Iudicium	6		Mandatum	5		Bonũ.præceptum	12 4
5 Lex	2		Lex	2		Præceptum	3
6 Præceptum	4		Iudiciũ.iuſtitia	6	9	Lex	2
7 Lex	2		Præceptum	5		Bonũ.præceptum	12 4
8 Præceptum	4		Pręceptum	5		Lex	2

X
IOTH

1	Mandatum	4			
2	Sermo	10			
3	Iudicium	6			
4	Eloquium.	10			
5	Lex.	2			
6	Præceptum	4			
7	Teſtimoniu m.	9			
8	Præceptum.	4			

XI
CAPH

1	Verbum	10			
2	Verbum	10			
3	Præceptum	5			
4	Iudicium.	6			
5	Lex.	2			
6	Mandatum.	5			
7	Præceptum.	4			
8	Teſtimonium.	9			

XII
LAMED

1	Verbum	10			
2	Veritas	11			
3	Iudicium.	6			
4	Lex.	2			
5	Præceptum.	10			
6	Præceptum.	5			
7	Teſtimonium.	9			
8	Mandatum.	5			

XIII
MEM

1	Lex	2			
2	Mandatum	9			
3	Teſtimonium	9			
4	Præceptum	4			
5	Verbum	10			
6	Iudicium	6			
7	Eloquium	8			
8	Præceptum	5			

XIIII
NVN

1	Verbum	10			
2	Iudicium. iuſtitia	6	7		
3	Verbum		10		
4	Iudicium.		6		
5	Lex		2		
6	Pręceptum		5		
7	Teſtimonium		9		
8	Iuſtitia		7		

XV
SAMECH

1	Lex	2			
2	Verbum	10			
3	Mandatum	5			
4	Verbum	10			
5	Præceptum	4			
6	Præceptum	4			
7	Teſtimonium	9			
8	Iudicium	6			

XVI
AIN

1	Iudiciũ. iuſtitia	6	7		
2	Bonum		12		
3	Eloqũ/iuſtitia	8	7		
4	Præceptum		5		
5	Teſtimonium		9		
6	Lex		2		
7	Mandatum		9		
8	Præceptum		4		

XVII
PHE

1	Teſtimoniũ	9			
2	Sermo	10			
3	Mandatum	5			
4	Iudicium	10			
5	Sermo	8			
6	Pręceptum	4			
7	Præceptum	4			
8	Lex	2			

XVIII
SADE

1	Iudicium				6
2	Iuſtitia/teſtimoniũ/veritas	7	9		11
3	Verbum				10
4	Sermo				8
5	Præceptum				5
6	Iuſtitia/lex/veritas	7	2		11
7	Mandatum				4
8	Teſtimonium				9

XIX
COPH

1	Præceptum		4		
2	Teſtimonium		9		
3	Verbum		10		
4	Sermo		8		
5	Iudicium		6		
6	Lex		2		
7	Mandatum/veritas	5	11		
8	Teſtimonium		9		

XX
RES

1	Lex				2
2	Sermo				10
3	Pręceptum				4
4	Iudicium				6
5	Teſtimonium				9
6	Verbum				10
7	Præceptum				4
8	Veritas/iudiciũ/iuſtitia	11	6	7	

XXI
SIN

1	Verbum		10		
2	Eloquium		8		
3	Lex		2		
4	Iudicium/iuſtitia	6	7		
5	Lex		2		
6	Mandatum		5		
7	Teſtimonium		9		
8	Præceptum. teſtimonium	4	9		

XXII
THAV

1	Verbum				10
2	Eloquium				8
3	Præceptum				4
4	Sermo/ mandatum	4			5
5	Præceptum				5
6	Lex				2
7	Iudicium				6
8	Mandatum				5

Psal. 118 Ogdoas. 12 In æternũ. 13

GALL. ROM. HEB.

Quarto versu. tunc forte. ex græco τότε ἄρ. qđ quidẽ tote an satis esse videtur si tunc duntaxat aut tũc vtiq; quippiãue simile interpretetur, & particula illa forte superflua itelligatur. & in plerisq; locis dubitationis particula ponitur vbi potius est asserendi q̃ dubitãdi loc9. qđ & hic intellexit sacer Ambrosi9 qui hũc locũ hoc pacto itellexit: nisi q̃ lex tua meditatio mea est/alioqui periisse ĩ hũilitate mea. neq; desũt qui arbitrẽt nõnullis ĩ locis vbi Hieronymus habet/forte aut forsitan dicẽdũ poti9 vtiq;/sane aut quippiã taliũ. & qđ hic vocabulũ Azai interpretat tũc forte/maluisset interpretari tũc vtiq;. quis enĩ dubitare debeat si ĩ afflictione positus legis diuinę obliuiscatur/quin pereat/sed de vocabulo disceptent alij.

XIII

m 1 Mem. Quomodo dilexi legem tuam domine: tota die meditatio mea est. Mem.

Ex ipsis. Quomodo dilexi legem tuam domine: tota die meditatio mea est.

ב Quam dilexi legẽ tuã: tota die hæc meditatio mea.

m 2 Super inimicos meos prudentẽ me fecisti mãdato tuo: quia in æternum michi est. Mem.

Ex ipsis. Super inimicos meos prudentẽ me fecisti mãdato tuo: quia in æternum michi est. Ex ipsis.

ב Super inimicos meos instruxisti me mãdato tuo: quia in sempiternũ hoc est michi.

m 3 Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est. Mem.

Super omnes docẽtes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est. Ex ipsis.

ב Super omnes qui docebant me eruditus sum: qa testimonia tua meditatio mea.

m 4 Super senes intellexi: quia mandata tua quęsiui. Mem.

Super seniores intellexi: qa mãdata tua exquisiui. Ex ipsis.

ב Super senes intellexi: quia præcepta tua seruaui.

m 5 Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verba tua. Mem.

Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verbum tuum Ex ipsis.

ב Ab omni semita mala prohibui pedes meos: vt custodirẽ verba tua.

m 6 A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legẽ posuisti michi. Mem.

A iudicijs tuis nõ declinaui: quia tu legem posuisti michi. Ex ipsis.

ב A iudicijs tuis non recessi: quia tu illuminasti me.

m 7 Q̃ dulcia faucib9 meis eloquia tua: sup mel ori meo. Mem.

Q̃ dulcia faucib9 meis eloqa tua. sup mel & fauũ ori meo. Ex ipsis.

ב Q̃ dulce gutturi meo eloquium tuum: super mel ori meo.

m 8 A mãdatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.

A mãdatis tuis itellexi propterea odio habui oẽm viã iiquitatis: qm̃ tu legẽ posuisti michi.

ב Præcepta tua consyderabam: propterea odiui omnem semitã mendacij.

TERTIEDECIMAE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

m 1 Quomodo dilexi legẽ tuã dñe: tota die meditatio mea est. Fieri ne potest vt diligẽs dñi mãdatũ sic vt tota die illud meditetur/ruminet ac cogitet: nõ diligat dñm? Minime o m. nã amor mãdati: nõ est nisi redũdãtia quædã amoris dñi. qui ergo dicit/ quomodo dilexi legẽ tuã domine/tota die meditatio mea est: nichil aliud intendit q̃ quadã euphrasi/ quadã honesta loquendi forma/modestoq; indicio ingentẽ quẽ erga dñm gerit/ prodere amorẽ. neq; enĩ terreno regi seruus dicat/ vehementer diligo te: sed modestius/ mãdatũ tuũ diligo/& in eo assiduo vsu versari est michi q̃gratissimũ. quo satis indicat & non indecenti modestia: magna se charitate erga dominum suum teneri atq; astringi. 1

m 2 Super inimicos meos prudentẽ me fecisti mãdato tuo: quia ĩ ęternũ michi est. O q̃diligẽdũ 2

est mãdatũ: cuiꝰ cognitiõe seruꝰ q id accipit/a periculis et insidijs liberat hostiũ. q̃benignꝰ qui indulsit: q̃beneficus qui mandauit. Et quis est dominus ille: nisi tu rex regũ immense/ qui dixisti iugũ meũ suaue est/& onꝰ meũ leue? certe seruitiũ tuũ suscipere: est esse liberũ. & suscipere mandatũ tuũ: est maximũ accipere beneficiũ. mandato tuo cęci illuminãtur/ surdi audiũt/muti loquũtur/contracti eriguntur/infirmi curãtur/omnẽ aduersã potestatẽ serui tui effugant & effugiunt & ipsũ deniq; mortis imperiũ. & cui iugiter lux mandatorũ adest: pręuidet oẽs molitiones aduersantiũ potestatũ/pręuisasq; facillime vitat & cauet. & sic cũ fiducia dicere potest: super inimicos meos prudẽtẽ me feciſti mandato tuo/ quia in ęternũ michi est. nõne ciuitas illa secura est/quæ eius vis & naturę speculũ habet: in quod dum aspicit/cõtinuo intuetur quæ consilia/quas insidias admoliuntur hostes/& non id solũ sed & quibus medijs conatibus eorũ sit obsistendũ? nõne preciosissimũ duceret huiusmodi speculũ? re vera hæc fœlix ciuitas O regnantium & gubernantium optime/nulla alia est q̃ ciuitas seruorum tuorũ/q̃ animæ fideles tibi obsequentium. & illud speculũ: nichil aliud est q̃ tuũ sanctũ & beneficum mandatum.

m ¶ Super omnes docẽtes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est. Qui videt 3
in luce solari: clarius videt q̃ qui videt in lumine lunę. & qui in luce spirituali: clarius q̃ qui in corporea luce. at qui testimonia dei exquirit: lucem veri solis exquirit/ & diuinã et spiritualẽ lucẽ. cętera autẽ quę quis doceat/sunt veluti quędã nocturna precariaq; lunaris sufulgentia/& veluti iam lux quędã corporea & crassa. illam deus infundit & docet: hãc infundunt hoies. illã notio & sapientia comitatur diuina: hanc humana notio & disciplina. quomodo igitur qui a deo doctus est non dicat: super oẽs docentes me intellexi/ quia testimonia tua meditatio mea est? sicut enim deus homine superior: sic & diuina sapientia/ ea quæ humano labore reperta sit scientia dignior & eminentior.

m ¶ Super senes intellexi: quia mandata tua quæsiui. Sed nonne dominantiũ sũme & sclẽ- 4
tiũ sapientissime tu testimonia tua/tu mandata tua spiritualẽ seruũ tuum doces? si igitur super oẽs docẽtes se intellexit: nũquid & supra te cuius sapiẽtiæ nõ est numerus? Nequaq̃ ita sẽtit. & qui ita nectit: captiunculã ignorantiũ/nõ scientiũ epichirema nectit/& indignũ aio ac pudendũ voluit sophisma/quod tuę aduersatur sapiẽtię. tu enĩ non es noie oĩm cõprẽhẽsus: sed super oẽs. quomodo enĩ cõpræhendereris qui es incõprẽhẽsibilis? Sed seruus tuus: per oẽs docẽtes se presbyteros tuos intellexit & senes/quibus ex officio mãdata tua enucleare incũbit. & ideo cõtinuo semetipsũ exprimẽs/subiũxit. sup senes ĩtellexi: qa mãdata tua quæsiui. acsi aperte diceret sup oẽs docẽtes me ĩtellexi: id est sup presbyteros ac senes intellexi. sic & intelligẽt qui dimissis humanis disciplinis/quasi humilioris ędificij scalis: ad altissimam mandatorum tuorum theoriam/spiritualem anagogen exquisitionemq; cõscẽderint.

m ¶ Ab õni via mala prohibui pedes meos: vt custodiã verba tua. Oculo corporis duce: 5
pedibus in vijs itur. ratione autẽ & intelligẽtia ducibus: affectibus itur in agendis. affectꝰ igitur/agendorũ pedes sunt: ratio autẽ & intellectus agendorũ oculi/hic dexter/ illa sinister. vię carnis malę sunt & noxię: vię spiritus bonę & salutares. vias spiritus/lex diuina irradiat. & in his: mãdatorũ dei custodia. vię carnis/tenebrę sũt: in quibus & mãdatorũ dei pręuaricãtia. qui ergo desyderio mãdatorũ dei implendorũ oẽs affectus suos a vijs cõcupiscentiarũ carnis coercet: iure ad dñm hoc dicere valet eloquiũ. ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiã verba tua. alloqui in via mala versatꝰ: quomodo custodiret? vbi nullum fit bonũ: quo modo bonum operaretur/quo modo bonum ageret?

m ¶ A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legem posuisti michi. Quis est qui a recta loquen- 6
di via non deuiat: nisi cui grammaticę lex rectę locutionis posita est? quis a recta supputatione non deficit: nisi cui arithmeticæ lex est? quis etiam a iudicijs diuinis non declinaret: nisi illi lex diuina posita esset? lex siquidẽ diuina omnia fulcit/ õnia continet. similis lucẽti catenę a summo cœli vertice ad terram vsq; demissę: quã qui appræhendunt et sequuntur/scandunt ad sublimia. qui dimittunt/qui ab ea deflectunt: nullo retinaculo fulti ruunt & deturbantur ad ima. Quapropter a te O cœlorum rex illuminatus/ lucidam catenã hãc videns: clamat/a iudicijs tuis non declinaui: quia tu legem posuisti michi. tu lucentem a throno tuo firam demisisti: quam ne a iudicijs tuis declinarem secutus sum/quam ego appræhendi/quam amplectens nusq̃ a via vitæ deflexi.

m ¶ Qz̃ dulcia faucibus meis eloquia tua: super melori meo. Corpꝰ nutrit: spũs identidẽ nu- 7
tritur. quo autẽ nutrit̃ corpus: illo & viuit. igit̃ & quo alitur spiritus: viuit et spũs. pane corpus viuit. sed quo alio cibo viuit spiritus: nisi ex omni verbo quod procedit de ore dei?

118 Ogdoas. 13 Quomodo 14

verbum igitur dei: cibus est spiritus. & fauces eius/ attractiuęq; animæ vires diuinā illam verbi dei alimoniam auide glutiunt vt intimā præbeat illis spiritualemq; vitā: perinde ac fauces corporis corporalē panem ad corporeā deglutiunt vitam. Sed quo modo domine qui pascis verbo tuo spiritus/ sapit verbum tuum spiritualibus: dicat ille qui quęrit q̄ dulcia faucib⁹ meis eloquia tua: atq; idē respōdeat super mel ori meo/ magis q̄ mel ori meo. quid enim ori melle dulcius/ quid dulcius spiritui verbo tuo: sed quanto spiritus carnem præcellit: tanto hæc q̄ illa (vt sic dicatur) dulcedo dulcior.

m ¶A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnē viam iniquitatis. Medicus ōnia morbida odit: quia medicinā habet/ qua cognoscit illa noxia esse/ & corporū soluere harmonias. & qui mandata tua dominorum summe intelligit/ odit oēm viā iniquitatis: quia scientiā habet qua cognoscit eā noxiā esse & animorū soluētē harmoniā. harmonia corporis: robur/ sanitas/ pulchritudo. robur potest. sanū discernit. pulchrum/ amandi est ratio. Harmonia mentis: potentia/ sapientia/ amor. memoria potest: nam omnia capit. intelligentia sapit. & voluntas amat. omnipotentis ęterniq; boni: memoria vestigiū. veri: intelligentia. boni: volūtas. & hæc tria: trini numinis/ & (si fermo admittit) numinosæ triadis/ trini dei/ & deicæ triadis/ vnius eiusdēq; ōnipotētis/ veriſſimi/ optimiq; dei imago. Ergo q̄diu memoria æternum capit/ intelligētia verum ipsum intelligit/ & volūtas amat summū bonū: stat illa diuinitatis imitatrix harmonia/ & mens firma/ sana/ pulchraq; manet. & hoc quia sola bona amauit: mala autē & iniqua odio habuit. non ab re igitur propheta dixit/ a mādatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis. q̄ si ad vias labatur iniquitatis: soluitur protinus illa mentis decentia & disperit. nam iniqua: inualida/ falsa malaq; sūt. & is pinde perit: vt qui sanis relictis/ ad sola morbifica se conuertit/ illico vires illidēs/ eneruans/ frangens/ sanitatem amittens/ atq; perdens formæ gratiam/ inualidus iacens/ & perperam sensibus vtens: horribilis tunc odibiliſq; potius q̄ amabilis.

ADVERTE. Sexto versu. quia tu legem posuisti michi: Hieronymus ex hebræo/ quia tu illuminasti me: quo designatur non tam illi legem positam: q̄ apertam & manifestam. nā nichil prohibet multis legē esse positā quæ illos non illuminat/ quia nondū detecta & aperta: sed quibus detecta est lucet. & iterius/ declaratio sermonū tuorū illuminat. quapropter idē intelligendū puto/ quia tu legem posuisti michi: acsi diceretur tu legē declarasti michi.

XIIII

Nun.

n 1 LVcerna pedibus meis verbū tuum: & lumen semitis meis.

Nun.

n 2 Iuraui & statui: custodire iudicia iustitię tuę.

Nun.

n 3 Humiliatus sū vsq; q̄q; dñe: viuifica me secūdū verbum tuum.

Nun.

n 4 Voluntaria oris mei beneplacita fac dñe et iudicia tua doce me.

Nun

n 5 Anima mea in manib⁹ meis semper: & legē tuam nō sum oblit⁹.

Nun

n 6 Posuerūt peccatores laqueū michi: et de mādatis tuis nō errauī.

Nun.

n 7 Hęreditate acquisiui testimonia tua in ęternū:

Sempiternum.

LVcerna pedibus meis verbum tuū domine: et lumen semitis meis.

Sempiternum

Iuraui & statui: custodire iudicia iustitię tuę.

Sempiternum.

Humiliatus sū vsq; q̄q; dñe: viuifica me secūdū verbū tuū.

Sempiternū

Voluntaria oris mei bñplacita fac dñe: et iudicia tua doce me.

Sēpiternū

Aīa mea ī manib⁹ tuis semper: & legē tuā non sum oblitus.

Sēpiternū

Posuerūt pc̄tōres laq̄os michi: & a mādatis tuis nō errauī.

Sēpiternū.

Hęreditate acq̄siui testimonia tua in ęternū:

℣

LVcerna pedi meo verbum tuum: & lux semitę meæ.

℣

Iuraui & perseuerabo: vt custodiā iudicia iustitiæ tuę.

℣

Afflictus sum vsq; nimis dñe: viuifica me iuxta verbum tuum.

℣

Voluntaria oris mei cōplaceāt tibi dñe: et sc̄dm iudicia tua doce me.

℣

Aīa mea in manu mea semper: & legis tuę non sum oblitus.

℣

Posuerūt impij laqueū michi: & a pręceptis tuis nō aberrauī.

℣

Hęreditas mea testimonia tua in sempiternū:

qa exultatio cordis mei sunt. Nun.
n 8 Inclinaui cor meum ad faciendas iustificatiões tuas in æternum: propter retributionem.

qa exultatio cordis mei sunt. Sempiternum.
Inclinaui cor meum ad faciendas iustificatiões tuas in æternum: propter retributionem.

quia gaudiũ cordis mei sunt. ג
Inclinaui cor meum vt facerẽ iustitias tuas: propter æternam retributionem.

QVARTEDECIMAE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

n ¶ Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen semitis meis. Viator qui noctu ambu- 1
lans lucernam manibus præfert viam illuminantẽ/magna fiducia incedit, prętenta pedibus præcipitia vitat: lutulenta/lapidosa/voraginosa/ salebrosa/spinosaq; loca, & semper præuio lumine: inoffensum sequitur callem. Sed quid spiritualibus nox: nisi mundus in quo vt in nocte ambulatur? quid alta præcipitia: nisi superbia? lutũ: fœda carnis inquinamenta? lapides: proximorum offensiones? voragines: insaturabilis gula? spinæ & salebræ: pungentium & asperantium opũ auara cupiditas? manus: interiores animæ sensus? via: actus? pedes: affectus? lucerna viam illuminans: verbum tuum O conditor spirituum? quo duce & monstrante quid agendum: superba/luxuriosa/detrimentosa/gulosa/ auaraq; vitantur/ & inoffensus curritur iustitiæ callis, vt merito dicere possit prudens spiritualis viator: lucerna pedibus meis verbum tuum/& lumen semitis meis.

n ¶ Iuraui & statui: custodire iudicia iustitiæ tuæ. Iusiurandum mirabile vinculũ est. quip 2
pe quo fortius spiritus q̃ ferro/q̃ adamante vinciatur corpus, nullus potentior/ nullus indissolubilior nexus: diuinę constantiæ penitus immobilis/indissolubiliſq; signaculum, nõne cum diuinum iusiurandũ alicui adest: prorsus immobile/ immutabileq; est? vt vel hoc solo/tu domine qui omnino inastringibilis es: telpsum astringere videare. hoc vinculo vir spiritualis tuę immutabilis constantię imitator/ custodię legis tuę se astringit/& q̃ potest fortissime ligat: vt illi immobiliter adhæreat/vt instabilitatem suam stabilitate firmet, quã scit non ex se/sed ex illa tua ineffabili immutabilitate prouenire posse: & proinde similitudinem eius/iusiurandum & statum proponit/ac dicit. iuraui & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. O q̃dulce vinculum & nunq̃ violabile: quod nos omni bono alligat, & cõtra/ q̃ misera/ q̃ infœlix solutio: quæ nos ab omni bono separat.

n ¶ Humiliatus sum vsquequaq; domine: viuifica me secundum verbum tuum. Nauigan- 3
tes mare (repente deficiente vento) cepta peragere nequeuntes/tandem deficiũt animis, & te supplices precantur vt tu qui producis ventos de thesauris tuis: illis auram benignitatis tuæ suscites/ac impartiaris, quo leuatis velis/extensis carbasis: portum quem optãt/ attingere queant. Hunc in modum spiritualis seruus tuus/ repente substracta gratia tuæ quasi aura impulsrice/nauigio: executionem bonorum non inuenit/concidit animus/deficiunt vires/torpida mens iacet carne grauata & mortuæ simillima/anxiatur/ turbatur/ clamat ad dominum largitorem gratiarum, humiliatus sum vsquequaq; domine: viuifica me secundũ verbũ tuũ. da menti meæ in executione mandatorum tuorum cursum/da alacritatem/da gratiam viuificantem/erige iacentem/ excita torpentẽ/ viuifica mortuũ: da prosperum flatum perducentem ad te vnicum desyderiorum meorum portum.

n ¶ Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: & iudicia tua doce me. Qui gratiam pe- 4
tit: quid aliud vult q̃ sua verba placere? nautę qui iacta anchora in medio salo diu pro aura supplicant: quid aliud/q̃ vota sua suscipi? quid etiam aliud vult seruus tuus cũ petit/ voluntaria oris mei beneplacita fac domine/ & iudicia tua doce me: nisi cum gratiam tuam substraxeris/& se tristem reperiat/ & impotem exequi quæ vult/ immo & carnem spiritui reluctantem/quid vult inquam/nisi vt voluntatem suam quam ore tibi exprimit beneplacitam acceptes ac exaudias/& tuam illi adiutricem gratiam repares/& iudicia tua exequi doceas? nã tunc se iudice miser & infœlix de se queri potest: velle adiacet michi/ perficere autem/bonum non inuenio, quapropter a te posse petit: qui es omne posse/& sine quo nichil potest, quod vnum/a te inquam posse opẽ petere/si non haberet aut contemneret: proculdubio spiritu mortuus esset.

n ¶ Anima mea in manibus meis semper: & legẽ tuã non sum oblitus. Cum quispiam si- 5
bipsi relinquitur: in manibus suis est, cũ vero quicq̃ per se absoluere nõ sufficit: ab altero iuuatur (etsi tunc in manibus suis est & suę semper potestatis) est etiã in manu alteri9. vtri nsq; eni seruat̃ libertas: & ei9 qui iuuat et eius qui iuuatur, vir igit̃ spiritualis siue tu suppo

Psal. 118 Ogdoas. 14. Lucerna.

nis gratię tuæ manum/ siue gratiam tuam substrahis qui es ipsa libertas & ipsa liberrima bonitas: semper in manibus suis est & suę potestatis. vt ipsa spiritualis seruitus / libera etiam intelligatur: seu tu liber es dominus/vt & illa seruitus imitetur libertatem. & reuera libera seruitus: non seruitus/sed dominatio quædã est. qua spiritus & carne & mũdo superior: illis dominatur. & tibi seruire: potius dominari est q̃ seruire. neq; enim qui spiritu seruit: seruum imitatur sed dominũ. Attamen cũ gratiam & adiutricem manũ tuã substrahis: ipse per se non valens legẽ tuam exequi/sibiipsi relictus est/& in manibus suis. qui si tunc etiã legis tuæ non obliuiscitur/vbi eã minus exequi potens est: gratiæ tuæ se prępa rat quantum in se est/vt sibi ex tua miseratione manus porrigas. & affectũ cordis sui ãte te ponit/ac dicere potest. anima mea in manibus meis semper: & legem tuam non sum oblitus. michiipsi sum derelictus/ex me non inueniens exequendæ legis tuæ possibilitatẽ: nichilominus legem tuam non sum oblitus/auxilium tuum qui solus iuuare potes/qui et solus benignissimus es spe semper certissima pręstolatus.

n ¶ Posuerunt peccatores laqueum michi: & de mandatis tuis non erraui. Tunc carnales 6
hostes maxime insultant: cum quem vident sibimetipsi derelictum/nullius quidem alteriꝰ ope fultũ. consimili quoq; modo & spirituales nequitiæ: cũ quẽ intuẽtur p̃sentis gratię auxilio destitutum. nam tunc aduersus spiritũ/germina peccati male in carne plantatas concupiscentias habent adiutrices: quæ eum remorantur ad alta conscendere conantem. his autem armis/his laqueis adiuta impiorũ caterua: certat vt vincat. ille vero reluctatur: ne vincatur. et si (te spectatore O præmiorum equissime largitor) strẽnue se gesserit/nichilq; contra legem tuam admiserit/tametsi non omnia exequatur vt vult: nichilominus dicere ausit. posuerunt peccatores laqueum michi: & de mandatis tuis non erraui. non enidere linquitur: sed probatur. neq; procul abest miserantis auxilium: vbi iniquitas nititur opprimere iustum.

n ¶ Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei sunt. Viro 7
carnali/ delectatio perditionis est signũ: pœnitudo autem & amaritudo/signum salutis. contra vero/spirituali: tristitia/absentis gratię indicium. porro delectatio & dulcedo: iam restitutæ & præsentis manifestatio. sic sane caro & spiritus respõdent ex aduerso. & quod absens spiritum tristificat: idipsum præsens lætificat. atqui tua gratia/ tuum præsidium cũ abest O desolatorum consolator immense/sic tristitiam affert: vt solis absẽtia corpori frigiditatem & oculis mœstitiam ac pauorẽ. quapropter omnis spiritus sine te: frigidus/mœstus/pauidus/afflictus & impotens. contra autem te præsente/ te præsule: feruens/ lætus/ confidens/consolatus/validus. quid est igitur quod tuus seruus paulo ante/ tam miserabundus/tam supplex/ se querens afflictum/ se sibiipsi derelictum/ insidijs hostium circũuallatum: nunc de hæreditate testimoniorum tuorum gaudet? hæreditate (inquit) acquisiui testimonia tua in æternum/ quia exultatio cordis mei sunt. quid hoc inquam? nisi quia cito illi affuisti auxiliator/& gratiam reparasti? cum enim supplicem exaudisti/ cum suppetias tulisti: prece sua & hac tua exauditione benignissima: visus est sibi æterna possessione testimonia tua acquisiisse. in quibus meditandis & exequendis: sita est omnis voluptas & delectatio cordis eius. qui enim in illis exultat: in te & propter te exultat/a quo fũt & propter quem sunt vniuersa.

n ¶ Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum: propter retributio- 8
nem. Magna lux O dominator æterne (qui lux es incompræhensibilis) tua gratia est. qua præsente spiritus videt te finalem bonorum operum retributionem. tu es finis finium: in quo solo/spiritus quiescunt. Sed quo modo quiescunt? Per quandam assimilationem. sic ignis in cœlo quiescit subtilitate simillimus: aer in igne similis feruore/ terra in aqua similis frigore. sic in te quiescent/& te fruentur illi soli: qui quadã tui assimilatione reddũtur quoquo pacto tuæ lucis capaces. vt sol solis infulget oculis seq; præbet cõpræhensibilem: q̃ solus in corpore oculus igenita serenitate & perspicuitate/cœlesti lumini similis est/et proinde aliquatenus solis capax. Sed quid animam lympidam & serenam facit tuiq; quodammodo similem/qui in vmbra figuras lucem/& in finito infinitatem? tui inquam quodãmodo similem/ iustã/piã/ sanctã/bonam/veracem/beneficam/efficacem/viuentem et potentem? nonne tu per iustificationum tuarum custodiam & obseruationem? ergo obseruationes illę tuæ/quædam sunt assimilationes: per quas quispiam in te tendit vt in suum finem. quomodo igitur totę animi vires inflectẽdæ nõ erũt ad huiusmodi obseruationẽ? Erũt profecto/neq; ab re dicit seruus tuus quem tu illuminasti/ cui tu mãdata tua pro hęreditate dedisti; inclina cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum/pro-

pter retributionem. acſi aperte diceret: totum animum inflexi ad mãdatorum tuorum obſeruationem propter teipſum/quem in tuo lumine video omnium conſummationũ conſummationem/omnium bonorum operum finem/retributionem/& ęternam quæ ſe vltro propagat bonitatis mercedẽ/largitatem quidem infinitã vltro ſe largientem/& quantum quiſq; capax eſt ſemetipſam infundentem.

ADVERTE. Sexto verſu. & de mandatis tuis non erraui. melius videtur dicendũ ex hebręo/& a mandatis tuis non erraui. vbi habetur: & a pręceptis tuis nõ abetraui. ſic enim ſermo melior/ ſicq; habet romana tralatio. ¶ Octauo verſu. in æternum propter retributionẽ: Hieronymus ex hebręo/ propter æternã retributionẽ. alij cenſent verſũ ſic eſſe legendũ: inclinaui cor meũ ad faciendas iuſtificatiões tuas ad ſęculi finem. ſic enim LEOLAM EQVEB quod hic habetur/ interpretãdum cenſent. & vocabulũ hic quod leolam ſequitur/ proprie metã & terminũ/ſed trãſlatitie mercedem laboris ſignificare/eo q; merces ſit finis laboris. itaq; interpretes metaphorã accepiſſe & propriũ reliquiſſe ſenſum. & qui hoc modo legit & itelligit: nõ niſi pie legit & intelligit. at qui legit in æternũ propter retributionẽ/quaſi dicat ,ppter mercedẽ: ambiguitatẽ habet. nã vir iuſtus & vere ſpiritualis ſeruitiorũ ſuorũ mercedẽ non cogitat: ſed ſtudet facere quod debet/ quod ſe ſcit pro dignitate implere non poſſe. & cũ õnia fecerit quod potuit (quãquã ſciat ſibi repoſitam coronam iuſtitię) non mercedẽ/non debitũ putat ſed gratiã. & plane fatetur q; inutilis & tanto dono in infinitũ inferior/indigniorq; ſit ſeruus. Et ſeruus quiſpiã qui diceret inclinaui animũ meũ ad facienda mandata domini mei propter retributionẽ/ propter mercedẽ quã a domino expecto: non videtur propter dominũ ſuum illa facere ſed potius propter ſe/et nõ prącipue dominũ ſuũ reſpicere/ſed ſe. quare neq; dominus ab eo propter ſe diligi videretur/ſed propter aliud: & ſeruus ille tandẽ male de domino ſuo meritus. quomodo igitur ad deũ audebimus dicere faciã iuſtificationes tuas/implebo legẽ tuã propter retributionẽ/propter mercedẽ quã abs te expecto? Re vera hic dicunt q; ſi hic ſenſus exprophęta elicitur & id ſpiritualis vir dicit: non niſi propter deũ id dicit. nã ipſe finis/ merces & retributio eſt ſpiritualium. acſi intelligeremus inclinaui cor meũ ad faciendas iuſtificationes tuas in æternũ propter te qui es finis/merces & retributio. & id apertius indicari cum dicitur: propter æternã retributionẽ. nã vnicũ eſt æternũ: qui eſt deus ſuperimmenſus & ſuperbonus/omniũ beatorũ merces & pręmiũ. Hoc apparentẽ habet ſatiſfactionem: niſi quis ad vocabulũ inſurgat. eſto deus retributio: & merces ſit beatorũ. hæc tamen ei ad ſe non conueniunt: neq; enĩ ſibiipſi retributio/ merces & pręmiũ dicitur/ ſed vt bonũ iam eſt alienũ. quare qui inclinatur ad iuſtificationes dei propter retributionẽ: non tam propter deũ vt deus & abſolute idipſũ quod eſt/inclinari videtur/ q̃ vt deũ/ ſuũ futurũ bonũ cogitat. Si ita eſt: nichil crediderim abſurdũ/ ſi deus maxime propter ſe diligatur. quia eſt ſummũ bonũ & finis finiũ & maxime oĩm propter ſe diligibile ipſaq; ſumma diligendi ratio/& etiã ſed ſecundo quodãmodo loco: quia eſt ſanctorum merces & pręmium/ & non tam propter ſanctos q̃ contẽplatione exuberantis bonitatis eius qua ſanctis ſe dat vltro pręmiũ. itaq; ſi diligo deum propter retributionem/non meipſum niſi ex accidenti reſpiciam: ſed prącipue eximiam & exuberantem bonitatem dei/qua ſeipſum vltro dat ſeruis ſuis liberum donum. quia tanta bonitate eſt/tanta liberalitate: vt dare velit maximũ donũ. & quia nichil ſeipſo dare poteſt maius: ſe dat mercedẽ & pręmiũ. & hoc modo deũ ,ppter ſe nõ propter aliũ amat. & quomodo deũ propter me amabo: qui me ,ppter me amare nõ debeo/ſed ,ppter eũ cuius incõpræhenſibili bonitate/ gratia & miſeratiõe imago ſũ & ſimilitudo? ſiue igitur legero iclinaui cor meũ ad faciendas iuſtificatiões tuas ad ſæculi finẽ/imo ad ęternitatis ĩfinibilitatẽ/ſiue ĩ ęternũ ,ppter retributionẽ/ aut ,ppter ęternã retributionẽ: ĩtelligẽtiã pietate iuuo/oculũ non ĩn me/non in ſpirituali viro quocunq; ſed in deo figendo: & eum qui eſt omnis finis & ſolus abſolute propter ſe/finem faciendo.

ſi Samech. Adiutorium. XV

I Niquos odio habui: & legem tuã dilexi.

ſa Samech. Adiutorium.

Adiutor et ſuſceptor meus es tu: et i verbũ tuũ ſuperſperaui.

I Niquos odio habui: & legem tuã dilexi.

Adiutor & ſuſceptor meus es tu: & i verbo tuo ſupſperaui.

Adiutoriũ

T Vmultuoſos odi ui: & legem tuam dilexi.

Protectio mea & ſcutũ meum tu es: verbũ tuũ expectaui.

Psal.		GALL.	ROM.	HEB.
118 Ogdoas. 15 Iniquos.	ſ3	Declinate à me malígni: & ſcrutabor mãdata dei mei. Samech	Declinate a me malígni: & ſcrutabor mãdata dei mei. Adiutoriũ.	Recedite a me malígni: & cuſtodiam mandata dei mei.
	ſ4	Suſcipe me ſecũdũ elo quiũ tuũ & viuã: & nõ confundas me ab expectatione mea. Samech.	Suſcipe me ſecũdũ elo quiũ tuũ et viuam: et ne cõfũdas me ab expectatione mea. Adiutoriũ.	Confirma me ſecundũ verbum tuum & viuã: & noli me cõfũdere ab expectatione mea.
	ſ5	Adiuua me & ſaluꝰ ero: & meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper. Samech.	Adiuua me & ſaluꝰ ero: & meditabor in tuis iuſtificationibus ſemp. Adiutorium.	Auxiliare michi & ſaluus ero: & delectabor i præceptis tuis iugiter.
	ſ6	Spreuiſti omnes diſcedẽtes a iuſtitijs tuis: qa iniuſta cogitatio eorũ. Samech.	Spreuiſti omnes diſcedẽtes a iuſtificationibꝰ tuis: qa iiuſta cogitatio eorũ eſt. Adiutorium.	Abieciſti õnes qui aduerſantur prẽcepta tua: quia mendax cogitatio eorum.
	ſ7	Prẽuaricantes reputaui omnes peccatores terrę: ideo dilexi teſtimonia tua. Samech	Prævaricantes reputaui õnes peccatores terræ: ideo dilexi teſtimonia tua. Adiutorium.	Quaſi ſcoriam computaſti omnes impios terræ: propterea dilexi teſtimonia tua.
	ſ8	Cõfige timore tuo carnes meas: a iudicjs enĩ tuis timui.	Infige timore tuo carnes meas: a iudicijs enĩ tuis timui.	Horripilauit a timore tuo caro mea: & iudicia tua timui.

QVINTEDECIMAE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

ſ Iniquos odio habui: & legem tuã dilexi. Qui bono appropinquat: ſecedit a malo. & qui 1
ſummis ſe vnit: ab imis ſe ſeparat. atqui amor approximat/ coniungit/ vnit: odium elongat/ diſiungit/ diſſociat. eſt igitur amor/ approximatio quædam amantis & amati/ coniunctio/ vnio. & contra: odium/ elongatio quædam odientis & exoſi/ diſiunctio & ſeparatio. iniquitas deorſum facet: omni graui grauior & ponderoſo ponderoſior. lex autem tua O ſũma æquitas: ſurſum eminet omni leui leuior & ſublimi ſublimior. qui igitur tuæ legi appropinquat: ab iniquitate diſcedit. qui illi appropinquat: illam amat. & quanto perfectius ſe legi coniungit & vnit: tanto iniquitatem odit. & qui iniquitatem odit: quomodo amare poteſt iiquos/ quippe quos diuina iuſtitia nudatos ſpoliatoſq;/ iniquitas deformes reddit & obſcuros? non enim forma/ ſed informitas iniquitas. & contra/ lex tua & æquitas: nõ ſolum forma/ ſed & quædam diuiniformitas. iure ergo dixerit quicunq; tibi fideliter ſeruit/ iniquos odio habui: & legem tuam dilexi. nam niſi legem tuam diligeret & inimicos legis tuæ odio haberet: nequaq̃ tibi fideliter ſeruiret.

ſ Adiutor & ſuſceptor meus es tu: & in verbum tuum ſuperſperaui. O ſublimitas/ infima 2
pertigens: & infinitas ſupergrediẽs altiſſima. in tribus/ ſpirituales viros ſupra ſeipſos eleuas: fide/ ſpe/ charitate. fide quidem: ſupra poſſibilẽ intelligibilitatem. ſpe: ſupra boni apprehenſibilis expectationẽ. & charitate: ſupra proprię poteſtatis amorem. vt igne ferrũ calet/ & magnete ſurſum leuatur detineturq; ſupra propriam efficacitatem. Hæc igitur haberi non poſſunt ſine adiutorio & beneficio eleuantis: qui eleuando purgat/ illuminat/ incendit ac perficit. vt has ſuperbeneficas dotes pati/ q̃ agere potius intelligantur/ qui illas habent. quapropter hanc eminentem ex obſeruatione tuę legis/ incomprehenſibilis boni fidem habens vnus ſeruorum tuorum: vnde habeat/ vnde ſuſcipiat teſtatur/ dicens. adiutor & ſuſceptor meus es tu: & in verbũ tuum ſuperſperaui. adiuuiſti/ eleuaſti/ ſuſcepiſti: & ſpẽ expectationemq; ex verbo tuo ſupra memetipſũ propriaſq; vires excedẽtẽ cõcepi.

ſ Declinate a me malígni: & ſcrutabor mãdata dei mei. Q̃uis odiũ/ mente & affectu ſepa 3
ret: non tamen ſemper loco atq; ſitu diſiungit. nam vbi mente eſt amor boni: illic & odiũ mali. ſed amor boni ſurſum eſt/ & ſurſum ſolum reſpicit: & quod reſpicit/ eſt ipſum verũ/ bonum/ pulchrum/ lucidum/ ipſumq; delectabile. odium item mali ſurſum eſt/ ſed deorſũ

respicit:& quod respicit malũ est/informe/tenebrosum/ tristificũ.ergo quando qui odit & quod oditur locis non separantur:molesta & tristifica est exosi mali presentia.insuper malum bono est vt in perniciem trahat perdatq; insidiatiuũ.nã mali est perdere:vt boni saluare.Quapropter dei seruus malignorũ turbis eum impedire et perdere nitẽtibus circũseptus:plerũq; in has voces erũpere cogitur.facessite/abscedite/declinate a me maligni:& scrutabor mãdata dei mei.id sũmopere cupiẽs:vt quos ob malitiam non ob naturã odit/ quemadmodũ & affectu ita quoq; præsentia & locis dispescantur atq; disseparentur.

f ¶Suscipe me secundũ eloquiũ tuum & viuam:& nõ confundas me ab expectatiõe mea. 4.

f ¶A diuua me & saluus ero/& meditabor in iustificationibus tuis semper. Sed non satis est eos qui impedientis/tristificę/noxiæ atq; mortiferę sũt malitiæ/ præsentia & locis esse separatos:nisi sit qui suscipiat & viuificet liberatũ.neq; enim ouis si deseritur a lupo/protinus salua est: nisi pastor assit qui requirat/qui repertã alat/ qui a noxijs defendat vitãq; ministret.verũ et si pastor ille e luporum faucibus eam eripiat:vitam illi donat/lupiq; discedunt.Hunc in modũ quicunq; tibi in spiritu famulatur O pastor ęterne:petit vt aut noxijs abeũtibus næquitijs/aut potius de medijs earũ insultibus eum eripias ad te tota mẽtis deuotione clamans.suscipe me secundũ eloquium tuum & viuam: & non cõfũdas me ab expectatione mea.expectat auxilium tuum/ expectat teipsum: tu es illi vita/ tu salutis præsidiũ/tu alimentum/tu es illi omne bonum.si susceperis ab hostibus:tum mente solatus tum tristi & molesta eorũ præsentia liberatus in te viuet.at nisi suscipias/subuenias/ succurras:cõfunditur vagus/inops/errabũdus/ nullo cibo vnde viuat/nullo prędidio quo saluetur nullo loco vbi quiescat vsq̃ reperto.& quomodo tunc meditabitur mandata tua? quomodo in illis cõsolabitur iugiter? clamat igitur rursum/& merito clamat. adiuua me & saluus ero:& meditabor in iustificationibus tuis semper. 5.

f ¶Spreuisti õnes discedentes a iustitijs tuis:quia iniusta cogitatio eorum. O domine qui creas omne bonũ:et ad te õne bonũ recipis. si oculus purus omne abijcit impurũ/et corpus purũ ab alimento omne secernit impurũ quo sibi solũ purum vniat/ abijciat autẽ repellatq; impurum:non est mirũ si tu qui es ipsa puritas abiecisti/repulisti/spreuisti omnes discedentes a iustitijs tuis/quia iniusta cogitatio eorum.nam si iusta cogitatio pura:profecto iniusta quippiam impurum est.non tamen repellere vis:qui præcipis.estote sancti: quia ego sanctus sum.quid enim est sanctum:nisi purum? sed illi vltro se impuros facientes te cuius natura est vnire / suscipere/ colligere: vt eos tandem abijcias atq; expellas compellunt. 6.

f ¶Præuaricantes reputaui õnes peccatores terrę:ideo dilexi testimonia tua.Oculus carnis & oculus spiritus alio & alio modo iudicant. nam quod oculus carnis magnificentiã iudicat equorum pompa/& honesta clientum familia decoratã:plerũq; spiritualis oculus iudicat superbiam bestijs insidentem/plurima gnatonum & parasytorum turba infamatã. nam tu domine virtutum sedes super cherubim & scientię plenitudinem.quare sedes seruorum tuorũ scientia est mandatorum tuorum.ille insuper iudicat fœlicitatem: iste miseriam.ille diuitias & sufficientiam: iste inopiam & insufficientiã. fœdũ iste:pulchrũ ille. recte iste:ille perperam.nam vniuersa illa pręuaricari faciunt ita iudicantes. saluant autem iudicium:testimoniorum tuorum dilectio & custodia.purgatus igitur vere dives & beatꝰ/ qui terrenis omnibus calcatis dicere valuerit: præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ/ ideo dilexi testimonia tua. nam nisi contemnat quæ tu contemnis/ & nichilipendat quæ vt scoriam & purgamentum ducis:nullo pacto testimoniorum tuorum constringetur amore. quæ si non amabit: nullo pacto (vt par est) illa obseruabit/ neq; in illis sese exercebit. 7.

f ¶Confige timore tuo carnes meas:a iudicijs enim tuis timui.Domine quis non timeat te qui contemplatur tuam potestatem:cui nemo potest resistere? qui sapientiã tuã meditatur/quam nichil potest latere/& qui reperis in angelis tuis prauitatẽ? qui insuper infinitã iustitiã tuam cogitat: cuius proprium est nullum malum impunitum sinere? quis inquam non paueat/qui velit abyssum iudiciorum tuorum mente reuoluere? at si carnales affectus sequamur: incidimus in potentiam tuam/ delictum nostrum latere non valet sapientiam tuã/nõ effugere iustitiã/nõ iudiciorũ tuorum abyssum.prudens igitur est qui te assidue pcatur:confige timore tuo carnes meas/a iudicijs enim tuis timui.neq; enim timor ille depressus sed altus:quem tua omnipotentia/quẽ sapientia/iustitia/et iudiciorũ tuorũ abyssus et immensa profunditas creat/ac continet.vt neq; amor ille submissus:quem tua õnipotens parit bonitas/ charitas inflammat et misericordia fouet. Et cum tu domine æque 8.

118 Ogdoas. 15 Iniquos. 16

potens sis & æque bonus/æque misericors & iustus: videris æque timendus et amandus. si enī solū potens esses & scelerū vidēx: timereris solū & nō amareris. si solū bonus et misericors: amareris solū at nō timereris. quare impossibile videt: te quēq̄ bene diligere qui non timeat. atq; æque īpossibile: te bene timere qui nō amet. & vterq; hic timor et amor sāctus. verū qui te tantū timeret ratione pœnæ/& quē reformidat cruciatus: hic timor abiectus/illiberalis/infimus et īpurus. nō enī a potētia/sapiētia/iustitiaue aut iudicijs tuis nasceretur & procederet: sed cū in se male flectit oculū seruus næquam & flagitiosus.

ADVERTE. Sexto versu. spreuisti oēs discedentes a iustitijs tuis: Hieronymus ex hebræo/abiecisti oēs qui aduersantur præcepta tua. & rectius hic præcepta q̄ iudicia. aut a iudicijs vt corrupte passim cani et legi solet/ spreuisti oēs discedentes a iudicijs tuis. nā nō hic SAPHAT aut MISEPHAT quod inde deriuatur habetur/sed MIHVQ quod a vocabulo HOQ descendit præceptū significante. quod & in octonario Aleph versu quinto & Gimel septimo vt & hic exposuit Hieronymus præcepta/ & interpretes iustificationes & in iustificationibus. quapropter si nolebant vertere præcepta/ saltē vt sibi ipsis conformes essent/ vertere debuerūt hic iustificationibus tuis aut a iustitijs tuis. quod et fecerunt hoc modo in tralatione gallica/ illo in romana et in græco ἀπὸ τῶν δικαιωμάτων σου. ¶ Septimo versu. præuaricantes reputaui oēs peccatores terræ: Hieronymus ex hebræo/ quasi scoriā cōputasti oēs impios terræ. vbi vir spiritualis ad deū dirigit sermonē & nō de se loquitur. quod et præcedens versus spreuisti oēs discedentes a iustitijs tuis quia iniusta cogitatio eorū: satis expostulare videt. nobis igitur potius legendū esset reputasti. ¶ Octauo versu. confige timore tuo carnes meas: Hieronymus ex hebræo horripilauit a timore tuo caro mea. et hoc pacto rectius dici putant. id enī signū excedentis timoris autumant erectionem pilorū in cute. quod non modo hoibus/sed et brutis aīalibus accidit in timore. & hæc pilorū erectio/ horripilatio nominatur/ quasi ex horrore rigeāt pili. et quomodo etiā peteret/cōfige carnes meas timore tuo: cōtinuo subiūgēs/a iudicijs enī tuis timui? si enī timuit a iudicijs dei: timor nequaq̄ petēdꝰ erat quē iā habebat. sed hęc particula a iudicijs enī tuis timui/ optime subiūgitur causa eius qđ Hieronymus habet/horripilauit a timore tuo caro mea. quasi diceret horripilauit quidē/nec ab re: quia a iudicijs tuis timui.

XVI

Ain.

a 1 FEci iudicium et iustitiam: nō tradas me calumniātibus me.

Ain.

a 2 Suscipe seruū tuum in bonum: non calumniētur me superbi.

Ain.

a 3 Oculi mei defecerūt in salutare tuum: & in eloquiū iustitiæ tuę.

Ain.

a 4 Fac cum seruo tuo secūdum misericordiam tuam: & iustificatiōes tuas doce me.

Ain.

a 5 Seruus tuus sū ego da michi itellectum: vt sciā testimonia tua.

Ain.

a 6 Tempus faciendi domine: dissipauerūt legē tuam.

Ain.

a 7 Ideo dilexi mādata tua: supꝑ aurū et topazion

Fons.

FEci iudicium et iustitiam: ne tradas me ꝑsequentibus me.

Fons.

Elige seruū tuū in bonū: vt non calumnientur michi supbi.

Fons.

Oculi mei defecerūt in salutare tuum: et in eloquiū iustitię tuę.

Fons.

Fac cum seruo tuo secūdum misericordiam tuam: & iustificationes tuas doce me.

Fons.

Seruus tuus sū ego da michi itellectum: vt sciā testimonia tua.

Fons.

Tempus faciēdi domine: dissipauerunt iniqui legem tuam.

Fons.

Ideo dilexi mādata tua: supꝑ aurū et topazion

℣

FEci iudicium & iustitiam: ne derelinquas me ijs qui calumniantur me. ℣

Sponde pro seruo tuo in bono: ne calumnientur me superbi. ℣

Oculi mei defecerūt in salutare tuum: & in eloquium iustitiæ tuæ. ℣

Fac cum seruo tuo iuxta misericordiam tuā: & ꝑcepta tua doce me. ℣

Seruus tuus sum ego instrue me: & cognoscā testimonia tua. ℣

Tēpus est vt facias domine: præuaricati sunt legem tuam. ℣

Propterea dilexi mandata tua super aurū &

Ain. Fons. topazion. ע

a 8 Propterea ad ōnia mā datatua dirigebar: oēm viā iniquā odio habui.

Propter ea ad oia māda ta tua dirigebar: omnē viā iniquā odio habui.

Propter ea i vniuersa p̄ce pta tua direxi: oēm semi tā mēdacij odio habui.

SEXTEDECIMAE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

a ¶ Feci iudiciū & iustitiā: nō tradas me calūniātibus me. Qui mandata tua custodit qui es omni iusto iustior & omni iustitia superior: iudiciū et iustitiā facit, fontes plectit vt lex p̄cipit: imo seipsū si delinquit, innocentes absoluit, & hoc est iudiciū, geminū amorē custodit, a re aliena abstinet, alienū cubile ceu rē sacrā non violat, proprīū thorū seruat īcōtaminatū, a sanguine manus mūdas cōtinet/ & reliqua quæ lex iubet obseruat. & hoc est iustitia, attamē si ipse sibiipsi reliquitur: potestati aduersariorū tradit/ quippe quib⁹ resistere nō valet, quis eni sibiipsi relictus: illi resisteret/ cui nō est sup terrā potestas q̄ cōpareť? qui factus est vt nullū timeret, qui oē sublime videt: & qui est rex sup vniuersos filios supbiæ. Si leo fortior est ceruo/ & illi nullo pacto resistere potest/ si accipiter colūba/ si lup⁹ agno/ q̄b⁹ naturales sūt hostes: quis etiā dubitat spiritualib⁹ hostib⁹ nos lōge īpares viribus/ nisi superior custodia nos cōtinue tutareť ac defēderet? nō igit̄ in viribus ꝓprijs esse fidēdū/ nō in operibus/ nō in bonitate: ostēdit qui dicit/ feci iudiciū et iustitiā: nō tradas me calūniātib⁹ me, nō enī in iudicio/ nō in iustitia quā fecit cōfidit: sed ī tua sola bonitate et misericordia. 1

a ¶ Suscipe seruū tuū in bonū: non calumnientur me superbi. Si pastor ouē deserat: deseritur in malo/ vt cui lupus facile morsus infigat necēq; intentet, si suscipitur a pastore: suscipitur in bono/ vt cui lupus nequaq̄ etiā si cupit nocere possit, ita dominator superbone/ quos tu custodiæ tuæ dignaris auxilio: omnes suscipis in bono. Quare quicunq; præcepta tua custodit/ hoc ipso clientelæ tuæ addictus: cū se sciat ex opere suo nō posse defendi/ iugiter ad te precari debet, suscipe seruū tuum in bonū: nō calūnientur me superbi, nā si superbi in te eleuantur qui es omnipotens: quid in seruos tuos facturi sunt imbecilles et infirmos/ nisi tu tuearis qui superbis resistis/ & qui (vt scriptura ait) aufers ab impijs lucem suam/ & brachiū excelsum confringis? solent enim qui in dominū vlcisci nequeunt: in seruos debacchari & abūde furiā suam conuertere, at quomodo in te vlciscerēť q̄ virtutis es īfinitæ? et quomō i seruos tuos nō sequiēt nisi suscipias/ nisi defēdas: q̄ virtutis sūt exiguæ? 2

a ¶ Oculi mei defecerunt in salutare tuū: & in eloquium iustitiæ tuæ. Domine deus cuius laus est silentium/ cuius verbū omniū salus/ cuius eloquiū iustificatio, si verbū tuum a mēte nostra capi posset: haudquaq̄ aliquid magnū esset/ & simili quoq; pacto eloquiū tuū, vt lux omnis quæ ab oculo nostro capi potest longe minor est luce solis/ quæ refugit visionis nostræ captū vtpote inuisibilis: per quā tamen omnia videntur, est igitur verbū tuū īgnotū: per quod nichilominus omnia cognoscuntur, & eloquium tuū incognitum: per quod omnia effabilia redduntur. Cæterū si verbū nostrum pro mentis nostræ/ & eloquium pro oris nostri est ratione: ergo & verbū tuum & eloquiū tuum pro tuę, vt igitur verbū nostrū finitū & comprehensibile/ & eloquiū mensuratū et effabile: optimo iure euenit vt tuū verbū infinitum sit & incōprehensibile/ & tuum eloquiū immensum & ineffabile, quomodo igitur non verū dicat/ qui oculis spiritualibus ad verbū & eloquiū tuū conuersus ait: oculi mei defecerunt in salutare tuum & in eloquiū iustitiæ tuæ? ibi sane vires deficiunt: vbi apprehendere non possunt, vbi non possunt effari: ibi te ignorantia videt/ quæ est apex scientiarū, te laudat silentium: quod omne excedit effabile verbum, te quidē videt et mirifice videt: quia te salutare sentit, te ignorat: quia deficit/ quia tantæ copiæ lucis succūbit, te laudat: quia te iustificantem agnoscit, silet: quia identidem deficit/ vt qui iustificationis tuæ magnitndinem eloqui non possit, & quis enim ineloquibile eloqui posset? 3

a ¶ Fac cū seruo tuo secundū misericordiā tuā: & iustificationes tuas doce me. Sol qui visiones superat/ captumq; refugit: est per quē omnia videntur/ & id necessario, identidē tu domine qui es omni scientia laudeq; superior: es per quē omnia cognoscuntur/ sed id quidem libere, nam quod in creatura tua cōtingentia est: in te est necessitas, et quod in ea necessitas: in te est libertas, cū igitur pandis & manifestas iustificatiōes tuas: id libere facis/ & summe quidem libere/ vt qui es summa libertas, quapropter quod facis: gratia tua est & misericordia tua, ad quem igitur aliū precandū esset: fac cū seruo tuo secundū misericordiā tuā/ & iustificationes tuas doce me/ nisi ad te per quem ōnia cognoscuntur/ & qui doces hominem scientiā? Verum quia tuum infinitum & incogitabile verbū/ & tuum eloquium immensum/ & ineloquibile/ ratio sunt cognoscendarū iustificationū tuarū: ideo co- +

gnitę ſemper relinquuntur amplius perfectiuſq; cognoſcendę/ ceu forma quædam ad infinitum cognoſcibile archetypum. vt in eis iuncta intelligantur notum & ignotum. quare doctus quicunq; et quantūcunq;: relinquitur a te ſemper perfectius conſummatiuſq; in iuſtificationibus tuis edocendus. idq; a te ſuppliciter eſt petendum.

a ℂ Seruus tuus ſum ego: da michi intellectum vt ſciā teſtimonia tua. O domine deus/ſciē 5
tiārū dominus es. ſi nō dediſſes oculos: nullus/colorū ſcientiā fuiſſet conſecutus. ſi nō aures: nullus ſcientiā ſonorū & harmoniarū. haud abſimili modo/niſi dederis intelligentiā: nullus habiturus eſt teſtimoniorū tuorū ſcientiam. nō enim viſus ea percipit/nō auditus/ non alius quiſq; ſeu interior ſiue exterior ſenſus. nā carnales ſunt & mundani. neq; ratio/ aut mens ratione vtens illa ſapit. nam fide capiuntur: quæ lumen eſt ratione/illaq; mente ſuperius. etenim aliud lumen eſt quo viſus: & aliud ſuperius quo imaginaria appræhēdit virtus/quod quidē tenebræ nō offūdūt. & aliud ſuperius quo ratio: qđ et lucet in imaginariæ virtutis opacitatib9. ſed longe ſup̄mū eſt lumē teſtimoniorū tuorū. qđ ratione nichilominus in tenebris ſuis cæcutiente/infulget intelligētiæ: quā tu ipſe largiris. & hanc a te petit ītelligētiā: qui petit teſtimoniorū tuorū ſciētiā/inquiēs. ſeruꝰ tuus ſū ego: da michi intellectū vt ſciā teſtimonia tua. ad quid enī teſtimonia tua dediſſes: niſi velles vt ſcirēt illa?

a ℂ Tempus faciendi domine: diſſipauerunt legē tuā. Si precioſus aliquis frutex vt balſami frutex aut caſia ob ignorātiā in orbe perijſſet reſeruata quidē vno in loco plantula: tūc ſummopere ſciētia neceſſaria eſſet/qua et coleretur & culta multiplicaretur/ne fūditus interiret. & quid precioſius lege tua domine virtutū? quæ cū hominū inſcitia negligitur/cōtemnitur/& pene extirpata vbiq; iacet/in auguſto duntaxat loco & apud paucos ſeruata: nonne neceſſaria vel maxime tunc eſt legis tuæ ſcientia/quo in amplum propagetur/& radicetur/ne funditus pereat/& ne ſimul cum ea intereat vniuerſa pietas & cunctorum hominum ſalus? nonne docebis/intelligentiāq; præceptorū tuorū propagabis? nonne ſerui tui iuſtiſſime ad te clamabunt/vociferabunt/eiulabunt? tempus faciendi domine: diſſipauerunt legem tuam. tempus illuminandi/ tempus legem tuam manifeſtandi/ tempus ignorantiam quæ illam attriuit/diſſipauit/extinxit/amolliendi & extirpandi tuamq; ſanctā legem animis cunctorum inſerendi 6

a ℂ Ideo dilexi mandata tua: ſuper aurū & topazion. Dici ſolet quanto res rarior: tāto precioſior. nā rari natura: multitudinē diffugit & ſe colligit ad vnitatē. vnū enim eſt neceſſariū/vnū rariſſimū/vnū precioſiſſimum a quo profluunt omnia/& quod omnē aſtrīgit/cōtinet/ſaluatq; multitudinem. & lex tua rara & precioſa: vt quæ ſit vna ſola/ nata vbiq; lucere eſſeq; benefica. vt ſol rarus & precioſus. nā vnicus vbiq; lucens & beneficus. atqui cū tua lex in vno loco continetur: rarior videtur. atq; ideo (etſi ſemper) tunc maxime exercenda/colenda/ diligenda. quo illi natura eius/ quæ eſt vbiq; lucere et eſſe benefica & te vnicū/verū/ſolum/tremendū/colendū & adorandū annunciare: reparetur. Si aurū ob radiātem quendā & ſolis æmulū nitorē amatur habeturq; in precio/& topazion gēma rara difficiliſq; repertu/ob perpetuum quēdā & lucis peruium virorē: quid non magis diligenda lex tua in precioq; habēda/quæ iuſtos facit? qui (vt ipſa per ſe veritas aperire dignata eſt) fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorū? & quē alium habent patrē q̄ te: qui eos per verbū tuū in carne creaſti et denuo ex te per verbum tuum in ſpiritu regeneraſti? nōne per legē tuam ſempiterno ęuo & ſemper virēte/a te quidē ſemper illuminati donabūtur æternitate? dñs deꝰ (inquit) illuminabit eos & regnabunt i ſæcula ſęculorū. nō temere ergo ſciētia huiuſce legis tuæ illuminatꝰ/ altius mēte vidēs q̄ humanus appræhendit ſēſus dixit. ideo dilexi mandata tua: ſuper aurū et topazion. ille tibi in ſpiritu ſeruiebat & legē tuā diligebat ſuper omne quod nobile ęſtimatur ac precioſum. 7

a ℂ Propterea ad omnia madata tua dirigebar: oēm viam iniquā odio habui. Qui quiſpiā amat ſupra omne quod ęſtimat precioſū: nichil mirū ſi illud ſequitur. & oēs vias declinat et odit/quę illud auertunt. nā amor/ad ſe conuertit/ valētius quidē q̄ ſol ad ſe heliotropiū. fortius attrahit q̄ ad ſe magnes ferrū. ſtrīgit arctiꝰ q̄ qđcunq; viculū. quis ergo debeat mirari ſi is qui legē tuā amat ſuper aurū & topaziō: dicat/ propterea ad oia mādata tua dirigebar/et īſuper addat/oēm viā iniquā odio habui. lex enim tua cōuertit/traxit/ſtrixitq; illū inſtar īdiſſolubilis vinculi. īmo tu cōuertiſti/traxiſti/ſtrinxiſti/qui es optimę legis pluſq̄ ſuperoptimꝰ indultor: vt te ſolū diligeret. qui ſi te ſolū diligit qui es ipſa æquitas (tu es enī prima æquitas: & amandi lex et ſuperemīnēs amor) vt omnē iniquitatē odio habeat neceſſe eſt. & etiā qui ſolā amat lucem: quomodo exoſas non habebit tenebras? tu es ipſa lux: quæ ſpirituales oculos implet et quæ ſe ſolam iis qui capaces ſunt admirandā præbet et 8

solam amabilē etsi cætera propter illā diligunt. nā amor qui propter alterum est: nō amor/ sed via quædam potius/& quoddā mediū ad ipsum verū/solū & propter se amorem. Qz si dicitur amor: asseclam vocemus/pedissequum & veri amoris comitem.

ADVERTE. Secundo versu. susci pe seruum tuū in bonū: Hieronymus ex hebræo/spon de pro seruo tuo in bono. Alij sic. dulcescat seruus tuus in bono/quod perinde est ac acceptus sit & placeat seruus tuus in bono: & hæc non aspernanda sententia/ & magis intelligentiæ nostræ tralationis accedit. & vocabulū quo hic vtitur propheta/idem est ei quod & in oraculo Malachiæ. & placebit domino sacrificiū Iuda & Hierusalem. quid est enim suscipe seruum tuū in bonum: nisi placeat & acceptabilis sit seruus tuus in bono? ¶ Secūda eiusdē versus particula. nō calumnientur me superbi: ex hebræo ne calumnientur me superbi. cui magis concordat romana tralatio qua habetur/vt nō calūnientur me superbi. sed hæc non magnipendenda diuersitas. ¶ Sexto versu. Tēpus faciendi domine. ex græco legendū domino. καιρὸς τοῦ ϖοιῆσαι τῷ κυρίῳ. tempus faciendi domino. Sed & in hebreo hic nomē dei יהוה habet LE articulū datiui. verum id perinde est ac si dicas Tēpus vt facias domine. & sic expressit Hieronymus. quare si vocatiuus hic ponatur: nichil de intelligentia mutatur/etsi interpretationis fidelitas non obseruetur.

XVII

	Phe.	Oris.	ד
p1	MIrabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea.	MIrabilia testimonia tua domine: ideo scrutata est anima mea.	MIrabilia testimonia tua: ideo custodiuit ea anima mea.
p2	Declaratio sermonū tuorū illuminat: & intellectū dat paruulis.	Declaratio sermonum tuo illumiat me: et itellectū dat puulis.	Ostiū sermonū tuorū lucidū: doce paruulos.
p3	Os meū aperui et attraxi spiritū: quia mādata tua desyderabam.	Os meū aperui et attraxi spiritū: quia mādata tua desyderabā.	Os meum aperui & respiraui: quia mandata tua desyderabam.
p4	Aspice in me & miserere mei: secundum iudicium diligentium nomen tuum.	Aspice in me & miserere mei: secundum iudicium diligētium nomē tuum.	Respice ad me & miserere mei: iuxta iudiciū diligentium nomē tuū.
p5	Gressus meos dirige secundum eloquium tuū: & non dominetur mei omnis iniustitia.	Gressꝰ meos dirige secūdum eloquium tuū: vt non dominetur mei omnis iniustitia.	Gressus meos firma in sermone tuo: & nō despotestatē in me vniuersæ iniquitati.
p6	Redime me a calūnijs hominum: & custodiā mandata tua.	Redime me a calūnijs hominū: vt custodiam mandata tua.	Redime me a calūnia hominum: & custodiā præcepta tua.
p7	Faciē tuā illumina sup seruū tuū: & doce me iustificationes tuas.	Faciē tuā illumina sup seruū tuū: & doce me iustificationes tuas.	Vultum tuum ostende seruo tuo: & doce me p̄cepta tua.
p8	Exitꝰ aquarū deduxerūt oculi mei: quia non custodierūt legē tuam.	Exitus aquarū trāsierunt oculi mei: quia nō custodierunt legē tuam	Riui aquarū fluebāt de oculis meis: quia nō custodierūt legem tuam.

SEPTIMEDECIMAE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

p ¶ Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea. Si tu domine cuius nomē est admirabile/& qui facis mirabilia solus quorum non est numerus/summe es admirabilis: & testimonia tua merito erunt admiranda/& omni perueſtigatione digna/ que quidē ad te ducunt solū superadmirandū/ & ad cognoscēda mirabilia opera tua. nōne admirabile est per ea ipsa accedere ad inaccessibilem/ cognoscere incognoscibilem/ videre inuisibilem?

Psal. 118 Ogdoas. 17 Mirabilia.

tu enī es deus absconditus: qui cognitus etiā manes ignotus. nonne opera tua mirabilia: quandoquidē iuxta sapientis assertionē cūctæ res difficiles sūt & nō potest eas homo explicare sermōe/ & se sēper digna sui admiratione præbent scrutabiles? tanto magis testimonia tua: vt de quibus merito propheta tuus asserat, mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea aia mea. & reuera mirabilis ī oīb⁹ de⁹: testimonia tua sūt oī admiratiōe dignissima.

p ¶ Declaratio sermonū tuorū illuminat: & intellectū dat paruulis. Vt sole sub terris sē cōdente oculi versātur in tenebris: at eodē exortus attingente oīa q̄plurimū plena sūt lumine. hunc in modū verbo dei se cōdente mentes oēs cęcę sūt: quo quidē exoriēte/ protinus diuino oppletę lumine/ vidēdi sēsū recipiūt/ & vidēt & cognoscūt admirabilia testimonia tua. & hic diuini verbi tui in mētibus exortus/ hęcq; sermonū tuorū illuceścētia humilib⁹ se ingerit: offēdit aūt & repercutitur a supbis. qđ & mirifice seruus tuus aperit cū inquit. declaratio sermonū tuorū illuminat: & intellectū dat paruulis. sic enī sol exoriēs plana humiliaq; loca ex æquo illustrat: impeditur autē & repercutitur a montosis & cliuosis. 2

p ¶ Os meū aperui & attraxi spiritū: quia mādata tua desyderabā. O deus vnus sine solitudine: & trinus sine multitudine. tu es cū verbo tuo: tu es cū spiritu tuo. & tu/ verbū tuū/ & spiritus tuus: idē ac vnū sunt. ideo cū verbū tuū mētes illuminat/ & ad humiles et paruos vsq; descendit: nō solitariū venit/ nō venit incomitatum. sed cū auidę mētes sermones tuos sitientes atq; depereuntes ardentius verbū tuū/ os aperiunt ad illud suscipiēdū: spiritū sanctū tuū per se bono verbo tuo affectā adhauriunt. os meū (inquit) aperui/ et attraxi spiritū: quia mandata tua desyderabā. & hoc spiritu fœcundæ redduntur/ feruentes & dilatatæ in amplū ad teipsum qui es fontana bonitas suscipiendū. vt in domo illa verbo tuo purgata & illuminata/ & spiritu tuo charitate cōstrata: sit te aduenīente perfectissima & iocundissima societas/ & impleatur sacri verbi tui dictū dicētis. si quis diligit me sermonē meum seruabit: & pater meus diliget eū. & ad eum veniemus: & mansionem apud eum faciemus. quomodo enim veniret verbū tuū/ lux tua perennis: incomitata? nā neq; radius solis qui calore suo fœcundat & dilatat/ ad nos venit incomitatus. tu autē es sol solis. & verbū tuum lux lucis. & spiritus tuus/ superimmensus calor & ineffabilis. 3

p ¶ A spice in me & miserere mei: secundū iudiciū diligentiū nomē tuū. Spiritus procedit/ spirat/ replet/ purgat/ innouat/ viuificat/ accendit/ solidat/ sublimia petit: & huiusmodi q̄plurima. procedit quidē ab alto/ spirat ad ima/ replet vacua/ purgat impura/ innouat antiqua/ viuificat mortua/ accēdit languentia/ infirma solidat/ humilia euehit ad alta. & si spiritus qui inter nos flat/ hæc facit: quid diuinus faciet spiritus? si flatus oris nostri/ corporeū succendit ignē corpora cremare valentē: nonne flatus diuini oris spiritualē accendet ignē & beneficū & illius omotheę prototypęq; flāmæ capaces spiritus innoxie amburētē? erūt sane diuino illo spiritu acti: afflati ab alto oēs. erūt pleni/ purgati/ innouati/ viuificati/ succensi/ solidati & fideles: & ex humilibus ad alta superuecti. nichil igitur mirū: si is qui os aperuit & attraxit spiritum/ & quem hic spiritus amoris agit/ se committit iudicio aliorū consimiliter amantium/ & clamat ad eum a quo procedit ille sursum agens spiritus amoris. respice in me & miserere mei: secundū iudicium diligentium nomen tuū. fideles enim illi sūt & charitate feruentes. nulla illos inuidia in transuersum torquebit. nam charitas purgat inuidiamq; propulsat. si me igitur iudicabunt dignū audiri: exaudias precantem. sin indignum: tu qui summe misericors es/ præbeas te miserantem. 4

p ¶ Gressus meos dirige secūdū eloquiū tuū: & nō dominetur mei ois iniustitia. Qui amat/ vbi nondū aduenit tempus vt spirituali fruatur amato: quid aliud petat diuinū illū amatū/ diuinū illud superamabile bonum/ nisi vt interim misereścat amantis? & vt ille qui sua īmobilitate mundū torquet/ qui sua stabilitate omnia mouet/ qui sine sollicitudine curam omniū gerit/ sine fatigatione in opere iugiter perseuerat/ sine impedimento contraria pugnantiaq; & reluctātia ligat/ vt ille inquā qui solus omnia potest/ quē solū amat/ et ad quē solū suspirat/ omnes mentis eius motiones in mandatū suum dirigat/ & non sinat vllam spiritualem næquitiam interim illi dominari/ illi prævalere? ac dicat/ gressus meos dirige secundum eloquium tuum: et non dominetur mei omnis iniustitia. non des potestatē in me vlli spirituali nęquitiæ. sic enim fiet vt aliquando te potiar/ te fruar in omni securitate numero tandem ascriptus vere amantium & depereuntium te. 5

p ¶ Redime me a calumnijs hominum: & custodiam mandata tua. Quid iuuat columbā/ accipitris vitasse vngues/ defugisse morsus: si felis dente molestatur & insidijs? quid etiā iuuat spiritualē virum a malarū potestatū tyrānide liberatum: molestijs nichilominus carnalīū hominū cōtinuo esse expositum/ sanctum eius detinentiū atq; remorantiū ꝓpositū? 6

illinc amor mentē surſum rapit & iubet eſſe fidelē/ ac mandata eius qui vere diligibilis eſt & ſuperdiligibilis ſedulo exequentem. hinc moleſtia detrahit & pene diuellit: & promptā impedit ſeruitij executionem. hac de cauſa cum id contingit: ad te qui es eius portus ad quē per mare lachrimarum ſuarum nauigat & tendit/ & vnicū eius refugiū clamat. nō ſolum non dominetur mei ōnis iniuſtitia: ſed & redime me a calumnijs hominū/ & cuſtodiā mandata tua. tunc enī experieris me diligentem/ promptū/ obſequioſū et ſeruum minime in obſeruantia & executione mandatorum tuorum torpentem.

p ¶Faciē tuā illumina ſuper ſeruū tuū: & doce me iuſtificationes tuas. Quid ſupereſt/ vbi 7
quis greſſus ſuos direxit in lege domini iam liberatus a poteſtate maligni/ & a maleuolorū hominū carnaliter paſſibiliterq; viuentiū calūnijs/ ad finē vſq; in quiete mandata tua O lux vnica ſpirituū illuminatrix/ obſeruans: niſi vt te illi manifeſtes/ & oſtendas ſuperde ſyderatū vultū tuū cuncta diuinitatis tuę luce opplentē/ & in illa tua ſimplici et reuelata luce doceas illum ſupernas tuas & archetypas iuſtificationes qui eum docuiſti in obſcuritate & multa ſymbolorū varietate. & proinde deſyderiū ſuū ad te expandit hunc in modū. O ſapientię lux immenſa/ facie tuā illumina ſuper ſeruum tuū: & doce me iuſtificationes tuas. nā tu es illa vere illuminans lux & vere docens: quę (vt quidā ſeruorū tuorū rectiſſime dixit) multitudine audientiū conſtipata nō ſecludit venientes/ non peragit tēpore/ non migrat locis/ non nocte intercipitur nec vmbra intercluditur/ non ſenſibus ſubiacet/ de toto mundo ad eam conuerſis proxima eſt/ omnibus ſempiterna eſt/ nuſq̄ eſt/ nā in loco non eſt/ nichilominus nulli abeſt/ foris admonet/ intus docet/ cernentes eā omnes in melius cōmutat/ a nullo autē cōmutatur quia ipſa oīno imutabilis eſt. hęc eſt illa ſupſplē
p dida facies tua q̄ illuminat ſeruos tuos & iuſtificatiōes tuas in ſemetipſa reuelate edocet.
¶Exitus aquarū deduxerunt oculi mei: quia nō cuſtodierūt legē tuam. Sed eſto ceſſaſſent 8
miſeratione tua moleſtationes malignorū/ inſultus calūnięq; hominū: nunquid O miſericordiæ largitor pariter ceſſauerunt ſeruī tui lachrimę? minime. nā qui impatienter amat: q̄diu abeſt quē amat/ tādiu frequentes lachrimę ſolantur abſentiā. ſed illę dulces ſunt. nā tunc ſolum flere iuuat: & delectari moleſtat. quaſi tunc amarū dulcoraret: & dulce amaricaret. & vnde hoc? quia amore languet & ęgrotat. ſed hæc ęgrotatio non ad mortem: ſed ad melloręm vitā. & de his lachrimis non queritur: ſed illas potius pro munere & vt dulce ſolamen amoris poſtulat. verū ſunt aliæ lachrimæ/ quas aliorū in te (qui es pluſq̄ omni honore dignus) inhonoratio parit & irreuerētia. & hę illi intolerabiles ſunt/ difficiles et amare. & de his/ hanc quidē contra te ſolū ſuperamabilē/ ſupertremendū & ſuperhonorandū/ proteruā ferre nō valens inobedientiam/ exclamat & cōqueritur dicēs. exitus aquarū deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legē tuā. quia homines maligni tantā erga te pandunt irreuerentiā/ tantā ingratitudinē/ nullā legi tuæ pręſtantes obedientiā. & ab eodem fonte/ ab oculo dico te amantis/ videmus aquā ſcaturire dulcē pariter & amarā/ contra omnīū aliorū fontiū naturā. illam parit amor & ij qui cuſtodiunt legē tuā: ſed hanc zelus & ij qui contemnūt legis tuæ cuſtodiam.

ADVERTE. Quarto verſu. ſecundū iudiciū diligentiū nomen tuū. quanq̄ hic Hieronymus (niſi exemplar corruptū ſit) vertit iudiciū: hic nichilominus vocabulū CHIDEBAR habetur in hebræo/ quod a DABAR deſcendit verbū ſignificante. Et vocabulū hic poſitū ogdoade Beth verſu primo & octauo & Gimel primo Hieronymus vertit verba tua & interpretes ſermones tuos & Daleth primo tā Hieronymus q̄ interpretes verbum tuū: & fere vbiq; per pſalmū conſimiliter. vnde fit vt recte hic interpretes vertiſſent/ ſecundū ſermonem/ aut ſecundum verbum diligentium nomen tuum. Sed q̄ promiſcue vnū pro alio vertunt: hoc vocabulorum coincidentię argumento eſt. illa enim duodecim reipſa in idem coincidere diximus. ¶Quinto verſu. et non dominetur mei omnis iniuſtitia. ſunt qui legi volunt vt non dominetur. quod romana tantum æditio habet. verum ex hebręo & græco & ex gallica æditione habetur &. nam ſic ex hebręo: & non des poteſtatē in me vniuerſæ iniquitati. græce vero καὶ μὴ κυριευσάτω μου πᾶσα ἀνομία. Et in hoc loquendi modo vniuerſalitas retinetur orationis: acſi diceremus nulla iniuſtitia dominetur mei/ aut omnis iniuſtitia non dominetur mei. Quod dictum ſit: ne litigioſus aliquis ex iportuniore ſchola & rigidiore q̄ par eſt dialectica hic deſipiat. eſt enī dialectica nō ꝓpter ſe ſed ꝓpter alia. ideo et ipa et eiꝰ regulę ad alia trahēdę ſūt/ nō alia ad illas. vt inſtrumēta ad opꝰ: nō opꝰ ad inſtrumēta. Et qđ nōnulli vocāt rigorē logice: qdā qui rectiꝰ norūt/ iuſte appellāt iportunitatē logice vnāq; et ἀλόγιστον (vt ſic dicā) id eſt minime logicā ac rationabilē/ garrulitatē. nō q̄ vicīū ſit artis aut diſciplinę q̄ eque neceſſaria ē ad ꝓbe et minime

GALL. ROM. HEB.

fallaciter differendum/ vt grammaticę & rhetoricę ad latine & diserte loquendum: sed eorum qui male/libero viro dignas artes disciplinasq; tractãt. & quousq; ipsę redierint ad suum nitorem amota omni male vtentium impostura: nõ solũ rationales/naturales & mathematicę/ sed etiã sacræ litteræ id patientur quod sol obiectu intermedię lunæ/aut luna obiectu intermediæ opacitatis terræ. Verũ id deliquiũ oculis mentis maximũ affert detrimentum: q̃plurimi tamen ægri sunt qui volentis sanare non audiunt consilium. tu igitur deus qui es animarum lux & scientiarum dominus/ huic medere languori: quo purius de te vt æquum/dignũ & fãctum est/ amodo philosophetur/& inspira qui tuo auxilio id velint & inspirati possint. ¶Sexto versu. in tralatione romana/ vt custodiã mandata tua. ex hebræo/& custodiam præcepta tua. sic etiam in tralatione nostra habetur & custodiã nõ autem vt custodiam. & in græco καὶ φυλάξο τὰσ ἐντολάσου. ¶Octauo versu. exitus aquarum deduxerunt oculi mei/quia non custodierunt legem tuam: Hieronymus ex hebræo/riui aquarũ fluebant de oculis meis/quia non custodierunt legem tuam. id nõ custodierunt nõ refertur ad oculos vt sic intelligas/ quia nõ custodierunt oculi mei legem tuã. nã in ipso huius ogdoadis initio testatur se custodisse. mirabilia (inquit) testimonia tua: iccirco custodiuit ea anima mea. sed refertur ad eos a quorũ calũnijs petit vir iustus liberari. illum enim videntem eos legem dei præuaricari/ cogebat dei zelus ex oculis riuos aquarum deducere/ non quia calumniarentur eum sed quia non custodiebant legem dei. et consimilis ferme tertij versus sequentis ogdoadis sententia: tabescere me fecit zelus meꝰ/ quia obliti sunt verba tua inimici mei. in qua quidem ogdoade amplius de zelo ꝓsequit.

XVIII

Sade. Iustitia.

ſ 1 IVstus es domine: & rectũ iudicium tuum. Sade.

IVstus es domine: & rectum iudiciũ tuum. Iustitia.

IVstus es domine: & rectum iudiciũ tuum.

ſ 2 Mandasti iustitiam testimonia tua: & veritatẽ tuam nimis. Sade.

Mandasti iustitiam testimonia tua: & veritatẽ tuam nimis. Iustitia.

Præcepisti iustitiam testimonij tui: & veritatẽ tuam nimis.

ſ 3 Tabescere me fecit zelus meꝰ: quia obliti sũt verba tua inimici mei. Sade.

Tabescere me fecit zelus domus tuę: quia obliti sunt verba tua inimici mei. Iustitia.

Consumpsit me zelus meus: quia obliti sunt verborum tuorum hostes mei.

ſ 4 Ignitum eloquium tuum vehementer: & seruus tuus dilexit illud. Sade.

Ignitum eloquium tuũ vehementer: & seruus tuus dilexit illud. Iustitia.

Probatus sermo tuus nimis: & seruus tuus dilexit illum.

5 Adolescentulus sũ ego & cõtemptus: iustificationes tuas non sum oblitus. Sade.

Adolescentior sum ego & contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus. Iustitia

Paruulꝰ ego sum et cõtemptibilis: sed præcepta tua non sum oblitꝰ

ſ 6 Iustitia tua iustitia in æternum: & lex tua veritas. Sade.

Iustitia tua iustitia in ęternum: & lex tua veritas. Iustitia.

Iustitia tua iustitia sempiterna: & lex tua veritas.

ſ 7 Tribulatio & angustia inuenerunt me: mãdata tua meditatio mea. Sade.

Tribulatio & angustia inuenerunt me: mandata autem tua meditatio mea est. Iustitia.

Tribulatio & ãgustia inuenerunt me: mandata tua voluntas mea.

ſ 8 Aeqtas testimonia tua in æternum: itellectum da michi & viuam.

Aeqtas testimonia tua in ęternum: itellectum da michi & viuam.

Iusta testimonia tua sẽper: doce me & viuam.

ſ ℂ Iuſtus es domine: & rectum iudicium tuum. O domine qui omnibus pro dignitate & 1
vt par eſt tribuis/mortalib⁹ mortalia & immortalibus immortalia: & qui perfectiora perfectioribus adornas. iuſtitia tua vniuerſi continet ordinem & decorem. hæc dedit igni leuitatem/ caliditatem/ ſubtilitatem raritatemq; maximam/ & eum luce decorauit. quas iuſtitiæ tuæ dotes dum perdit/ protinus interit: in hoc pariter oſtendens/ nichil ſine iuſtitiæ tuæ indultis poſſe ſaluari/ quæ eſt vniuerſa ſaluans & vniuerſa continens. ſimili quoq; modo aqua interit: ſi quæ ab eadem illi indulta eſt humiditas/ frigiditas/ denſitas ceruleitaſq; deperit. & res alia quæuis/ quæ a iuſtitiæ tuæ donis deficit. nam & hoc nimirum æquũ eſt: vt vbi beneficę tuæ virtutis ac ſaluatricis munera deſunt/ id quoq; ſentiat interitum. perinde atq; ſi quid graue columna ſuffultum: ſoluta baſe protinus in præceps ruat deorſũ. quis igitur non dicat: iuſtus es domine/ & rectum iudicium tuum? qui hoc profecto ignorat: neſcit quidnam ſuſtentat eum. & in confinio eſt niſi illa tua omni vinculo & omni retinaculo fortior iuſtitia retineat eum: vt in præcipitium corruat ſempiternum.

ſ ℂ Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua: & veritatem tuam nimis. Ignis aquæ quantum po 2
teſt obluctatur: ne iuſtitiæ tuæ deperdat ordinem. Itidem & igni aqua. & vnaquæq; naturã: iuſtitiæ tuæ fœdus violanti/ ꝓ viribus repugnat. nõ ergo quando aqua extinguit ignẽ/ intendit violare aut corrumpere ignem: ſed quod ſuum eſt & a iuſtitia tua habitum conſeruare/ & quoad poteſt/ quantũcunq; poteſt perpetuare. eſt enim iuſtitia tua perpetua. Et tu iuſtiſſime conditor rerum qui perfectioribus perfectiora diſtribuis/ & perfectiora ſolicitius curas/ nulla tamen negligis: non tam arcte dediſti igni calere/ lucere/ ſurſum emicare q̃ homini te diligere/ cognoſcere & ad te leuari/ ceteraq; pręcepta tua implere. vt de hac ipſa iuſſione tua maxime afferendum ſit nobis: mandaſti iuſtitiam/ teſtimonia tua & veritatem tuam nimis. q⁹ autem ita arcte mãdaſti: hoc ideo eſt/ q⁹ tibi maxima cura eſt humanę ſalutis. eſt enim iuſtitię ſaluare: iniuſtitiæ vero perdere. deberet ergo quiſq; ne hic iuſtitiæ tuæ circa ſe ſolueretur ordo violareturue: totis viribus eniti/ obluctari/ reſiſtere & ſupra vires pugnare. & longe quidem validiori ſuperioriq; niſu q̃ ignis pro ea quæ circa ipſum eſt ſeruanda iuſtitiæ diſpenſatione compugnat aquæ.

ſ ℂ Tabeſcere me fecit zelus meus: quia obliti ſunt verba tua inimici mei. Si lupus inſilit 3
in armentum: nonne videre licet vniuerſa cornigera/ arma ſua conuertere in graſſatorẽ/ & ne in vno ſimilium violentur iuſtitiæ tuæ iura/ vniuerſa zelare? zelus igitur eſt qui ad arma concitat aduerſus eos qui iuſtitiæ tuæ indulta violant: non tam vlciſcendi deſyderio q̃ conſeruandæ iuſtitiæ tuæ cauſa. Hinc populorum eruptiones? cedes/ vrbium deletiones depopulationeſq; locorum & regnorum in inuicem acerbæ concuſſiones. Q2 ſi homines ad executionem deſides inuenientur & pigri: elementa ſæuient/ & clades/ peſtes/ ſterilitates/ aquarum cataclyſmos & inundationes/ & id genus caſtigamenta inducent. aut venenata & noxia animalia: frugibus/ arboribus/ armentis & hominibus moleſtiam afferent. zelus enim (inquit) domini exercituum faciet hoc. & ad quid: niſi vt corruptos populos iterum reparet ad iuſtitiam? ſeruus igitur tuus quicunq; & vbicunq; fuerit/ zelo iuſtitię tuę velut igne quodam ſuccenſus/ non valens quæ circa eã fiunt tranſgreſſiones in melius reuocare/ non valens reparare/ corruptores ipſos & tranſgreſſores hoc ipſo infenſos & inimicos habens: liqueſcit/ marcet/ & totus abſumitur & exclamare compellitur. tabeſcere me fecit zelus meus: quia obliti ſunt verba tua inimici mei. atq; ideo inimici: quia iuſtitię tuæ & pręceptorum tuorum obliti. qui ſi reſipiſcant & iuſtitiam reparent: & illi ijdem amici.

ſ ℂ Ignitum eloquium tuum vehemẽter: & ſeruus tuus dilexit illud. Quomodo ſeruus tu- 4
us zelo iuſtitiæ tuæ non concitaretur/ non tabeſceret/ illa tutari & defendere non valens? quandoquidem ignitum eloquium tuum vehementer/ & ſeruus tuus dilexit illud. Quid eſt aliud eloquium tuum: niſi iuſtitia tua? quę ſecundum ſe ſeruos tuos amore ſuccendit/ & eos qui eam ſeruant ęterna pace ligat. eos etiam qui eam ſeruant in eos qui non ſeruãt ſed violant/ zelo inflammat. iuſtitia igitur eadem eſt quę creat amorem/ quæ dat pacem/ quę creat zelum/ quę bellum inducit/ quæ ligat & quę diſſoluit: ſed ſua pręſentia dat pacẽ & ligat. vbi vero abeſt: diſſoluit ac bellum inducit. vt ſol præſens beneficum calorem cauſat: abſens autem/ noxium frigus parit.

ſ ℂ Adoleſcẽtulus ſum ego & contemptus: iuſtificationes tuas non ſum oblitus. Q2uis qui 5
tibi ſpiritu ſeruit charitate ignitur & zelo concitetur: nichil mirum ſi tabeſcit vbi quod maxime cupit non exequitur. vi enim id non poteſt. quia vt plurimũ puſillæ vires eius:

Psal. 118 Ogdoas. 18 Iustus es.

& simples viribus adolescentuli. at transgressores multi sunt & robustis viribus: a quibus pro nichilo ducitur/irridetur/ contemnitur. q; si id sermone efficere tentat: sermone non emolliuntur/atq; ideo æque confusus abibit & contemptus. quid igitur tunc faciat? nisi iugiter præceptorum tuorum memor illa pro viribus suis impleat/ imitator illius qui simili zelo feruens dicebat. adolescentulus sum ego & contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus. paruulus sum & viribus impar/& ab inimicis tuis contemptibilis. cum igitur non quod velim/ id saltem quod possum efficiam/ exercebor assiduus & pro meis viribus in iustificationibus tuis.

¶ Iustitia tua iustitia ī æternū:& lex tua veritas. Insuper zelū suū consolatur: quia iustitia tua iustitia in æternum/& lex tua veritas. Sed qui illi aduersantur/ qui iustitiam tuam violant/qui confundunt ordinata/qui vera adulterāt in falsa/qui sancta prophanant/paruo tempore id valebunt:& eorum iniquitas/falsitas/ impuritas cito destruetur. nam malum & iniustum suimetipsius & eorū quibus adest corruptiuum est: bonum vero & iustum suiipsius conseruatiuum & eorum quibus adest salus. hinc iustitia proprie rerum salus est: quam serenitas/ pax/ amicitia/ concordia/ securitas & perennitas comitantur. iniustitia vero/rerū pernicies: quā turbulētia/bellū/ĩmicitia/discordia/solicitudo/ metꝰ/mors & cita e rebus ipsis truncabilitas e vicino sequuntur. sed & in lege tua hoc ipso etiam consolatur: q; lex tua veritas est. veritatis autem proprium est: cito depulsis falsitatis tenebris illucere. quare cito(quod ipse O benignissime rerum annuas & velis) sublatis quæ in terra sunt huiusce modi tenebris: fides tua in amplū lucebit vbiq;/in amplū cognita erit & inuulgata. & ijs etiam qui reluctati fuerunt paulo post sic elucebit: vt eam vel inuiti veram esse confiteri cogantur in medijs ipsis indesinentibus tormentis/ alijs e diuerso qui eam veram confessi ac venerati sunt/ q; eam veram agnouerint/q; seruauerint/gaudentibus in perennibus delicijs. 6

¶ Tribulatio & angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est. Qui sæculares didicerunt litteras/magnū illis affert philosophia solamen/ tum cū secunda fortuna dulci flatu mulcet/tum cum aduersi casus premunt. Verum spiritualibus viris cum tribulatiões ingruunt/cum premunt angustiæ: multo fortius affert solatium recordatio tuorum mādatorum. nec iniuria. nam sunt illis futuræ beatitudinis pignus: quod nullum pollicetur/nullum aliud præstare potest studium. quid enim quis non libenter ferat/dum cogitat quod in præsenti premit/ esse momentaneū: quod autem expectatur/esse æternum? neq; aliam quærebat medicinam/non aliud medicamentū propheta cum inquiebat: tribulatio et angustia inuenerunt me/ mandata tua meditatio mea est. hęc illi exercitatio satis erat ad omnem tribulationem tolerandam: ad omnem angustiam supprimendam. nā etiam peccantibus tu domine saluator es in die tribulationis: tanto magis seruis tuis/ & ijs qui obsequuntur quoad possunt mandatis tuis. 7

¶ Aequitas testimonia tua in ęternum: itellectum da michi & viuam. Actio bona est: sed contemplatio melior. nam actio contingentium est: cōtemplatio necessariorū/& summopere vnius quod solum est necessarium. actio serua: contemplatio libera. actio multis impediri potest: contēplatio nequaq̄. nam neq; vincula timet/neq; carceres: neq; vlla re mortali eget. actio ima: contemplatio occupat summum. actio in vmbra: contemplatio in luce figit oculum. actio corruptibilem non transcendit mundum: contemplatio durat in æuū. Quem igitur intellectum petit vt viuat seruus tuus cum inquit: æquitas testimonia tua in æternum/intellectum da michi & viuam? nunquid actiuum? Sed æquitatem non capit ęternam. petit ergo contemplatiuum: qui & sempiternus est/& consimilem præstat vitam/ & validissimam in omni mundi pressura consolationem. Intellectus actiuus solum humanum aut non multo supra/ rerum diuinarum suscitat amorem. at contemplatiuus si excellit/ ducit ad extaticum/& diuinum intrat silentium altamq; quietem. si autem non excellit: ducit saltem ad extatici amoris diuineq; incompręhensibilitatis quandam olfactionem. quis igitur non viueret per huius tam diuini tamq; sublimis diuino munere intellectus adeptionem? viuet profecto quisquis hanc(indultore & miseratore deo)adeptus fuerit intellectus dignitatem. 8

ADVERTE. Quarto versu. ignitum eloquium tuum vehementer. Hieronymus ex hebræo/probatus sermo tuus nimis. Eloquium dei sic igne spiritus sancti probatum est vt optimum aurum igne materiali. quare & recte ignitum vehementer & vehementer probatum dicitur. qui tamen dicit ignitum/ spiritus sancti ignientis promptiorem relinquit intelligentiam. tametsi idem velit illud ignitum atq; probatum. ¶ Quinto versu. adolescen-

tulus sum ego & contemptus: ex hebræo/paruulus sum ego & contemptibilis. quod quadrantius est intelligentiæ. quasi propriam infirmitatem ad implenda dei præcepta spiritualis seruus quantum in se est agnoscens dicat: paruis & pene nullis viribus sum/& quę nullius momenti estimandę sunt ad implendum eloquium tuum & resistendum aduersarijs/totum diuinę gratię diuinoq; q illud implere possit ac resistere tribuens auxilio.

XVIIII

Coph. Vocatio. ד

q1 CLamaui in toto corde exaudi me domine: iustificationes tuas requiram. Coph. CLamaui in toto corde meo / exaudi me dñe: iustificationes tuas requirã. Vocatio. CLamaui in toto corde exaudi me domine: præcepta tua custodiam. ד

q2 Clamaui ad te saluum me fac: & custodiã mãdata tua. Coph. Clamaui ad te & saluũ me fac: vt custodiã mãdata tua. Vocatio. Inuocaui te saluũ me fac: & custodiam testimonia tua. ד

q3 Præueni in maturitate & clamaui: quia in verba tua superperaui. Coph. Preueni in maturitate & clamaui: & in verbo tuo speraui. Vocatio. Surgebã adhuc in tenebris & clamabã: verbũ tuum expectans. ד

q4 Pręuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. Coph. Præuenerũt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. Vocatio. Præueniebãt oculi mei vigilias: vt meditarer in sermonibus tuis. ד

q5 Vocem meam audi secũdum misericordiam tuam domine: secundũ iudicium tuum viuifica me. Coph. Vocem meam exaudi domine secundum misericordiam tuam: et secundum iudicium tuũ viuifica me. Vocatio. Vocem meã audi iuxta misericordiam tuam domine: secundum iudicium tuum viuifica me. ד

q6 Appropiquauerũt psequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti sunt. Coph. Appropiquauerũt psequentes me iniqui: a lege autem tua longe facti sunt. Vocatio. Appropiquauerũt psecutores mei sceleri: & a lege tua procul facti sunt. ד

q7 Prope es tu domine: et omnes vię tuæ veritas. Coph. Prope es tu domine: & omnia mandata tua veritas. Vocatio. Prope es tu domine: & omnia mandata tua veritas. ד

q8 Initio cognoui de testimonijs tuis: quia in ęternum fundasti ea. Coph. Initio cognoui de testimonijs tuis: quia in ęternum fundasti ea. Vocatio. A principio noui de testimonijs tuis: quod in ęternũ fundaueris ea.

NONEDECIMAE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

q1 CClamaui in toto corde exaudi me domine: iustificationes tuas requiram. r1

q2 CClamaui ad te saluum me fac: & custodiã mandata tua. Si seruus aliquis dũ mandatis domini sedulus obsequitur / in manus maleuolorũ incidens vinculis arcetur/ conijcitur in carceres/ inhumanius tractatur & asperius/ vult & non potest debitum domino impẽdere seruitium: nonne ore clamat ad dominum si potest/ vt sibi ferat suppetias/ ea lege/ ea intentione vt quod debet explere possit officium/ tanto magis spiritualis seruꝰ dũ premitur/ dum impedit ab executione diuinorũ mandatorum/ clamat ad dominũ non ore sed toto corde. neq; enim ignorat scriptũ esse: inuenies eum/ si tamen toto corde quæsieris. nam vt diuinus inquit sermo. Homo videt ea quę patent: deus autem intuetur cor. clamat igitur ad te dominum dominorũ cui silentium vox est & cogitatio sermo. Quod & ita esse faciendum: docet ille seruus tuus qui dixit. clamaui in toto corde meo exaudi me r2

domine: iustificationes tuas requiram. clamaui ad te saluum me fac: & custodiam manda
ta tua. clamauit ad te qui propitius es & deprecabilis super seruos tuos. neq; iustũ se pu
tat: nisi exquirat & custodiat mandata tua. nã mandata tua iustificationes sunt: quibus iu
stificas seruũ tuũ. seruans eni iustus est: omittens iniustus. sed quomodo obseruabit/ quo
modo opere ipso implebit: nisi eruas eum de manibus ipsum impedientium?

¶ Præueni immaturitate & clamaui: quia in verba tua supersperaui. 3

¶ Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. Nec satis illi erat toto 4
corde ad te clamare vt exaudires/ vt saluares quo requireret & custodiret mãdata tua: sed
præueni (inquit) ĩmaturitate & clamaui/ quia in verba tua supersperaui. præuenerunt ocu
li mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. spes eum vigilare fecit ad eũ qui nũq̃ dor
mit. ad eum clamare: qui oĩa anteq̃ cogitata audit. ad eũ spirituales oculos præuenire di
luculo: cui facta in tenebris eque micant vt in luce. nam ille est qui dixit de tenebris splen
descere lucem. & cui nox vt dies illuminatur. adeum quidẽ oculi illius prẽuenerũt: vt me
ditaretur eloquia eius cui omne cor patet & omnis voluntas loquitur. cui silentiũ clamat/
& quem taciturnitas precatur. nõ ergo qui præuenit/ qui clamat & si is ad quẽ clamat tã
tisper audire dissimulat: derelinquitur sed exercetur. non proiicitur sed perficitur. verum
vt mulier cum parit tristitiã habet: ita cum virtus hoc pacto exercetur molestiã affert. sed
fructus qui inde nascitur: decore perfectissimus/ odore fragrãtissimus/ sapore gratissimus/
voluptate indeficiens & iucundissimus tandem decerpitur.

¶ Vocem meã audi secundum misericordiã tuam domine: & secundũ iudiciũ tuum viui- 5
fica me. Cum tu omnia videas/ audias omnia/ scias omnia/ sintq; omnia tibi curæ qui attĩ
gis a fine ad finem fortiter & disponis omnia suauiter: si protelas exauditionem/ hoc ideo
est quia aut petitur quod non iuuat/ aut si iuuat non tamen tunc exaudiri iuuat. nã sicut
igne probatur argentum & aurum: ita corda probas domine. atqui non expedit vt aurum
quod probatur/ ilico subtrahatur ab igni: neq; etiã vt ilico quis cum id cupit/ a persecuti
one liberetur. nam & qui valitudinarius est: petit a medico q̃ocyssime liberari. verum fre
quenter quia in re eius non est: curationem prudens medicus in aliud tempus differt/ vi
dens perfectiorẽ cõsummatiorẽq; se hoc pacto largiturũ sanitatem. sed quis te prudẽtior/
quis te curandi peritior O optime & sapientissime rerũ/ si tamen rebus venis annumeran
dus? at potius rebus omnibus superior/ ab omnibus es secretus/ supersapiens & superbo
nus. Quare spiritualis seruus tuus/ etsi exaudiri/ saluari/ viuificariq; petat: non tamen id
petit vt vult & iudicat/ sed secundum misericordiam tuam/ & secundum q̃ tu ipse iudi
cas illi fore bonũ/ ad te clamans/ vocem meam audi secundum misericordiam tuam do
mine: et secundũ iudiciũ tuum viuifica me. nã si par est vt qui ægrotat se omnino cõmit
tat medici iudicio: longe decentius est vt omnis qui aduersitate premitur se tibi penitus
credat deo suo/ se prorsus relinquat tuo superbono iudicio/ voluntati et arbitrio.

¶ Appropinquauerunt persequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti sunt. 6

¶ Prope es tu domine: et omnes viæ tuæ veritas. Si quis incidens in latrones a quibus 7
vulneratur/ spoliatur/ stipiti alligatur/ videt illos lucem fugere et procul a via obscuriora
quæritare latibula: coniectat aliquẽ venientem/ propinquũ suspicatur auxiliũ sibi affore.
simili iudicio: sensit in spiritu/ tuũ aduentũ O liberator oppressorũ/ sensit vicinũ auxilium
ille seruus tuus qui ait. appropinquauerunt persequentes me iniquitati: a lege autẽ tua lõ
ge facti. prope es tu domine: et omnes viæ tuæ veritas. nam quãto magis a lege tua discẽ
dunt: tanto magis a luce diffugiunt/ et a via procul absistunt. seruus autem tuus in via re
lictus/ vulneratus/ spoliatus/ vinctus: tuã opem implorat. at vero tu domine cuius viæ sũt
veritas: tu illi prope astas. nã tu es ille de quo per spiritum sanctũ dicitur: prope est domi
nus omnibus inuocantibus eum/ omnibus inuocantibus eum in veritate. prope es domi
ne qui (vt vnus sanctorum tuorũ probe ait) non corporalibus locis cõtineris. qui cum sis
immensus: non finibus aut spacijs coartaris. ades vbiq; et totus vbiq; es. non pro parte
vsq̃ es: sed in omnibus omnis es. et cum te inuocamus: non a nobis longe manentẽ quæ
rimus. nam in te viuimus/ mouemur et sumus. qui animã incorporalem posuisti quodã
modo tui simulachrũ/ viuam quandã tui effigiẽ et similitudinẽ quæ omnibus in membris
diffusa: a singulis quibusq; partibus nõ abest. etiã si priuata ei regio in toto corpore sedes
est: tamẽ in medullis/ digitis/ artubus infunditur. quod putrẽ carnis fuerit: sine animę de
trimento reciditur quasi procul illi abesset. sanis prope adest: et integris permiscetur mẽ
bris. ita tu domine idem artifex et archetypa rerum veritas/ incorporalis et immense/ qui
omnẽ proportionẽ refugis/ et omnẽ excedis similitudinem: huic dimẽso et corporali mũ-

do miſeris/a vicioſis tamẽ & per opera putridis/reſecandis & mortuis procul abſiſtis.

q ¶ Initio cognoui de teſtimonijs tuis:quia in æternũ fundaſti ea.Odiũ cito res diſperdit/ diſſociat & diſſipat:amor contra/ſaluat/continet atq; ligat.& hinc res ab amore profluxiſſe conſtat:& odiũ nequaq̃ rerũ eſſe principium.Et homo ſiquid amat:nunq̃ illud interire/ nunq̃ deficere velit.eſt igitur amor:æterni deſyderiũ/& cum ſemper eſſe ſummopere cõſpirans.odiũ autem cum non eſſe/& cũ nunq̃ eſſe. quod ſi id humanus patitur amor/ primi diuiniq; amoris(ſed remotiſſime quidẽ)ęmulus:quid ille ver⁹/diuinuſq; patitur amor? ille profecto eſt qui vere omnia ſaluat/qui omnia continet/& ad æternitatis conſortia ducit.quare ſi quid in illo amore fundatũ:illud ꝑculdubio ęternũ eſt.Sed O domine qui omnia amore pręuio fœcũdas & omnia in amore creas amaſq; omnia: licet ſtatim a principio cognoſcere/te mandata tua in amore fundaſſe/& maxime in tuo amore.nã tu domine qui es veritas æterna/per temetipſum reſerare dignatus es/hoc maximũ & primũ eſſe mãdatũ.dilliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo/& in tota anima tua/& in tota mente tua.& ſecundũ ſimile huic:diliges proximũ tuũ ſicut teipſum.& in his duobus mãdatis vniuerſam legẽ pendere & prophetas.ergo a quibus cætera pendent: in amore fundata ſunt/ & maxime in tuo.nam amor proximi:tui quædã eſt ſimilitudo & veſtigiũ/ & qui refertur in tuum.alioqui non vt par eſt & decet diligitur proximus.quomodo igitur qui ſtatim a principio/lumine tuo ſuperilluſtratus vidit mandata tua hoc pacto in amore fundata:non iure enunciat?Initio cognoui de teſtimonijs tuis:quia in æternũ fundaſti ea.& vſq; adeo in amore fundata:vt etiã mandati dilectio redũdet in inimicos,diligite(dixiſti)inimicos veſtros:& benefacite ijs qui oderunt vos.

ADVERTE.Secundo verſu.paſſim legitur vt cuſtodiã mandata:Romana tantum ędítio habet vt cuſtodiam.gallica autem & hebraica et cuſtodiã.In greco identidem & nõ vt habetur.καὶ φυλάξω τὰ μαρτύριάσου & cuſtodiã teſtimonia tua. ¶ Tertio verſu. p̃ueni imaturitate. legẽdũ eſt vno vocabulo imaturitate aut duob⁹ ĩ imaturitate.ex hebræo vbi habeť ſurgebã adhuc in tenebris.& ex græco προέφθασα ἐρ ἀωρί᾽α/p̃ueni in imaturitate/ quaſi ĩtẽpeſtiue et ãte lucem/ſiue(vt beato Ambroſio placet)p̃ueni ante horã.qđ et ſacer Hieronym⁹ iterpretatus eſt:adhuc in tenebris.ſi autẽ mature id feciſſet: quomodo p̃ueniſſet?mature enĩ quicq̃ facere:quid aliud eſt q̃ tẽpeſtiue/ neq; citius neq; ſerius id facere?et ideo hic/codices aliter q̃ vt paſſim legi ſolet ſunt emendandi.

	Res.	Capitis.	XX
r 1	VIde humilitatem meã & eripe me: quia legem tuam nõ ſũ oblitus.	VIde humilitatem meã & eripe me: quia legem tuam nõ ſũ oblitus.	VIde afflictionem meã & eripe me: quia legis tuę non ſum oblitus.
r 2	Res. Iudica iudicium meũ & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.	Capitis. Iudica iudiciũ meũ & redime me: propter eloquium tuũ viuifica me.	Iudica cauſam meam & redime me:in ſermone tuo viuifica me.
r 3	Res. Longe a peccatorib⁹ ſalus: quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt.	Capitis. Longe a peccatorib⁹ ſalus: quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt.	Longe ab impijs ſalus: quia prędcepta tua non quęſierunt.
r 4	Res. Miſericordiæ tuę multæ domine:ſecundũ iudiciũ tuum viuifica me.	Capitis. Miſerationes tuę multæ nimis domine: ſecũdũ iudiciũ tuum viuifica me.	Miſericordię tuę multæ domine: iuxta iudicia tua viuifica me.
r 5	Res. Multi qui perſequuntur me & tribulant me: a teſtimonijs tuis non declinaui.	Capitis. Multi perſequentes me & tribulantes me: a teſtimonijs tuis nõ declinaui.	Multi qui perſequũtur me & affligũt me:a teſtimonijs tuis non declinaui.

Psal.	GALL.	ROM.	HEB.
118 r 6 Ogdoas. 20 Vide humi.	Vidi prȩuaricantes & tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt. Res.	Vidi non seruantes pactum & tabescebā: quia eloquia tua nō custodierunt. Capitis.	Vidi prȩuaricatores tuos & mœrebam: quia verbū tuum non custodierunt.
r 7	Vide quoniam mādata tua dilexi domine: in misericordia tua viuifica me. Res.	Vide quia mādata tua dilexi domine: ī tua misericordia viuifica me. Capitis.	Vide quoniam prȩcepta tua dilexi domine: iuxta misericordiā tuā viuifica me.
r 8	Principium verborum tuorū veritas: & in ȩternum omnia iudicia iustitię tuæ.	Principium verborum tuorum veritas: in ȩternum omnia iudicia iustitię tuæ.	Caput verborum tuorum veritas: & in sempiternum omne iudicium iustitiæ tuę.

VICESIMAE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

r 1 ℂ Vide humilitatē meam & eripe me: quia legem tuam nō sum oblitus. Deus qui afflictis mederis & depressos erigis: qui cum sis secundū te incōprehensibilis/te per ōnia pinxisti vt in omnibus compræhendaris incōpræhensus. cōpatiendi affectū mortaliū pectoribus indidisti: vt eos summopere simpliciū humiliūq; cū indigna perpetiuntur/ misereatur. & hoc ideo quia tu summe miserator & misericors es/ tuæ misericordiæ & miserationis illis indulsisti vestigiū. cum igitur eū qui in spiritu tibi seruit te talem esse minime lateat (nam spiritus omnia scrutantur etiā profunda dei) magna ad te fiducia clamat: vide humilitatem meam & eripe me/ quia legem tuā non sum oblitus. q; si ille nō est legis tuę: tanto minus tu proprietatis tuæ es oblitus/ quæ est humilium indignaq; perpessorum misereri. quandoquidem hoc tibi naturale: illi autem in lege tua persistere non naturale/ sed solius gratiæ tuæ munus.

r 2 ℂ Iudica iudiciū meum & redime me: propter eloquium tuum viuifica me. Quē alium is qui non est sibi conscius/ inter se & prementes inimicos expeteret causæ suæ iudicem q̄ te domine æquissime iudex? quē nullus fauor corrūpere potest: quia tu es ipsa seueritas. nulla testium falsitas decipere: quia tu es veritas. nulla vis munerū inflectere: quia tu es omnis sufficientia. nichil latere: quia tu es sapientia. nulla aduersariorum superare potestas: quia tu es omnipotentia. non potes non rectū iudicium dare: quia tu es ipsa æquitas. sententiæ tuę nullus potest refragari: quia verbū tuum efficax. quippe quod est omniū victrix veritas. verū de hominibus perfrequenter longe secus euenire solet: quos fauor corrumpit/ falsitas decipit/ munus inflectit/ quorū sensibus ignorantia irrepit/ aut quos vis superat. qui & cum sint iniqui plerunq; nō rectū ferunt iudiciū. & quā sæpenumero proferūt: irrita cadit sententia & ineffica. Quo fit vt admodum sit rationi consonū eum qui te cognoscit solū natura essentiaq; iustū & æquū/ nō ab homine sed abs te postulare/ iudica iudiciū meum & redime me: propter eloquiū tuum viuifica me. nā quē iustificas: viuificas. est enim iustificatio tua: spiritualis viuificatio. quā nullus iuxta datā ordinationē tuā adipisci potest: nisi propter eloquium tuum/ & fidelē custodiā mandatorū tuorum/ tua tamen misericordia in q̄plurimis tuum superexaltat iudicium.

r 3 ℂ Longe a peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt. Si iustificatio est propter eloquium tuū/ & iustificatio viuificatio/ & viuificatio salus: erit proculdubio lōge a peccatoribus salus quia iustificationes tuas non exquisierunt. & ad quid aliud afficitur lux q̄ lucere/ calor q̄ calere/ salus q̄ saluare? si igit̄ non saluat: nequaq̄ insimulanda/ neq; accusanda salus est/ sed ij potius qui oculos mentis aperire noluerūt vt exciperent salutē. qui enī corporis oculos aperit: lucē quærit. ita & qui mentis quærit salutē: vt mentis oculos saluti adaperiat necesse est. nā memoria nobis indulta est ad eā retinendā. intelligentia ad eā scrutandā & ruminandā. voluntas ad eandē amandam & amplexandam.

r 4 ℂ Misericordiæ tuę multę domine: secundū iudiciū tuum viuifica me. O domine qui misereris omniū: quia omnia potes. quotquot sunt in corpore morbi/ quot indispositiōes: tot sunt & medelæ modi. Haud secus quot modis animabus succurris: tot etiā et misereris. et vnius misereris/ cū ei persecutiones mittis: alterius cū eum eximis. hunc paupertate/ illū diuitijs/ hunc labore/ illum quiete/ hunc sanitate/ illum infirmitate ad te allicis. & omnib9 vt bonū nosti: misericorditer prouides. quapropter quicunq; seruus tuus est & in medita-

tiõe mãdatorũ tuorũ exercitatos habẽs sẽsus: nõ debet secũdũ volũtatẽ suã et iudiciũ suũ petere prosperitatẽ/aduersitatem/paupertatẽ/diuitias/laborẽ/quietem/sanitatẽ aut infirmitatem/& id genus similia/sed dicere, misericordiæ tuæ multæ domine: secundum iudicium tuum viuifica me. nam vt numerus misericordiarum tuarum superat & effugit captum nostrum: æque & iudicium tuum. & quo a te viuificandi sumus: prorsus nos ipsi ignoramus modum.

r ℂ Multi qui persequuntur me & tribulant me: a testimonijs tuis non declinaui. Tu domine bonus es: & per bonitatẽ quis te imitatur? tu fortis es: quis te imitatur per fortitudinẽ? æternus es: per quid iam te quis imitabitur/nisi per perseuerantiã? eniuero ętternitatis tuę quandã imaginẽ pseuerantia præfert. sed bonitas per quã te maxime imitamur: ea est quã in obseruantia mãdatorũ tuorũ adipiscimur. & fortitudo per quã tuam fortitudinẽ æmulamur: ea qua in eadem obseruantia non superamur. & in eisdem perseuerantia/vt quę maxime bona/vera & iusta est: tuæ sẽpiternitatis æmula. sed qui multis persecutoribus et vndiq; pulsantibus tribulationibus a mandatis tuis non discessit/non est vlla ex parte diuulsus/non inflexus: nonne ille bonus & fortis & perseuerans fuit? verus igitur fidelis et probatus ille seruus: qui & hunc in modum dicere poterit, multi qui persequuntur me et tribulant me: a testimonijs tuis nõ declinaui. nã ei⁹ bonitatẽ/fortitudinẽ & constantiã nõ aliter licuit probari: q̃ si qui psequerẽtur/aduersarent & tribularent/fortes fuissẽt atq; multi. 5

r ℂ Vidi p̃uaricantes & tabescebã: quia eloquia tua non custodierunt. Persecutiones & afflictiones O domine cui oẽs spiritus seruiunt/spirituali seruo graues sunt: sed multo illi grauior zelus mandatorum tuorum/cum viderit transgressionẽ eorũ. nam offensiones in te: maximæ sunt. in ipso autem offensiones: paruæ & exiguę. Et vt paruũ pondus facile toleratur/magnũ obruit: hunc in modũ serui tui/afflictiones proprias facile tolerant/& in illis fortes existunt. sed offensionũ in te/immensitate premuntur & nimio pondere obruũtur. & proinde quẽ huiusmodi in te præuaricationes lædunt: plerũq; pondere pressus cogitur in hanc vocem erũpere/vidi præuaricantes & tabescebã: quia eloquia tua nõ custodierunt. & zelũ leuat iustitia tua quæ malũ nõ sinit impunitũ: aut misericordia q̃ iustificat impiũ. verũtamen ille qui tabescit quia eloquia tua nõ custodierunt: nõ tã punitionẽ iustitiæ q̃ misericordię tuæ iustificationẽ eorũ postulat ad iugẽ custodiã mandatorũ tuorũ. hoc enim charitati tuoq; amori vicinius: qui hunc concomitantem habet zelum. 6

r ℂ Vide quoniã mandata tua dilexi domine: in misericordia tua viuifica me. Vt opacum luci obiectũ/lucem habet vmbra comitatam: sic et amor fere semper comitantẽ habet zelum dum luteam hanc/terrenã/mortalemq; & opacã incolimus domũ. nam amor contuitus est ad summa: zelus cõtuitus ad ima. amor lucidus: zelus vmbrosus. amor perseuerãs: zelus finiens. amor cœlestis: zelus quodã modo terrenus. hinc in consũmatiõe rerũ: in regione lucis amor erit sine zelo. parũ igitur esset habuisse mandatorũ zelum: nisi eorundẽ monstraretur amor. non ab re ergo quem zelus tabescere fecerat: continuo de amore subiunxit. vide quoniam mãdata tua dilexi domine: in misericordia tua viuifica me. nã amor & mandatis conuenientior/& ad viuificationem potior. 7

r ℂ Principiũ verborũ tuorũ veritas: in ętternũ omnia iudicia iustitiæ tuæ. Legisperito hoc pacto interroganti/quid faciendo vitam æternam possidebo/& subiungenti præcepta de dilectione: tu verissime domine dixisti/hoc fac & vives. seruus autem tuus dilectionẽ suã proposuit (vide inquit quoniam mandata tua dilexi) & petijt viuere/sed in misericordia tua. nam opus non viuificat/etsi non viuificaretur sine opere. in misericordia tua (inquit) viuifica me. quis igitur dubitat te illum viuificasse? sed & cunctos viuificabis: qui simili viuent in dilectione. nã verbum tuum veritas est. dixisti fac & vives. & principiũ verborũ tuorum veritas: & in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ. principiũ autem verborũ tuorũ illud est quod est de tua & mandatorũ tuorũ dilectione: ex quo cætera deriuantur vt multi riui ex eodem fonte. qui ideo perennes sunt: quia fons iugiter idem manet absq; vlla sui mutabilitate. charitas autem æterna/imutabilis & iugiter eadẽ manens. ętterna igit̃ inde scaturientia vniuersa iudicia iustitię tuę. quis igitur te diligẽs/tua præcepta seruans/quãtũcũq; pressus/quantũcunq; tribulatus: certus pariter nõ fuerit/de sua viuificatione? 8

ADVERTE. Secũdo versu. iudica iudicium meum. id iudiciũ nõ est hic SAPHAT vnũ de duodecim vocabulis quæ in lingua sua obseruat propheta/et quæ ad eius exemplum diximus in interpretum lingua fuisse obseruanda: sed hic habetur in hebręo RIBI. quapropter æquius feciſſe videtur Hieronymus: qui loco huius iudica iudiciũ meum interpretatus est iudica causam meam/ne æquiuoco nos luderet. quod vocabulum causam ex si-

Psal. 118 Ogdoas. 20 Vide humi. 21

GALL. ROM. HEB.

milí vocabulo hebraico eruerunt in primo versu psalmi 42. ¶Quarto versu. secundū iudicium tuum viuifica me: Hieronymus ex hebræo/iuxta iudicia tua viuifica me. hic proprīū vocabulū quod vnū est ex 12 obseruatis habeť/sed pluratiue vt et Hieronym⁹ habet.

XXI

s 1 Sin. PRincipes persecuti sunt me gratis: & a verbis tuis formidauit cor meum. Sin.

Dentium. PRincipes persecuti sunt me gratis: et a verbis tuis formidauit cor meum. Dentiū.

PRincipes persecuti sunt me sine causa: verba autem tua timuit cor meum.

s 2 Lętabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. Sin.

Lętabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. Dētiū

Gaudens ego sū in eloquio tuo: sicut qui inuenit spolia multa.

s 3 Iniquitatem odio habui & abominat⁹ sum: legē autē tuā dilexi. Sin

Iniquitatē odio habui & abominatus sū: legē aūt tuā dilexi. Dentiū.

Mendaciū odio habui et detestatus sum: legē autem tuam dilexi.

s 4 Septies in die laudē dixi tibi: super iudicia iustitię tuæ. Sin.

Septies in die laudē dixi tibi: super iudicia iustitię tuę. Dentium.

Septies in die laudaui te: super iudicijs iustitiæ tuæ.

s 5 Pax multa diligentib⁹ legem tuam: & non est illis scandalum. Sin.

Pax multa diligentib⁹ legem tuam: & non est illis scandalum. Dētiū.

Pax multa diligentib⁹ legem tuam: & non est in illis scandalum.

s 6 Expectabam salutare tuum domine: & mandata tua dilexi. Sin.

Expectabā salutare tuum domine: & mandata tua dilexi. Dentium.

Expectaui salutare tuum domine: & mandata tua feci.

s 7 Custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer. Sin.

Custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexi ea vehemēter. Dētiū.

Custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexi ea nimis.

s 8 Seruaui mādata tua et testimonia tua: qa omnes viæ meę in conspectu tuo.

Seruaui mandata tua & testimonia tua: quia omnes viæ meę in conspectu tuo domine.

Custodiui p̄cepta tua & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

VICESIMEPRIMAE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

s ¶Principes persecuti sunt me gratis: & a verbis tuis formidauit cor meum. Q; res omnis suam amat similitudinem: in hoc cognoscimus q; tu domine qui iustus es/fortis et patiens/in alijs iustitiam diligis/fortitudinē/& patientiā. sed vbi fortitudo cognoscetur: nisi bellum ingruerit aut certamē? te igitur spectatore: fortium tuorū peragitur bellum/ & eorum tibi placet concertatio. verū spiritualibus tuis qui tui fortes sunt (secundū diuini loquū apostolum tuum) non est colluctatio aduersus carnem & sanguinē/sed aduersus principes & potestates/aduersus mundi rectores tenebrarum harū. & in hoc admirādo certamine: pugilem tuum castitas lumbos præcingit/iustitia animū armat/fides scutum ministrat/galea salus est/gladius dei verbū/ amor feruidum facit/timor cautū. quapropter hunc conflictandi modum propheta tuus satis edoctus dicebat. principes persecuti sunt me gratis: & a verbis tuis formidauit cor meum. nā vt amor prohibet esse timidū: ita timor vetat esse temerarium. his igitur tuis armis instructus miles tuus vincit aduersarium. tu vero qui in misericordia coronas/imo & qui in certatore certas: das cōmilitoni tuo imortale p̄miū. 1

s ¶Lętabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. Certantibus/ lætitia victorię signum est. & direpta spolia iam habitæ certitudo. & ad quid prīcipes & rectores tenebrarum harum oppugnāt seruos tuos/ ad quid ingerunt eis bellum: nisi vt cœlestia semina quæ sunt eloquia tua/de mentibus eorū diripiant/& indutos cœlestibus armis expolient? pro castis incestos/pro mundis relinquentes immundos/ pro iustis iniustos/ pro fidelibus infidos/perditos/elingues/frigidos/temerarios? contra/ serui tui pro mādatis tu- 2

is incolumiter retinendis fortiter obsistunt. quibus quidē retentis: arma sua inuiolata seruabunt. ergo qui post huiusmodi bellū dicebat/lętabor ego super eloquia tua sicut qui inuenit spolia multa: de ijs qui vltro grassabantur in eū victor euaserat. & omnibus spolijs gratiora/integra incolumiaq; retinuerat mādata tua/a vi hostiū viriliter tutatus/& armatura tua semper præsignis & cōspicuus. Sed fuit ne hostibus aliquid diripiendū? fuit ne ex rebus eorū spoliū vllū sumendū? nequaq̄. Nam vt olim spiritu non corporeis viribꝰ pugnante Iosue omnia quæ in Hiericonte erāt/ erant anathemata: hunc in modum & spiritualium hostium omnia prophana sunt & anathemata. Quam ob rem huiusmodi bellatoribus: nulla alia quęrenda spolia q̄ tua retinere mandata/omnibus quidē exuuijs in immensum pręstantiora/digniora atq; eligibiliora.

8 ¶ Iniquitatē odio habui & abominatus sum: legē autem tuā dilexi. Corporalia: spiritualium manifeste sunt vmbra ijs qui per ea quæ videntur inuisibilia concipere norūt. atqui in corporalibus videmus lucida/suauia/temperata: maxime iuuantia viuificaq; esse. contra vero/opaca/horrida/ inęqualia: noxia mortiferaq;. illis igitur proportionalia spiritui erūt salutifera: his autē noxia atq; pestifera. sed quid spiritui veritate lucidius/ virtute suauius/& iustitia tēperatius? verū lex tua O lucis habitator imense veriſſima est/ studiosiſſima est/iustiſſima est. ergo lucida/suauis/temperata: & proinde/spiritui secundū naturam/ benefica/familiaris/& amica. iniquitas autē falsa est/scelesta/iniusta/obscura/tetra/inæqualis: spiritui contra prętereq; naturam/noxia/aliena/inimica. reliquum igitur est vt quis quis militię addictus spirituali / tota mentis sinceritate dicere posse studeat. iniquitatem odio habui & abominatus sum: legem autem tuam dilexi. nam rationi consentaneū est: vt qui vnum contrarium amat/alterum odio habeat. & quanto quidem vehemētius vnū amet: tanto alterum detestetur/abominetur/fugiat odioq; habeat. & rursus quāto hoc vehementius odiat: tanto illud validius prosequatur & amet. 3

8 ¶ Septies in die laudē dixi tibi: super iudicia iustitiæ tuæ. Iosue qui spiritu pugnauit: septem diebus/septem sacerdotibus/septem tubis/septē clangoribus ad expugnationē hostiū est vsus. ergo ijs qui spiritualia peragunt bella: septenarius sacer est & mysticus/spiritū illum septiformem virtute cuius victoria datur aperte declarans. nam & quis immundū spiritū vinceret/qui cum exierit ab homine assumit septem alios spiritus secum nęquiores se/vt reuertens illū rursus inhabitet? quis inquā vinceret eū nisi ille purissimus beneficio septuplex spiritus/aut eiꝰ virtute pręsidioq; fultus? bellator igitur spiritualisq; victor non ingratus/non immemor/ spiritu illo superbono (parto de hoste triūpho) se adiutū cōfitens: septies quotidie gratias deo mystice sacreq; peragit. huc tendit illud/quod sacer luctator ille ait. septies ī die laudē dixi tibi: super iudicia iustitiæ tuæ/septenaria laude septipotentem/& septenorum charismatū largitorem spiritum laudans/atq; illi actiones gratiarum septenario signatum libamen offerens. 4

8 ¶ Pax multa diligentibus legem tuā: & non est illis scandalū. Post spiritualis victorię lætitiam partaq; trophea/iniquitatis abominationē/legis dilectionē/spiritiformēq; laudē: magna animæ innascitur tranquillitas. assimilaturq; tūc anima aeri perlucido atq; cōspicuo: vi solarium radiorū nubibus expulsis/& flatuū varijs agitationibus sopitis. sic ipsa diuino feruore calens/& tota cōspicua: diuinitatis radios liberrime haurit/phātasmatū/omniūq; terrenarum/materialiumq; rerum nebulas discutientes/& aduersantium spirituum impetus valide reprimentes/elidentes/dissipātes. aggigniturq; in mente/ mira quædā & inaudita suauitas/& pax quædam diuina quam mundus dare non potest/quoddam prorsꝰ immortalis & abstractę vitæ prælibamentum quantum mortali adhuc circundata indumento capere potest. quapropter qui hanc pacem gustauit: hac pace dignus estimatus/hac pace potentem/& septenorum charismatū largitorem spiritum laudans/atq; illi actiones gratiarum septenario signatum libamen offerens. 5

8 ¶ Pax multa diligentibus legem tuā: & non est illis scandalū. Post spiritualis victorię lætitiam partaq; trophea/iniquitatis abominationē/legis dilectionē/spiritiformēq; laudē: magna animæ innascitur tranquillitas. assimilaturq; tūc anima aeri perlucido atq; cōspicuo: vi solarium radiorū nubibus expulsis/& flatuū varijs agitationibus sopitis. sic ipsa diuino feruore calens/& tota cōspicua: diuinitatis radios liberrime haurit/phātasmatū/omniūq; terrenarum/materialiumq; rerum nebulas discutientes/& aduersantium spirituum impetus valide reprimentes/elidentes/dissipātes. aggigniturq; in mente/ mira quædā & inaudita suauitas/& pax quædam diuina quam mundus dare non potest/quoddam prorsꝰ immortalis & abstractę vitæ prælibamentum quantum mortali adhuc circundata indumento capere potest. quapropter qui hanc pacem gustauit: hac pace dignus estimatus/hac pace potentem/& septenorum charismatū largitorem spiritum laudans/atq; illi actiones gratiarum septenario signatum libamen offerens. 6

8 ¶ Expectabam salutare tuum domine: & mandata tua dilexi. Verū quāuis hæc pax multa sit & nullum pariat scandalum (non enim vires emollit/non luxu defluere facit/non vt pax terrena/ quæ non est pax) cumulandis opibus inuigilare/ non caducis honoribus inhiare/non alienæ fœlicitati inuidere: sed semper (vt sic dicam) impatientius & elanguentius ad cœlestia suspirare) non est tamen hæc vltima quæ desyderatur pax. nam neq; illa ab homine mortali & dum adhuc mortalitati subiacet possideri potest. hæc pax transiens: illa permanens. hæc alteram suspiciens: illa omnem sensum exuperans nullam aliam supra se continens. hæc ad finem: illa finis. hæc vmbratilis: illa in aperta claraq; salu-

taris dei visione consistens. ergo qui postea q̃ dixerat pax multa diligentibus legem tuam & non est illis scandalum/continuo subiunxit expectabam salutare tuum domine & mandata tua dilexi: aliã profecto ab ea quam senserat/ ex obseruantia scilicet & dilectione legis tuæ/pacem expectabat/ quã solũ coæternũ & consubstantiale reuelatũ verbum tuum prestare poterat. neq; enĩ aliter fieri potest vt quisq̃ supereminentẽ & diuinã prorsus pacẽ illam (quæ est totius boni tranquillissima cũ securitate/& securissima cum trãquillitate possessio) obtineat: nisi in reuelato illo verbo & salutari tuo. quod iuxta oracula prophetarum reuelãdũ erat. quod et tẽporibus suis mũdo etiã reuelatũ mãsit occultũ. in cœlo autẽ sem per insigne/apertũ & obuiũ/atq; pax indeficiens sanctorũ omniũ/supernarũq; mentium.

s ℂ Custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer. 7

s ℂ S eruaui mandata tua & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo. Ser- 8
uus qui domino recensẽt se mandata eius custodisse/seruasse/mirũ in modũ dilexisse/testẽ eũ facere quia eo vidente omnia fecerit: videtur quietem domini sui requirere modesteq; precari a laboribus absolui/ & trãsferri ad requiẽ domini sui. & quid aliud vouere & optare videtur qui ad illam diuinã et altissimam pacem suspirãs domino pacis ęternę largitori dicit: custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer. seruaui mandata tua & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo. quid inquã aliud/ q̃ permodeste insinuare se functũ mandatis eius fideliter fuisse/ illa vehemẽter dilexisse/ custodisse/ seruasse/testẽ eũ se facere qui omnia videt/& quẽ nichil potest latere? quid insuper aliud optat/quid præstolatur/ quid expectat/ q̃ illã perq̃desyderabilẽ/ domini sui vocẽ/ ad supernã illam pacem accersentem/ad beatitudinem illam vocantem/intra in requiem meam/ et illam insuper intra in gaudium domini tui? nã labores finis non sunt: sed laborum æterna requies (quæ est pax dei) finis est/termini prorsus & finis nescia. sicut scriptũ est: amodo iã dicit spiritus vt requiescant a laboribus suis.

ADVERTE. Secũdo versu. lætabor ego super eloquia tua. rectius lætor ex hebręo/ gaudẽs ego sũ in eloquio tuo. adde etiã q̃ in antiqua tralatione legebatur/exulto in verbis tuis. ℂ S exto versu. expectabã salutare tuũ dñe. rectius ex hebręo expectaui salutare tuum domine/& ex natura cõiunctionis & sequentis particulę/& mãdata tua dilexi. alioquĩ enĩ ad rectiorẽ loquendi normã erat dicendum: & mandata tua diligebam. Sed id ratiõe seremonis græci prouenit vbi verba hæc ponuntur προσεδόκων ἠγάπησα.

XXII Thau.

th 1 APropinquet depcatio mea in conspectu tuo domine: iuxta eloquium tuum da michi intellectũ.

th 2 Intret postulatio mea in conspectu tuo: secũdum eloquiũ tuum eripe me.

th 3 Eructabunt labia mea hymnum: cũ docueris me iustificationes tuas.

th 4 Pronũciabit lingua mea eloquiũ tuũ: quia omnia mãdata tua æquitas.

th 5 Fiat manus tua vt saluet me: quoniam mandata tua elegi.

Signa.

APpropiet oratio mea in conspectu tuo domine: secundum eloquium tuum da michi intellectum.

Intret postulatio mea in conspectu tuo domine: secundum eloquiũ tuum eripe me.

Eructabunt labia mea hymnũ: cum docueris me iustificationes tuas.

Pronũciauit lingua mea eloquia tua: quia ōnia mandata tua æquitas.

Fiat manus tua vt saluũ me faciat: quia mãdata tua elegi.

Signa.

INgrediatur laus mea coram te domine: secundum verbũ tuum doce me.

Veniat deprecatio mea ante vultum tuũ: secundum eloquium tuum libera me.

Fũdãt labia mea hymnum: docebis enim me præcepta tua.

Loquetur lingua mea sermonem tuum: quia omnia mandata tua iusta.

Sit manus tua auxiliatrix mea: quia prȩcepta tua elegi.

th 6 C ōcupíui ſalutare tuū domine: & lex tua meditatio mea eſt. Thau.
th 7 Víuet aía mea & laudabit te: & iudícia tua adiuuabunt me. Thau.
th 8 Erraui ſicut ouís quæ períjt/quære ſeruū tuū: quía mandata tua non ſum oblítus.

Cōcupíui ſalutare tuū domine: & lex tua meditatio mea eſt. Signa.
Víuet aía mea & laudabit te:& iudícia tua adiuuabunt me. Signa.
Erraui ſicut ouís q̄ perierat/require ſeruū tuū domine:quía mandata tua non ſum oblítus.

Deſyderauí ſalutare tuum domine: & lex tua voluntas mea.
Víuet aía mea & laudabit te: & iudícia tua auxíliabūtur míchi.
Erraui quaſi ouís perdíta/ quęre ſeruum tuum:quía mandatorum tuorū non ſum oblítus.

VICESIMESECVNDAE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

th 1 CAppropíquet dep̄catio mea ī cōſpectu tuo dñe: iuxta eloquíū tuū da míchi intellectū.
th 2 CIntret poſtulatio mea in cōſpectu tuo: ſecūdū eloquíū tuū erípe me. Qui ſe ſentit ꝓpemodū emortuū/& in mūdo emeruiſſe: nō ímerito petit a mundo liberari/ & cominus atq; e vícino te O largítor gloríæ amodo poſſe p̄cari & tuo cōſpectui p̄ſens aſſíſtere. nā tu dñe/ ſpírituū deſyderíū & finis/ cū ſis incorporalis: q̄díu detíneť aía in corpore/ videť dēſo obſcuroq; muro ab incorporea regione quā inhabitas díſpeſci ac ſeparari. & hunc vehementer optat in te deo ſuo trāſilíre murū. nā & natura vídemus/ ígnea oía & aerea igneā petere regionē & aereā. aquea aqueā. & terrea terreā. nōne conſentaneū etiā eſt: vt mēs ſpíritualis & incorporea/ toto níſu ſpiritualē petat regionē & incorporeā? & q̄ libere cōgrediť oía ingreditur/ egreditur a ſe nō demota/ ſed in ſe vt ímmobili ſede manēs: ad opificiam mentē aliquādo cōcedat & meet ímobíliter mobilē? quę (etſí nuſq̄ a ſe egrediēs) oía tamē peragit & operaťur. quæ oía capit: & nō capitur níſi a ſe. quæ oía in ſe continens: eminenter ſegregaťur ab oíbus. verū & ad noua & aperta opificis mētis ſpectacula: nouū petit intellectū/ ſeparatę & prorſus incorporeæ regioní accōmodatū/ atq; ait. appropíquet dep̄catio mea in cōſpectu tuo dñe: iuxta eloquíū tuū da míchi intellectū. intret poſtulatio mea ī cōſpectu tuo: ſecūdū eloquíū tuū erípe me. exíme me de corporeo carcere/ & da (amoto velamíne) tuæ cōſpiciendæ lucis ſanū/ fortē/ indefeſſūq; oculū. nā ſi oculus æger aut debílis/ inualídus eſt ad corporalis ſolis contuítum: tanto magis intellectus/ ſí æger aut debílis fuerit/ inualídus inuenietur ad te incorporeū iuſtitiæ ſolem infinita claritate radiantem/ infinitaq; luce pollucentē/ ſpíritualiter cōtuēdū. ſed quís tā purgatū/ tā valídū/ tāq; capacē et amplū præſtare poſſit intellectū/ eloquio & aperto verbo tuo quodāmodo ꝓportionatū: níſi tu qui vt tuæ potētiæ/ ſapiētiæ & bonitatis/ pari quoq; modo tuæ capacitatís ínfinitę in re finita íprímis veſtigiū/ adeo vt nō tā finita q̄ ífinite finita/ neq; tā ífinita q̄ finite ífinita videaťr? qppe q̄ vt bonitatís ita ífinitatis imago. q; igiť ífinita & ꝓportionata apparet: a te habet. at q; finita & díſportionata/ ex ſe et a níchilo habet/ et quatínus ía q̄dā priuatio eſt.
th 3 CEructabunt labía mea hymnū: cum docuerís me iuſtificationes tuas.
th 4 CPronūciabit lingua mea eloquíū tuū: quía oía mādata tua æquitas. Non ígnorat quod ſit exutarū corporea mole mētiū officíū/ qui corpore petit exuí ad líberiorē expeditiorēq; díuínū famulatū: te ſcilícet (qui es omní cultu venerabílior/ omní honore dígnior/ omní deníq; maieſtate auguſtior vníuerſaq; ſuperior laude) perēníter & in ſūma quietudíne ítrequiete laudare. quēadmodū ſcriptū eſt. beatí qui habítāt in domo tua dñe: in ſæcula ſæculorū laudabūt te. verū vt nullus in hoc mūdo ſeipſo ſufficit íferiores (vt ſíc dixerī) iuſtificationes tuas díſcere/ neq; vt par eſt te laudare: ita neq; in ſuperna illa regione víuentiū/ ſufficit vllus ſeipſo ſupernas iuſtificationes tuas díſcere (quarū quę in præſentí mūdo pagūtur/ ſímulacra quędā ſūt & ſacrís velamínibus obducta ſigna) neq; debítū tibi hymnum canere: níſi tu a quo oís ſapiētia vt a fonte perennī manat/ docuerís ípſum. quod quía nō ígnorat ſeruus tuus: ídeo confitetur & ait. eructabunt labía mea hymnū: cū docuerís me iuſtificationes tuas. pronunciabit lingua mea eloquíū tuum: quía mandata tua æquitas. tunc enim omnía in ſuam veritatem reducta: illíc erūt/ apparebuntq; ſumma puraq; ęquitas. hic autem æquitas: alterata quædam ęquitas. vt lux ſenſíbilis non ípſa quídem lux eſt: ſed alterata quędā lux. quare in hoc mundo æquitas particularis: illíc vníuerſalis. hic rurſus vt ſenſíbilis lux: illíc vt ítelligíbilis. hic cōpoſita/ multiplex/ permixta: illíc ſímplex/ vnica/ & pura & totius æquitatís fōtana origo/ prícipiū oím rerū & finis. ſíquidē ab ęquí-

Psal.
118 tate omnis nascitur inæqualitas: & in æquitatē vt in suam tandē reuocatur originem.
Ogdoas. th 22 Appropin. ¶ Fiat manus tua vt saluet me: quoniā mandata tua elegi. Regio viuorū ad quā aspirat 5
seruus tuus post finitū in hoc mundo certamen suum: eadem est & terra viuentiū, in qua
nulla regnat mors/ sed sempiterna salus. verū hæc terra in qua peregrinatur & accola est
hactenus seruus tuus: terra est tenebrosa & operta mortis caligine/ terra miserię & tene-
brarū/ vbi non regnat ipsa salus. nam si in ea regnaret ipsa salus: omnia saluaret, sicut lux
omnia illuminat & calor calefacit omnia vbi regnat. hæc terra peregrinorū/ illa immanen
tium. hęc seruorum/ illa liberorum. hæc accolarum/ illa ciuiū. ab hac igitur saluari/ ab hac
eximi postulat. sed scit hoc fieri non posse: nisi de regione lucis (quam inhabitat salus) ad-
ueniat auxilium. quapropter supplex orat. fiat manus tua vt saluet me: quoniam manda-
ta tua elegi. si diuitias/ si honores/ si luxus voluptatesue delegisset mundi: qua fiducia di
xisset/ fiat manus tua vt saluet me? non enim adiecisset/ quoniā diuitias/ honores/ luxusue
delegi. sed quia sola mandata tua illi fuere curæ/ sola illi fuere cordi: magna spe magnaq;
fiducia suæ petitioni adiecit/ quoniam mandata tua elegi. quanta ergo diffidentia/ quan-
to pauore quantaq; animi turbulentia ex hoc mundo egredietur cum mors claustra vitæ
resoluet: qui opes/ superbias/ & sua in hoc mundo delegerit placita? tanta profecto: quan
ta fiducia securitateq; & animi tranquillitate is qui tua sola capesserit iussa. nec immerito.
nam ille moritur ad mortem: iste de morte transit ad vitam. ille it in tenebras: iste re-
spirat ad lucem/ & lucem quidem immēsam/ lucem spiritualem/ lucem veram. ille in per-
ditionem: iste in æternam transfertur salutem in proprio iam regno latissime dominan-
tem/ iam omnia saluantem.
th ¶ Cōcupiui salutare tuū dñe: & lex tua meditatio mea est. O ęterne dñe cuius sapiētię nō 6
est numerus. q̄ quis meditatur/ contemplatur & iugiter meditatiōi legis tuæ inuersatur:
hoc habet quia tu ei mētē indidisti q̄ est q̄dā tui similitudo/ & quæ sola sapit sicut solus au
ditus audit & visus videt. Et q̄uis hæc sapientia eius vmbratilis sit: mirā tamē excitat sa-
lutaris tui nō carnis sed spūs cōcupiscētiā. quod & hic sermo testat serui tui: quo dicit/ con
cupiui salutare tuum domine: & lex tua meditatio mea est. & hoc salutare quod tanto pe
concupiscit: æternū verbū tuū est/ omniū artifex ratio ipsaq; sapientia: in quā resilit tuę le
gis meditatio/ vt lucis radius in ipsū solē vnde ipsius ducitur origo. & resiliēdo exuscitat
qddā desyderiū & mirabilē sitim potiūdi salutaris tui intolerabilēq; ardorē. & talem profe
cto sitim: quæ non extinguetur/ quæ non saturabitur/ donec nudū/ apertū & reuelatū ap-
paruerit verbū tuum. atqui quēadmodū oculo clauso sol nude & aperte illucere nō potest:
identidem neq; menti verbū tuū q̄diu carne obtegitur. nō quidē ob verbi impotentiā: sed
ob mētis incapacitatē ipsāq; nō satis dispositā. nā mens/ totus oculus: caro/ ciliū totā con-
tegēs. sol/ verbū tuū. mens inquā totus oculus: qui tunc primū perfecte aperitur cū a car-
ne separatur & eximitur ex integro. qui ergo cōcupiscit verbi tui præsentiā in quo omnia
condita sunt/ & saluāda saluantur: affectat proculdubio carnis velamen auferri/ & a mor-
tali carne ex integro absolui. quo videndi liberā prorsusq; expeditā adipiscatur facultatē.
th ¶ Viuet anima mea & laudabit te: & iudicia tua adiuuabūt me. Cū fidelis seruus tuus di- 7
cebat/ viuet anima mea & laudabit te/ & iudicia tua adiuuabūt me: vitā qua viuebat ī hoc
mūdo nō reputabat vitā. neq; laudē qua te in hoc mundo laudabat: laudē existimabat/ sed
potius quādā vitę & laudis incoationē & vmbrā. verba igit illa dicēs: vitā æternā petebat
aut optabat. nā vita quā hic viuit: similitudinaria & momētanea est. & vitā hāc aīa ifluit
ī corpus. nō ergo corpus vita sua est: sed vita sua est aīa. quæ nō est ipsa vita: sed ipsi⁹ ve
rę & per se vitæ quoddā remotū vestigiū. at vita æterna/ vera & indeficiens vita est: quā
verbū dei qui est ipsa vera vita in animā influit. nō ergo aīa vita sua est quæ est vita ęter-
na: sed verbū dei est eius vita. vt ergo ad vitā suscipiēdā corpus ad aīam: aīa quodā modo
ad dei verbū. q̄diu ergo in hoc mundo viuimus/ anima nostra nōdū viuit/ vtpote quę nō-
dū sit suæ vitę coniuncta: sed in similitudine futuræ vitę viuificat corpus. verū si dispositā
cōperietur: in futurū viuet/ nā & nō nisi corpori dispositō anima vitam elargitur) & lauda-
bit suam vitam vitæq; indultorem/ laude quidem ineffabili/ non quam ipsius sed diuina
administrabunt iudicia: propterea addidit & iudicia tua adiuuabunt me.
th ¶ Errauī sicut ouis q̄ perijt: quęre seruū tuū quia mādata tua nō sum oblit⁹. Spūalis seru⁹ 8
EPILO- tu⁹ misericordissime dñe/ qui toto corde exquisiuit te/ eloquia tua ī cordis sui penetralib⁹
G cōdidit/ illa ꝓnūciauit/ illa alios docuit/ illis tāq̄ diuitijs oībus delectat⁹/ ī illis se exercuit/
V cōsyderauit vias tuas/ iustificatiōes tuas meditat⁹ est/ nō est oblit⁹ sermōes tuos/ aīa ei⁹ iu
S stificatiōes tuas oī tpe cōcupiuit/ pricipū passus calūnias/ exercitia iustificationū tuarū nō

omisit/viã veritatis elegit/adhesit testimonijs tuis/viã mãdatorũ tuorũ cucurrit/nichil de se præsumens omnia a te postulauit/in verbo tuo supersperauit/memoria iudiciorum tuorum consolatus est/defecit pro delinquentibus/nocte memor fuit nois tui/in toto corde suo faciem tuam deprecatus est/ vias tuas cogitauit/pedes suos conuertit/.paratus fuit/ non turbatus/ media nocte ad confitendũ tibi surrexit/ factus est particeps omniũ timentium te/anima eius in salutari tuo defecit/in verbo tuo supersperauit/afflictus/persecut9/ pene in terra consumptus mandata tua non dereliquit/tota die in lege tua meditatus est/ super omnes docentes se/super senes intellexit/ab omni via mala pedes prohibuit/a iudicijs tuis non declinauit/eloquia tua melle dulciora amplexatus est/a mandatis tuis intellexit/cui9 pedibus lucerna verbũ tuũ/testimonia tua hæreditaria acquisiuit/qui cor suũ ad iustificationes tuas inclinauit/iniquos odio habuit/legem tuam dilexit/ vt scoriã peccatores reputauit/carnes suas timore tui confixit/ a iudicijs tuis timuit/ iudiciũ & iustitiã fecit/oculi eius in salutare tuum defecerunt:/super aurũ/ super topazion mandata tua dilexit/omnẽ viã iniquam odio habuit/anima eius testimonia tua scrutata est/os suum aperuit/spiritũ attraxit/super non custodientes legem tuam oculi eius riuos aquarũ deduxerunt/zelo contabuit/eloquiũ tuum ardenter dilexit/cõtemptus est/tribulat9 est/angustiatus est/ ad te clamauit/ lucem anticipauit/ oculi eius ad te diluculo prẽuenerunt/ iudicio tuo/misericordiæ tuæ se cõmisit/principũ tenebrarũ bella sustinuit/victoria lætatus est/elo quijs tuis magis q̃ omnibus spolijs delectat9 est/septies in die te laudauit/ testimonia tua custodiuit/vehementer dilexit/mãdata tua seruauit/ omnes viæ eius in conspectu tuo/tibi appropinquare/supernas laudes tuas edisce re/a mundo liberari gestijt/salutare tuum cõcupiuit/ & deniq; dissolui & esse cũ Christo salutari tuo/hic tantus/hic talis seruus tuus nichilominus dixit/ & hæc eius nouissima verba fuere/ errauí sicut ouis quæ perijt quære seruum tuum quia mãdata tua non sum oblitus/quæcunq; præcepta sunt ei:fecit.& e mundo egressurus vere prudens/cognoscẽs et fidelis seruus in humilitatis spiritu/sacrosancta consilia tua secutus dicit: inutilis sum seruus tuus/ feci quod debui.ad id quod feci tenebar:neq; sum vllo prẽmio vllaue gratia dignus.Sed tu O pastor æterne ouem require quę perijt:& repertam sacris humeris tuis impositam in cœlestem domum tuam induc. nam omnis qui in hoc mundo viuit: a te peregrinatur. & nisi requiras/ nisi inuenias: perijt. quis enim saluare potest/nisi tu solus/ qui solus es superbonus/ superpotens/ & in omnia sæcula superbenedictus? AMEN.

ADVERTE.Septimo versu. viuet anima mea & laudabit te.hic videtur potius precandum aut optandum q̃ afferendum. vt sic dicatur viuat anima mea & laudabit te:vt quinto versu paulo præcedente/fiat manus tua vt saluet me.sic facer Hieronymus/ sit manus tua auxiliatrix mea.quare & admodum consequens vt diceretur/viuat anima mea. sed dictum est asserendi modum in modum optandi/& contra: plerunq; apud interpretes confundi.de deprecatorio aũt & optãdi modo satis id apud latinos est consuetũ vt pro altero alterum ponatur. At nunc benigno dei fauore finitis elementaribus ogdoadibus trãseamus ad sequentem psalmum.

¶Cãticum graduum. CXVIIII.

1 AD dominũ cum tribularer clamaui:& exaudiuit me.
2 Domine libera animã meam a labijs iniquis: a lingua dolosa.
3 Quid detur tibi aut qd apponatur tibi: ad linguam dolosam?
4 Sagittę potentis acutę: cum carbonibus desolatorijs.

¶Cãticum graduum. CXVIIII.

AD dominum cũ tribularer clamaui:& exaudiuit me.
Domine libera animã meam a labijs iniquis: & a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut qd apponatur tibi: a ligua dolosa?
Sagittę potentis acutę: cum carbonibus desolatorijs.

¶Cãticum graduum. CXX.

ADdominũ in tribulatiõe mea clamaui:& exaudiuit me.
Domine libera animã meam a labio mẽdacij: a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut qd apponatur tibi: ad linguam dolosam?
Sagittę potentis acutę: cum carbonibus iuniperorum.

Psal.	GALL.	ROM.	HEB.
119 5 Ad dominũ 120	Hei michi quia incolatus meus prolongatus est/ habitaui cum habitãtibus cedar: multum incola fuit anima mea.	Heu me quia incolatus meus prolongatus est/ habitaui cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea.	Hei michi quia peregrinatio mea prolongata est: habitaui cum tabernaculis cedar.
6	Cũ ijs qui oderunt pacem eram pacificus: cũ loquebar illis ipugnabant me gratis.	Cum ijs qui oderũt pacem eram pacificus: dũ loquebar illis impugnabant me gratis.	Multũ peregrinata est anima mea: cum odientibus pacem. Ego pacifica loquebar: & illi bellantia.

TITVLVS. Canticum graduum. Psalmus/ laus canẽda in eleuatione mentis ad templũ regis pacifici/ qui Christus dominus est. Populus fidelis a propheta in spiritu inducitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Ad dominũ cum tribularer clamaui: & exaudiuit me. in psecutione hostili/ in sæuitia tyrannorũ vocẽ meam ad deum meũ dominatorẽ omniũ extuli: & liberauit me. 1

Domine libera animã meam a labijs iniquis: & a lingua dolosa. tu domine exaudisti me & liberasti me a crudelitate tyranni aperte sæuientis: nunc etiã dignare liberare fatigatã vitã meã a blasphemijs hæreticorũ/ a doctrina plena dolo. 2

Quid det tibi aut quid apponat tibi: ad liguã dolosã? O aia mea qđ flagellũ possit ãpliꝰ addi/ qđ amplius possit tibi apponi: ad hãc peruersissimã mendacis linguæ doctrinã? 3

Sagittæ potentis acutę: cũ carbonibus desolatorijs. hęc næquã/ hæc virosa/ hæc inficiens doctrina vt tela valide sagittantis penetrat: sic proserpit/ sic ecclesiã tuam/ sic ædificiũ tuum perurit vt carbones vastatorij cũ in ædificiũ sensim irrepunt & nocendi sumunt incrementum. 4

Hei michi quia incolatus meus prolongatus est/ habitaui cum habitantibus cedar: multũ incola fuit anima mea. miserũ me quia peregrinatio mea (hac nęquam grassante doctrina) in longum nimis protensa est/ cõuersatus sum cũ Arabibus & Aggarenis cũ linguæ huius dolosę/ blasphemantis doctrinæ bestiali secta: nimio iam incolatu/ tædio affecta est vita mea. 5

Cum ijs qui oderunt pacẽ eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. imitatus saluatorem meũ/ dominũ pacis/ cum inimicis diuinę pacis/ pacem dei seruabam/ cum illis verba pacifica/ verba euangelij æternę pacis afferebam: aduersabantur & repugnabant absq; vlla ratione/ & gladium pugnamq; parabant. 6

ADVERTE. Quarto versu. cũ carbonibus desolatorijs: Hieronymus ex hebræo/ cũ carbonibus iuniperorũ. carbones desolatorios constat eos esse: qui desolãt/ causaue desolationis existunt. quibus lingua hæreticorũ secundũ septuaginta cõparatur. Sed cur carbonibus iuniperorũ etiã cõparetur? Ferunt carbones iuniperi diu fouere ignem: itaq; illo indicatur diuturnũ esse huiusmodi malum/ & quod ad æternũ fouetur incendiũ. ¶ Quinto versu. habitaui cũ habitantibus Cedar. Cedar secundus fuit filiorũ Hismaelis: vnde Arabes qui sunt in Africa descendere. & eorũ regio/ regio Cedar. & de Hismaele et populo ab eo descendente: bene per angelũ matri eius Agar prẽnunciatum est. manus eius contra oẽs: & manus oim cõtra eum. Nã Hismaelitæ & Aggareni semper populo dei & veteri & recenti aduersati sunt/ & nunc quoq; maxime omniũ aduersantur. a quibus enĩ per Asiã/ Africã/ & magna ex parte per Europã impeditur verus dei cultus: nisi ab Arabibus nefariaq; & detestabili eorũ secta/ qui per mille fere annos colunt bestiã & imaginẽ eius quę est lex bestiæ & alcoranus? quos interficiat Christus dñs/ & cito: spiritu oris sui. qui solus est cũ ęterno patre & spiritu sancto: superbenedictus in ęcula ęculorum. AMEN.

¶ Cãticum graduum. CXX.	¶ Cãticum graduum. CXX.	¶ Cãticum graduum. CXXI.
1 Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium michi.	Leuaui oculos meos ad montes: vnde veniet auxilium michi.	Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium michi.
2 Auxilium meum a domino: qui fecit cœlum & terram.	Auxilium meum a domino: qui fecit cœlum & terram.	Auxilium meum a domino: factore cœli et terræ.

3 Non det in cõmotionẽ pedem tuum: neq; dormitet qui custodit te.
4 Ecce non dormitabit neq; dormiet: qui custodit israel.
5 Dominus custodit te/ dñs protectio tua: sup manum dexterã tuam.
6 Per diem sol nõ vret te: neq; luna per noctem.
7 Domin⁹ custodit te ab õni malo: custodiat animam tuam dominus.
8 Domin⁹ custodiat introitum tuum & exitũ tuũ: ex hoc nunc et vsq; in sæculum.

Non det in cõmotionẽ pedem tuum: neq; obdormiat qui custodit te
Ecce non dormitabit neq; obdormiet: qui custodit israel.
Domin⁹ custodit te/ dominus protectio tua: super manũ dexteræ tuę.
Per diem sol non vret te: neq; luna per noctẽ.
Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dñs.
Domin⁹ custodiat introitum tuum & exitũ tuũ: ex hoc nunc et vsq; in sæculum.

Non det in cõmotionẽ pedem tuum: nec dormitet qui custodit te.
Ecce non dormitabit neq; dormiet: qui custodit israel.
Dominus custodit te/ dñs protectio tua: sup manum dexteram tuã.
Per diẽ sol nõ pcutiet te: neq; luna per noctẽ.
Domin⁹ custodit te ab oi malo: custodiat animam tuam.
Domin⁹ custodiat exitum tuum & introitum tuum: a modo & vsq; in æternum.

TITVLVS. Psalmus graduum. Psalmus/continuata laus. Propheta in spiritu eundem populum inducit.

EXPOSITIO CONTINVA. Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxiliũ michi. eleuaui mentem meã ad cœlos: vnde succursus & defensio elargietur michi. Auxiliũ meũ a domino: qui fecit cœlũ & terram. defẽsio mea & præsidium non a brachio terreno/ nõ ab aliqua creatura cœli aut terræ: sed ab vniuersorũ dominatore/ conditore cœli et terræ. Non det in cõmotionẽ pedem tuũ: neq; dormitet qui custodit te. hic spiritus sanctus. O populo fidelis/ dominus deus tuus non sinat te in errorem peruersi dogmatis labi: vigilet continenter/ a quo solo defensionem & auxilium petis/ & qui est custos tuus. Ecce non dormitabit neq; dormiet: qui custodit israel. testificor tibi populo fidelis/ neq; parũ neq; multũ deseret te: is qui solicite curat eos/ qui languent & desyderio flagrant eũ videre & agnoscere. Dominus custodit te: dominus protectio tua super manũ dexteram tuam. qui accepit dominiũ omnis creaturæ ille est custos tuus: ille est defensor/ magis prõptus/ magis aparatus te defendere q̃ prompta sit manus dextera tua. Per diem sol nõ vret te: neq; luna per noctem. in prosperis splendor honorificentiæ nonledet te/ neq; in aduersis deiectio/ humiliatio/ bonorumue priuatio deijciet te/ sed in vtrisq;/ prosperis & aduersis/ die ac nocte/ honorificẽtia & delectione dominus deus tuus custodiet te. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animã tuam dominus. deus tuus/ custos tuus seruat te ne præcipiteris in aliquod funestũ & mortale facinus in hoc mundo: seruet spiritum in vitã ęternã in altero. Dñs custodiat introitum tuũ & exitũ tuũ: ex hoc nunc & vsq; in sęculũ. dñator immẽsus cuius super omnia est dominiũ/ is oi ,ptectione & custodia muniat ingressum tuum in hunc mundum/ & egressum in vitam perennem: ex hoc vitæ curriculo in ęuum interminum.

ADVERTE. Sexto versu. per diem sol non vret te: ex hebræo/ per diem sol nõ percutiet te. sed in eandem tendit intelligentiam. & tralationes inter se satis conciliatæ.

¶Cãticum graduum. CXXI.

1 Lætat⁹ sũ in jis q̃ dicta sunt michi: in domũ domini ibimus.
2 Stãtes erãt pedes nri: in atrijs tuis hierusalẽ.

¶Cãticum graduum. CXXI.

Lætatus sũ in ijs q̃ dicta sũt michi: in domum dñi ibimus.
Stãtes erãt pedes nri: in atrijs tuis hierusalẽ.

¶Cãticum graduum. CXXII.

Lætatus sũ eo ꝙ dixerint michi: in domũ domini ibimus.
Stãtes erant pedes nri: in portis tuis hierusalẽ.

Psal. 121 Lætatus.

	GALL.	ROM.	HEB.
3	Hierusalem quæ ędifi-cat vt ciuitas: cui⁹ parti-cipatio eius in idipsum	Hierusalem quę ędifi-cat vt ciuitas: cuius par ticipatio eius in idipsū.	Hierusalem quę ędifi-catur vt ciuitas: cui⁹ par ticipatio eius simul.
4	Illuc enim ascenderunt tribus/ tribus dñi: testi-moniū israel ad confitē dum nomini domini.	Illuc enī ascenderūt tri bus/ tribus domini: te-stimoniū israel ad cōfi-tendū nomini tuo dñe.	Quia ibi ascenderūt tríb⁹/ tríb⁹ dñi: testímo niū ísrael ad confitendū nomini domini.
5	Quia illic sederunt se-des in iudicio: sedes su-per domum dauid.	Quia illic sederunt se-des in iudicio: sedes su-per domum dauid.	Quia ibi sederūt sedes in iudicio: sedes domui dauid.
6	Rogate quæ ad pacem sunt hierusalem: & abū dantia diligentibus te.	Rogate quæ ad pacē sunt hierusalē: & abun-dantia diligentibus te.	Rogate pacem hieru-salem: sit bene ijs qui di ligunt te.
7	Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turri-bus tuis.	Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turri-bus tuis.	Sit pax in muris tuis: abundantia in domib⁹ tuis.
8	Propter fratres meos & proximos meos: lo-quebar pacem de te.	Propter fratres meos & proximos meos: lo-quebar pacem de te.	Propter fratres meos & amicos meos: loquar pacem tibi.
9	Propter domum domi ni dei nostri: quęsiui bo na tibi.	Et propter domū do-mini dei mei: q̄siui bo-na tibi.	Propter domum domi ni dei nostri: quærā bo na tibi.

TITVLVS. Canticum graduum. Psalmus/ cōtinuata laus. Idē in spiritu populus inducit.

EXPOSITIO CONTINVA. Lętatus sum in ijs quæ dicta sunt michi: in domum domi- 1
ni ibimus. consolatus sum in oraculo spiritus sancti quod innotuit michi: ex hoc mundo
in tabernaculum dei altissimi transibimus. Stantes erāt pedes nostri: in atrijs tuis Hieru 2
salem. Hierusalem quæ ędificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum. O domi- 3
ne deus noster/ pene eramus ociosi: in primis ipsis foribus ecclesiæ tuæ, ecclesiæ quæ con-
struitur ad imitandam ciuitatem cœlestem: quæ cum domo domini retinet consortium.
Illuc enim ascenderunt tribus/ tribus domini: testimonium israel ad confitendum nomini 4
domini, nam in Hierusalem illam domo dei copulatam conscenderunt populi/ viri sācti:
qui testes fuerunt populo fideli ad glorificandum verbum dei. Quia illic sederunt sedes 5
in iudicio: sedes super domū Dauid, quia in illa gloriosa ciuitate cœlesti/ throni positi sūt
ad iudicandū: ad iudicandum populū regis æterni/ regis gentiū desyderati. Rogate quæ 6
ad pacem sunt Hierusalem: & abundantia diligentibus te. O populi precamini quietudi-
nem & tranquillitatem tā gloriosæ ciuitatis vobis impartiri: & O ciuitas sancta nichil de-
sit ijs qui quærunt/ colunt & amāt te. Fiat pax in virtute tua: & abūdantia in turribus tu- 7
is. O ciuitas dei quies detur præsidibus tuis: & nulla desit bonorū copia defensoribus tu-
is. Propter fratres meos & proximos meos: loquebar pacem de te, propter cōfideles me- 8
os & charos meos: hanc tuam diuinæ pacis securitatem precatus sum. Propter domum 9
domini dei nostri: quæsiui bona tibi, vt cœlestis domus conditoris & dominatoris nostri
impleatur: precatus sum O ciuitas dei omnia prospera tibi.

ADVERTE. Tertio versu/ cuius participatio eius in idipsum: ex hebręo cuius partícipa-
tio eius simul, id enim in idipsum est quod nunc in vnum nunc in idipsum vt alias dictū
est interpretes verterunt/ Hieronymus simul. & cum dicitur simul: nonnichil ciuitati soci-
atur. & quidnam illud: nisi dei & agni? acsi diceremus cuius participatio simul cum ea. &
templum (inquit diuinorum spectator Ioannes) non vidi in ea, dominus enim omnipotes
templum illius est/ & agnus. & hæc est participatio ciuitatis cœlestis: participatio dei &
agni, vnde non forte absona esset intelligentia neq; ineptus sermo: si versum hunc ita le-
geremus. Hierusalem quę ædificatur vt ciuitas: cuius participatio cū ea in idipsum, quod
idem est ac/ cuius participatio pariter cum ea, superna enim ciuitas secum habet quo par-

ticipat: terrena autem & infima nondum habere videtur. ¶Septimo versu. fiat pax i virtute tua: ex hebræo paulo aliter/ sit pax in muris tuis. sed quia muri defendunt & muniunt: interpretes pro virtute & fortitudine acceperunt. verum custodes/ & defensores intelligendi sunt: quibus sancti pacem dei imprecãtur.

¶Cãticum graduum. CXXII.

1 AD te leuaui oculos meos: qui habitas in cœlis.
2 Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum.
3 Sicut oculi ãcillę in manibus dominę suę: ita oculi nostri ad dominũ deum nostrum donec misereatur nostri.
4 Miserere nostri domine miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.
5 Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus et despectio superbis.

¶Cãticum graduum. CXXII.

1 AD te leuaui oculos meos: qui habitas in cœlo.
2 Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum.
3 Et sicut oculi ancillę in manibus dominę suæ: ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereat nobis.
4 Miserere nobis domine miserere nobis: quia multum repleti sumus contemptione.
5 Et multum repleta est anima nostra: opprobrium abundãtibus & despectio superbis.

¶Cãticum graduum. CXXIII.

1 AD te leuaui oculos meos: qui habitas in cœlis.
2 Ecce sicut oculi seruorum: ad manum dominorum suorum.
3 Sicut oculi ancillę ad manum dominæ suæ: sic oculi nostri ad dominũ deum nostrum donec misereatur nostri.
4 Miserere nostri domine miserere nostri: quoniam multum repleti sumus despectione.
5 Multum repleta est anima nostra: opprobrio abundantium et despectione superborum.

TITVLVS. Psalmus graduum. Psalmus/ continuata laus. idem populus qui prius sed alia ratione/ inducitur.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in cœlis. ad te mẽtem meam erexi dominator cœli et terræ: qui in cœlis assumptus resides in dextera pa-
2,3 tris. Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorũ suorum. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri. ecce quemadmodum supplices serui veniã precantes: nusq̃ deflectunt oculos a manu hẽrorũ suorũ. vtq; supplicis famulæ nusq̃ deflectitur visus a manu eius quã offenderit hæræ suæ: ita indeflexiles obtutus nostri ad regem & plasmatorem nostrũ donec miseratiõe fle-
4 xus ignoscat nobis. Miserere nostri domine miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione. parce nobis miserator domine/ parce nobis & remitte: quia plurimũ contem-
5 ptibiles & despectibiles facti sumus. Quia multũ repleta est anima nostra: opprobriũ abũdantibus & despectio superbis. causa autem ob quam sic digni cõtemptu & despectu euasimus ea est/ quia terrenis bonis nimis abũdauimus/ diuitijs nimis locupletati/ & honoribus elati sumus: diuites autem & auaros decet ignominia/ & contemptus superbos.

ADVERTE. Quinto versu. quia multum repleta est anima nostra/ opprobriũ abundantibus & despectio superbis: ex hebręo paulo aliter legitur. multum repleta est anima nostra opprobrio abundantium/ & despectiõe superborum. & certe satius videretur ita nobis ad imitationem Hieronymi legendum/ quia multum repleta est anima nostra opprobrio abundantiũ & despectione superborũ: ne orans sibiipsi malum imprecari videretur. & hic queritur populus sanctus/ sui sæculi vitam multũ lacessitam & vilipensam opprobrio diuitum/ & ambitione superborum. quę duo mala hoc etiam nostrum sæculũ fundit⁹ perdunt. quæ nisi deus e medio tollat: non regnabit in nobis Christus vita nostra. qui in paupertate cognoscitur & humilitate. qui in illis ad nos dignatus est descendere. cui vt in illis iterum seruiatur: & omnis honor & gloria cum debito cultus honore/ sedulo impẽ-

Psal. 122 Ad te leua. 123

GALL.

datur: ipse id mundo tribuat/qui est benedictus sine fine. Quod si sinatur vt legimus: intelligatur populus sanctus humili confessione suum dicere/quod est reliquorũ membrorũ.

¶ Cãticum graduum. CXXIII.

1 Nisi quia dominus erat in nobis dicat nunc israel: nisi quia dominus erat in nobis.

2 Cum exurgerent homines in nos: forte viuos deglutissent nos.

3 Cum irasceretur furor eorum in nos: forsitan aqua absorbuisset nos.

4 Torrentem petransiuit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam ītolerabilẽ.

5 Benedictus dominus: qui non dedit nos in captionem dẽtibus eorũ.

6 Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantium.

7 Laqueus contritus est: & nos liberati sumus.

8 Adiutorium nostrum in nomine domini: qui fecit cœlum & terram.

ROM.

¶ Cãticum graduum. CXXIII.

Nisi q̃ dominus erat in nobis dicat nunc israel: nisi quia dominus erat in nobis.

Dum insurgerent homines ī nos: forsitan viuos deglutissent nos.

Dum irasceretur animus eorum aduersum nos: forsitan velut aqua absorbuissent nos.

Torrentem pertrãsiuit aīa nostra: forsitan pertransijsset anima nostra aquã intolerabilem.

Benedictus dominus: q̃ nō dedit nos in captionem dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantium.

Laqueus contritus est: & nos liberati sumus.

Adiutorium nostrũ in nomine domini: qui fecit cœlum & terram.

HEB.

¶ Cãticum graduum. CXXIIII.

Nisi dominus fuisset in nobis: dicat nunc israel.

Nisi dominus fuisset in nobis: cum exurgerent super nos homines.

Forsitan viuos absorbuissent nos: cum irasceretur furor eorum sup̃ nos.

Forsitan aq̃ circũdedissent nos: torrẽs trãsisset super animã nostram.

Forsitan transissent super animã nostram: aquę superbiæ.

Benedictus dominus: qui non dedit nos ī prędam dentibus eorum.

Anima nostra quasi auis erepta est: de laqueo venantium.

Laqueus contritus est: & nos liberati sumus.

Auxilium nostrum in nomine domini: qui fecit cœlum & terram.

TITVLVS. Canticum graduum. Psalmus/laus continuata. Populus sanctus ob opulentias & honores eum perdentes diuino flagello castigatus/in spiritu inducitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Nisi quia dominus erat in nobis dicat nũc israel: nisi quia dominus erat in nobis. 1 Cum exurgerent homines in nos: forte viuos deglutissent nos. 2 nisi quia diuinũ auxilium non deseruit nos/confiteantur nunc fideles: nisi quia diuinũ prę sidiũ nos nequaq̃ deseruit, cum irruisset furor hoim in nos: vtiq; viuentes absumpsissẽt nos funditusq; sustulissent e medio. Cum irasceretur furor eorũ in nos: forsitan aqua absorbuisset nos. 3 cũ impetus aduersariorum fureret in nos: certe (nisi dominus affuisset) inundans multitudo consumpsisset nos. Torrentem pertransiuit anima nostra: forsitan pertransisset 4 anima nostra aquam intolerabilem, ex afflictione emersit vita nostra ingens & tumultuarium periculum euasit vita nostra: & nisi dominus fuisset in nobis/re vera afflictionem sustinuisset insuperabilẽ. Benedictus dominus: qui non dedit nos in captionem dentib⁹ eo- 5 rum, magnificetur & glorificetur deus: qui non permisit nos in prædã venire fauc̃ib⁹ eorum. Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantiũ, sublatis nostris diuitijs & 6 honoribus/vita nostra & spiritus noster non aliter sublatus est a tendiculis demonũ/ a direptionibus hostiũ/ q̃ auis de pedicis aucupum. Laqueus contritus est: & nos liberati sumus, hostes nostri quos dominus super nos flagella ordinauit diuitias abstulerunt/ hono- 7

res detraxerunt quibus nimirum onerata & compedita erat vita nostra/laqueũ confrege-
8 runt:& nos a periculis importabilium pœnarum erepti sumus. A diutorĩ nostrũ in nomi
ne domini:qui fecit cœlum & terram. non mortales hãc nobis opem attulerunt sed inuo-
catio dei omnipotentis:inuocatio filij dei conditoris cœlestium & terrestrium.

ADVERTE. Quarto versu. torrentem pertransiuit anima nostra/forsitan pertransisset a-
nima nostra aquã intolerabilem: Hieronymus ex hebrẽo/ torrens transisset super animã
nostrã/ forsitan transissent super animã nostram aquæ superbiæ. & q̃is sensus videatur
quoquo pacto cõuersus:idem nichilominus propemodũ significatur, scilicet nisi dominus
fuisset in nobis:inundatio afflictionis oppressisset & dedisset pessum animam nostrã/ nisi
dominus fuisset in nobis/forsitan potentia dæmonũ et superborũ obruisset animã nostrã.
sed occulta dei præsentia defensi sumus. Sed & insuper aduerte. vbi secũdo/tertio et quar
to versu dicimus forte et forsitan: volunt/hebræos dictionẽ quæ hic habetur/ vtiq; & cer-
te interpretari solere. prestat sane non dubitare sine dei præsidio nos protinus perituros:
q̃ illud cũ dubitatiõis adiunctione pronunciare. legendũ igitur potius. cũ exurgerent ho-
mines in nos/certe viuos deglutissent nos. cum irasceretur furor eorum in nos/certe aqua
absorbuisset nos. torrentem pertransiuit anima nostra/ certe pertransisset anima nostra a-
quam intolerabilem.

Cãticum graduum. CXXIIII.

1 QVi cõfidũt in do-
mino sicut mons
sion non cõmouebitur
in æternum: qui habi-
tat in hierusalem.
2 Montes in circuitu ei9/
& dominus in circuitu
populi sui:ex hoc nunc
& vsq; in sæculum.
3 Quia nõ relinquet do
minus virgam peccato-
rum super sortẽ iusto-
rum: vt non extendant
iusti ad iniquitatẽ ma-
nus suas.
4 Benefac domine:bonis
& rectis corde.
5 Declinantes autem in
obligatiões adducet do
minus cum operantib9
iniquitatem: pax super
israel.

Cãticum graduum. CXXIIII.

QVi cõfidũt in do-
mino sicut mons
sion nõ commouebitur
in ęternum:qui habitat
in hierusalem.
Montes in circuitu ei9/
& dominus in circuitu
populi sui:ex hoc nunc
& vsq; in sæculum.
Quia non derelinquet
dominus virgam pecca
torum super sortem iu-
storum:vt non extẽdãt
iusti ad iniquitatem ma
nus suas.
Benefac domine:bonis
& rectis corde.
Declinantes autem ad
obligationem adducet
dominus cum operan-
tibus iniquitatem: pax
super israel.

Cãticum graduum. CXXV.

QVi cõfidũt in do-
mino quasi mons
sion immobilis:in ęter-
num habitabilis.
Hierusalem montes in
circuitu eius/& domin9
in circuitu populi sui: a
modo & vsq; in æternũ
Quia nõ requiescet vir
ga impietatis super sor
tem iustorũ: vt nõ mit-
tant iusti in iniquitatẽ
manus suas:
Benefac domine:bonis
& rectis corde.
Qui autẽ declinant ad
prauitates suas / dedu-
cet eos dominus cũ ijs
qui operantur iniquita-
tem:pax super israel.

TITVLVS. Canticum graduum. Psalmus/ laus cõtinuata. Populus fidelis/ vt & prius in
spiritu inducitur.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Qui confidunt in domino sicut mons sion:non commoue
bitur in æternum/qui habitat in Hierusalem. quid mirũ si adiutorium nostrum in nomine
domini qui fecit cœlum & terrã?/quia qui sperant in domino: assimilantur monti sion im-
2 mobili/ciuitati magni regis in sempiternũ habitabili in Hierusalem. Montes in circuitu
eius/& dominus in circuitu populi sui:ex hoc nunc & vsq; in sæculũ. Hierusalem summa
cœlestis ciuitas/ supernis potestatibus est circũsepta:& deus circundat ad protectionẽ &
3 defensionẽ plebem suam in sempiternũ. Quia nõ relinquet dominus virgã peccatorũ su-

Psal. 124 Qui confi. 125

GALL. ROM. HEB.

per sortem iustorũ: vt non extendant iusti ad iniquitatẽ manus suas. circundat ad protectionem et defensionẽ benignissimus deus/ quia perseuerare non sinet flagellũ implorũ super hæreditatẽ & possessionẽ suam fidelem: vt fideles eius non corrumpantur/vt nõ incuruent opera sua ad scelera & ipietatẽ flagicioſorũ. Benefac domine: bonis & rectis corde. O dominator & miserator æterne/munera gratiæ tuæ largire: ijs qui beniuola & recta æquaq; sunt voluntate. Declinantes autem in obligationes adducet dominus cũ operantibus iniquitatem: pax super israel. sed eos qui non bona/recta & æqua sunt volũtate/sed declinãt in prauitates/deus iustus iudex tradet supplicijs cũ operarijs iniquitatis: requies autem/securitas & tranquillitas dei super fideles/deiq; beneplacita exquirentes.

4

5

ADVERTE. Hoc canticũ/ de veritate ecclesiæ cœlestiq; Hierusalem/expositũ est: potest & de imitatrice inferioreq; Hierusalẽ exponi. nã quod illic est vt in archetypo: hic relucet vt in vestigio. ¶ Primo versu. Qui confidunt in domino sicut mons sion nõ cõmouebitur in æternũ/qui habitat in Hierusalem: Hieronymus ex hebræo/ qui confidunt in domino quasi mons sion immobilis/in æternũ habitabilis. quare hic versus ita nobis legendus videtur. qui confidunt in domino sicut mons sion qui nõ cõmouebitur/ qui in æternum habitabitur. & ad cõparationis notã intelligimus: verbũ sunt vel erunt. hoc pacto qui confidunt in domino erunt sicut mons sion. & id in Hierusalem ad sequentem versum pertinet ex hebræo. & particula in: superflua est. est enĩ Hierusalem quæ circundatur montibus: vt ecclesia sancta supernis custodibus. quare secundus identidem versus legendus esset: Hierusalem montes in circuitu eius. & relatiuum eius/referre non potest id quod dictũ est mõtem sion/neq; qui habitat: sed Hierusalẽ. quod ex greco cognoscitur/ vbi dicitur αὐτῆς genere fœminino. ¶ Quinto versu. declinantes autẽ in obligationes: ex hebræo/qui autẽ declinant ad prauitates suas. & hoc dilucidius.

¶ Cãticum graduum. CXXV.

1 IN conuertẽdo dominus captiuitatem sion: facti sumus sicut consolati.

2 Tunc repletũ est gaudio os nostrũ: & lingua nostra exultatione.

3 Tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis.

4 Magnificauit dominus facere nobiscũ: facti sumus lætantes.

5 Conuertere domine captiuitatem nostram: sicut torrens in austro.

6 Qui seminant in lachrimis: i exultatiõe metẽt.

7 Euntes ibant & flebãt: portantes semina sua.

8 Venientes autem venient cũ exultatione: portantes manipulos suos.

¶ Cãticum graduum. CXXV.

IN cõuertendo dominus captiuitatẽ sion: facti sum⁹ sicut cõsolati.

Tunc repletum est gaudio os nostrum: & lingua nostra exultatiõe.

Tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum illis.

Magnificauit dominus facere nobiscũ: facti sumus lętantes.

Conuertere domine captiuitatem nostram: sicut torrens in austro.

Qui seminãt in lachrimis: ĩ gaudio metent.

Euntes ibant & flebãt: mittentes semina sua.

Venientes autem venient in exultatione: portãtes manipulos suos.

¶ Cãticum graduum. CXXVI.

CVm cõuerteret dominus captiuitatẽ sion: facti sumus quasi somniantes.

Tunc implebitur risu os nostrũ: & lingua nostra laude.

Tunc dicent in gentib⁹: magnificauit dominus facere cum istis.

Magnificauit dominus facere nobiscũ: facti sumus lętantes.

Conuertere domine captiuitatem nostram: sicut riuus in austro.

Qui seminãt in lachrimis: ĩ exultatiõe metẽt.

Qui ambulans ibat & flebat: portans ad seminandum sementem.

Veniens veniet in exultatione: portans manipulos suos.

TITVLVS. Canticũ graduũ. Psalmus/cõtinuata laus. idẽ populꝰ fidelis iducti ĩ spiritu.

1 EXPOSITIO CONTINVA. In cõuertendo dominus captiuitatem ſion: facti ſumus ſi-
cut conſolati. cũ conuerteret dominus detentionem ſion/ cũ reuocaret eccleſiam ad mo-
res/ quæ diu captiua fuerat detentaq; vicijs: quaſi præ gaudio ſomniaremus facti ſum⁹ ex-
2 ultantes. Tunc repletũ eſt gaudio os noſtrum: & lingua noſtra exultatione. cõuerſione au
tem facta/ reducta ſion ad dominũ/ & deo dignis formata moribus: ore noſtro gaudiũ ex-
3 preſſimus/ & ſermone noſtro exultationẽ. Tunc dicent inter gentes: magnificauit domi-
nus facere cum eis. conuerſione & reductione illa facta/ ſermo agitabatur inter nationes:
4 magnũ aliquid voluit deus operari cũ eis. Magnificauit dominus facere nobiſcũ: facti ſu-
mus lętantes. magnũ aliquid & arduum (fatemur) operatus eſt nobiſcũ deus/ vera nos op
5 pleuit lætitia. Conuertere domine captiuitatem noſtrã: ſicut torrẽs in auſtro. reduc domi-
ne/ collige ad te detentam plebẽ tuam: ſicut colligitur vortex rapiduſq; riuus flante noto/
6 fiat grex vnus te paſtore ſolo atq; vnico. Qui ſeminant in lachrimis: in exultatione me-
tent. te colligente & in vnũ gregẽ cogente qui nunc gemunt & plorãt/ conuerſionẽ eccle-
7 ſiæ tuæ expectantes: fructum pœnitentiæ ſuę in gaudio recipient. Euntes ibant & flebant:
8 mittentes ſemina ſua. Venientes autẽ venient cum exultatione: portantes manipulos ſu-
os. in captiuitate adhuc exiſtentes cultores tui peregrinabãtur & plorabant: quæ poterãt
melioris vitæ fundamenta iacentes. ſed ex captiuitate reuertentes conuertentur ad te cũ
gaudio: bonis operibus manus oppletas habentes.

ADVERTE. Primo verſu. in cõuertendo dominus captiuitatem ſion: ex hebręo/ cũ con-
uerteret dominus captiuitatẽ ſion. & hic ſermo melior eſt: & ſatius hoc pacto vertiſſet in-
terpres. quod ſi voluit græcã formam ſeruare: ſaltem dixiſſet in conuertendo dominum/
captiuitatem ſion. nã & hoc pacto greçe legitur. ἐν τῷ ἐπιστρέψαι κύριον τὴν αἰχμα-
λωσίαν σιών. ſed hoc loquendi ſcęma (etſi græcis frequens) non eſt latinis aſſuetũ. cæ-
terum neq; in alijs locis obſeruat interpres/ vt id pſalmi + cum inuocarem. cum clama-
uero: vbi greçe ſimilis orationis cõtextus habetur/ ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαί με. ἐν τῷ κε-
κραγέναι με. & innumeris alijs in locis. ¶ Secunda eiuſdem primi verſus particula facti
ſumus ſicut conſolati: ex hebræo/ facti ſumus ſicut ſomniantes. quod deſignat pios tẽpo-
re cõuerſionis illius cum illã vitæ reformationẽ incoari videbunt: geſtituros quidẽ gau-
dio/ ſed formidaturos ne & ipſi ſomnient/ & ne non vere videant quæ fieri incipient. vt
accidere ſolet ijs/ qui diu verſati ſunt in malis: ſi grande aliquod & pręter ſpem bonũ ac-
ciderit eis/ geſtiunt quidẽ ſed timent ſibi ſomnio illudi/ & aliquandiu ſubdubitant an pla-
ne vigilent. & quid mirũ? nam & Petrus apoſtolus cum duce angelo per plateas Hieruſa
lem ſolutis ſuis catenis/ vltro ſibi foribꝰ carceris patefactis duceretur: dormire ſe putabat
viſumq; videre & ſomnio illudi. & placeat filio dei qui ſolus captiuitatem noſtrã conuer-
tere poteſt/ tam fœlici tamq; beato & optato reductionis tempore nos eſſe natos. quam ſi
totam videre non dabitur: ſaltem particula tribuatur. Quod & ita futurũ ſuſpicantur nõ-
nulli ex tropheis glorioſi principis Emanuelis Luſitanię ſceptra moderantis/ cuius claſ-
ſis nunc ad antipodas & terræ hypogium penetrat/ nunc permeat ad auſtrũ & brumæ ſol-
ſtitium trãſcendit/ nunc ad exortus citato curſu vltimos Africę Nomadas/ Garamantes/
Aethiopes/ Arabes/ Perſas/ vbiq; locorũ victrici prætẽſo eleuatoq; Chriſti vexillo poſt ter-
ga relinquit & tãdem ad Macrobios peruenit Taprobanitas & Cananoritas/ & mille alia
nobis ſine nominibus loca. ſed quid hęc alijs inaudita ſæculis/ nunc autem audita/ nobis
prætendunt: non ineleganti carmine cecinit qui dixit.

Deus cunctis ex gentibus vnam
Iam facturus: iter pandit. quo iungere poſſit
Ortus & occaſus facili commertia nixu.

Sed quænam alia cõmertia velit deus: niſi pietatis/ & verę agnitionis Chriſti ſui qui ſal-
uare venit animas? nulla profecto alia crediderim. et faciat deus noſtra ſęcula: hac ſua vi
ſitatione fœlicia. ¶ Quinto verſu. conuertere: rectius conuerte. tum ex hebræo. tum etiam
quia conuertor apud nos paſſiuum non deponens eſſe ſolet. Et in principio Hieronymus
cum conuerteret dominus captiuitatem ſion: dixit conuerteret/ non quaſi deponẽte vſus
conuerteretur. At dices ergo pſalmi ſexti/ verſu quarto legendum eſt conuerte domine
& eripe animã meam: cum illic quod Græci dicunt ἐπίστρεψον/ idem habeatur vocabu-
lum. Minime legendũ erit conuerte. nam paſſiue illic tenetur vocabulũ quaſi dicat tu do-
mine qui auerſus es conuertaris ad me: qui receſſiſti/ reuertaris ad me. at in huius pſalmi
quinto verſu ſi paſſiue capias: nullam eruas intelligentiam. quapropter neceſſitate legen
dum eſt conuerte. ¶ Septimo verſu. mittentes ſemina ſua. ex tralatione romana id mutu-

125 In conuer. 126

amus. nam tralatio nostra habet: portantes semina sua/ paulo vicinius ad hebraicam/ vbi legimus portans ad seminandum sementem. quasi ante reductionem & conuersionē ecclesiæ: pij quidem miseriam sæculi sui plorantes/ semina habeant pię vitę/ sed vbi ea semineant non habeant. reductione autem facta: & seminabunt & aceruos messium aggregabunt in horreo domini sabaoth.

¶ Canticum graduum salomoni. CXXVI.

1 NIsi dominus ædificauerit domū: in vanum laborauerūt qui ædificant eam.

2 Nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam.

3 Vanum est vobis ante lucem surgere / surgere postq̄ sederitis: qui mā ducatis panem doloris.

4 Cū dederit dilectis suis somnū: ecce hæreditas domini/ filij merces fructus ventris.

5 Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij excussorum.

6 Beatus vir qui implebit desyderiū suū ex ipsis non confundentur cum loquentur inimicis suis in porta.

¶ Canticum graduum salomoni. CXXVI.

1 NIsi dominus ædificauerit domū: in vanum laborant qui ædificant eam.

2 Nisi dominus custodierit ciuitatem: in vanum vigilāt q̄ custodiūt eā.

3 Inuanū est vobis āte lucē surgere/ surgite postq̄ sederitis: qui māducatis panem doloris.

4 Cū dederit dilectis suis somnum: hęc est hęreditas domini/ filij merces fructus ventris.

5 Sicut sagittæ in manu potentis: ita & filij excussorum.

6 Beatus vir qui impleuit desyderiū suum ex ipsis: non confundētur cum loquētur inimicis suis in porta.

¶ Canticum graduum salomoni. CXXVII.

1 NIsi dominus ędificauerit domū: in vanum laborauerūt qui ædificant eam.

2 Nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam.

3 Frustra vobis est de mane consurgere postq̄ sederitis: qui manducatis panem dolorum.

4 Sic dabit diligentibus se somnum: ecce hæreditas domini/ filij merces fructus ventris.

5 Sicut sagittę i manu potentis: ita filij iuuētutis.

6 Beatus vir qui impleuit pharetram suam ex ipsis: non confundētur cum loquentur inimicis suis in porta.

TITVLVS. Canticum graduū/ Salomoni. psalmus/ continuata laus. spiritus loquitur.

EXPOSITIO CONTINVA. 1 Nisi dominus ædificauerit domum: in vanū laborauerunt qui ædificant eam. nolite putare hanc reductionē/ hanc ædificationē sion factū ab hominibus/ quia nisi ille ipse qui omnibus dominatur cōstruxerit ædē suā/ ecclesiā suā: frustra fatigantur qui moliuntur extruere eam. 2 Nisi dominus custodierit ciuitatē: frustra vigilat qui custodit eam. nolite putare posse defendi sion ab homine/ quia nisi dominus ipse defenderit & seruauerit ecclesiam suam: curas/ vigilias/ & superintendentias perdit qui nititur custodire eā. 3 Vanum est vobis ante lucem surgere/ surgite postq̄ sederitis: qui manducatis panem doloris. frustra nitimini ante diuinā opē/ ante Christi domini visitationē respirare postq̄ in captiuitate in illa misera tēporis conditione detēti fueritis: qui afflictione et compunctiōe pascimini/ qui cibū vestrū sumitis in lachrimis. 4 Cū dederit dilectis suis somnū: ecce hæreditas domini/ filij merces fructus ventris. postq̄ serui domini qui eūtes ibant & flebāt portantes semina sua/ mortalibus rebus functi dormierint: en primū possessio domini/ filij qui dabuntur eis in mercede/ fœcunditas vteri eorum. 5 Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij excussorū. vt tela in dextera validissime vibrantis: sic & acres erunt post cōuersionem sion filij dilectorū domini iā dormientiū sed qui viriliter pro suo tempore dimicauerunt. 6 Beatus vir qui implebit desyderiū suum ex ipsis: non confundētur cum loquētur inimicis suis in porta. fœlix & electus homo ille/ qui adimpleuerit & fecerit voluntatem ipsorum: non superabuntur cum congredientur in aperto aduersarios suos/ in ipso ingressu munitionum eorum.

ADVERTE. Tertio versu. vanū est vobis ante lucem surgere surgite postq̄ sederitis. hoc surgite: ex tralatione romana mutuatū est quod etiam habetur græce. at gallica habet/ va num est vobis ante lucem surgere/ surgere postq̄ sederitis. sed & illud surgite/ & secundo lo co surgere superfluū ex hebræo videtur vnde habetur: frustra vobis est de mane cōsurge re postq̄ sederitis. ¶ Eodē tertio versu. qui manducatis panē doloris: ex hebręo qui man ducatis panem dolorū. sed Hieronymus in epistola ad Marcellā consentit & probat legē dum idolorū & hic poni vocabulū quod & psalmi 113 versu 12 simulacra/ id est idola/ illic scilicet simulacra gentiū argentū & aurum. quare fieri potest: vt detracta i primaria littera reliquam particulam seruantes/ solum nunc legāt dolorum: cū legendum sit sua sententia idolorū. si igitur legimus idolorū: sensus esto. frustra O gentes nitimini surgere ad deū co lendum ante solis iustitiæ ortum/ postq̄ iacueritis in ignorātia dei depressi qui educamini in falso dogmate idolorū. idolorum enim cultura non debuit ex oraculo ante aduentum Christi (qui est lux vera) deficere: qui spiritales tenebras expulit a mentibus hominum. & qui etiam nunc colunt idola (sunt enim qui colunt) frustra surgunt ad colendum deū an teq̄ Christus illis oriatur. ¶ Quarto versu. ecce hęreditas dñi/ filij merces fructus ventris: ex hebræo ecce hæreditas domini/ filij mercis/ fructus ventris. vbi mercis genitiuus et fru ctus rectus intelligitur. quasi ij qui ante cōuersionē & reductionē sion ad meliorē frugē in luctu & lachrimis comederunt panē suum desyderio melioris vitæ/ sua & aliorum pecca ta deplorantes: id mercedis suæ pio desyderio consequuti sint/ vt eorum filij post eorum dormitionem & obitum feruentissimi & insuperabiles religionis zelatores existant. filij di co mercis & redēptionis filij dei/ vt quos sanguine suo mercaturus esset. Sunt etiam exem plaria hic ex hebræo etiam habētia merces: nā & hebraice hic MACHAR habetur quod & precium & mercedem & quod emitur significare volunt. sed si legimus merces: fructus genitiuus intelligitur: vt ex græco dilucet ὁμισθὸς τοῦ καρποῦ. ¶ Quinto versu. ita fi lij excussorū: ex hebræo ita filij iuuentutis. quod innuere videtur: ita filij nouellæ cōuer sionis & reparationis sion. vt enim apostoli in primitiua ecclesia feruidi & spiritu calētes/ inuicti perstiterunt: ita primitiui reductionis ecclesiæ/ nullo metu hostilū territi vbiq; Chri stum dominum & euangelium æternū annunciabunt. neq; confundentur: cum loquentur inimicis suis in portis eorū. Verū Hieronymus in eadē epistola quæ & paulo āte nomina ta est: quod dicitur excussorū/ interpretari potius censet vegetorū/ robustorū & expedito rū. neq; Hilariū hic probat qui excussos intelligebat apostolos. sed filij iuuētutis id est no uellæ reductionis ecclesiæ dicantur non abre filij excussorū/ sic dictorū ad similitudinē sa gittæ valide excussæ/ illa siquidē robusta & expedita/ ita filij eorū qui quasi sagittę excussi & euibrati sunt aduersus hostes domini similiter vt sagittæ erunt in manu dei/ quo aduer sarios fidei expugnent & expugnatos/ fideles Christo reddant. ¶ Sexto versu. beatus vir qui implebit desyderiū suum ex ipsis: ex hebręo/ beatus vir qui impleuit pharetrā suam ex ipsis. verum parui refert siue hoc siue illo modo dicatur quo nichil aliud designari pu tem/ q̄ beatum & saluum eum virū fore ac fuisse qui eorū doctrina/ sermōe & oratiōe mu nitus fuerit & defensus. nisi per beatū virū: intelligere velis Christū dñm. qui pharetram suā illis impleuit: vt in tēpore inimicos suos confodiat & tales sint quibus aduersarij eius resistere non possint. siquidē de Christo dño legitur: posuit me vt sagittā electā/ & in pha retra sua abscondit me. & ipse quoq; qui eadem operatur quæ pater: electos suos cū vult ponit vt sagittas/ & in pharetra sua abscondit. neq; hæc indigna fuerit intelligentia. ¶ In eodē sexto versu & vltimo confundentur & loquentur referuntur ad filios excussorū/ siue (vt Hieronymo placuit) iuuentutis. tū ex græco οὐ καταισχυνθήσονται ὅταν λαλῶσι τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ ἐν πύλαις non confundentur cū loquentur inimicis eius i por tis: tum ex hebręo/ non confundentur cū loquentur inimicis suis in porta. & in oībus tra lationibus ita scriptū repperi/ excepta vetusta. solet tamē passim singulariter cātari/ nō cō fundetur cum loquetur inimicis suis in porta. vt id totum/ beatus qui in principio versus positus est respiciat. & ita vetus tralatio habet. verum vt dictū est: pluratiue recti9 legi.

¶ Cāticum graduum. CXXVII.

BEati omnes qui ti mēt dominū: qui ambulant in vijs eius.

¶ Cāticum graduum. CXXVII.

BEati omnes qui ti mēt dominū: qui ambulant in vijs eius.

¶ Cāticum graduum. CXXVIII.

BEatus omnis qui timet dñm: qui ambulat in vijs eius.

Psal.		GALL.	ROM.	HEB.
127 Beati oēs. 128	2	Labores manuum tuarum quia māducabis: beatus es & bñ tibi erit.	Labores fructuū tuorū manducabis: beatus es & bene tibi erit.	Laborē manuum tuarum cū comederis: beatus tu & bene tibi erit.
	3	Vxor tua sicut vitis abūdās: in lateribus domꝰ tuę.	Vxor tua sicut vitis abūdās: in lateribus domꝰ tuæ.	Vxor tua sicut vitis fructifera: in penetralibus domus tuę.
	4	Filij tui sicut nouellę oliuarum: in circuitu mēsę tuæ.	Filj tui sicut nouellę oliuarum: in circuitu mēsæ tuę.	Filij tui sicut germina oliuarū: in circuitu mēsę tuę.
	5	Ecce sic benedicetur homo: qui timet dominū.	Ecce sic benedicet ōnis homo: qui timet dñm.	Ecce sic benedicetur viro: qui timet dominum
	6	Benedicat tibi domiꝰ ex sion: & videas bona hierusalem omnibus diebus vitę tuæ.	Benedicat te dominus ex sion: & videas quæ bona sunt in hierusalē ōnibus diebꝰ vitæ tuæ.	Benedicat tibi domiꝰ ex sion: & videas bona hierusalem omnibꝰ diebus vitę tuę.
	7	Et videas filios filiorū tuorū: pacē super israel.	Et videas filios filiorū tuorū: pax super israel.	Et videas filios filiorū tuoꝝ: pacem sup israel.

TITVLVS. Psalmus graduum. psalmus/ continuata laus. vt in prędcēte: spiritus sāctꝰ.

EXPOSITIO CONTINVA. Beati omnes qui timent dñm: qui ambulant in vijs eius. 1
beatus vir qui impleuerit voluntatem filiorū excussorū/ sed insuper vniuersi æterna fœlicitate digni æstimabuntur/ qui habent domini timorem sanctū: qui obseruant mandata & præcepta eius. Labores manuū tuarum quia manducabis: beatus es/ & bene tibi erit. 2
O tu quicunq; times dominū & ambulas in vijs eius/ quia recipies mercedem operū tuorū: fœlix es/ & fœlicitatē in futuro consequeris. Vxor tua sicut vitis abundans: in lateribus 3
domus tuæ. beatus quidem es/ quia delegisti tibi sapientiā sponsam/ & ipsa assimilabitur viti fructiferæ: in parietibus thalami tui. Filij tui sicut nouellę oliuarum: in circuitu mensę 4
tuę. quos tibi sapientia tua generabis filios/ assimilabuntur nouellis germinationibꝰ olearum: circūdantes te in pastu & susceptione doctrinę tuę. Ecce sic benedicetur homo: qui ti 5
met dominū. hæc est ea benedictio quā adipiscetur homo: qui habet timorem domini sāctū. Benedicat tibi dominus ex sion: & videas bona Hierusalē omnibus diebus vitę tuæ. 6
Et videas filios filiorum tuorū: pacē super israel. hæc est inquā ea benedictio/ oīa tibi prospera faciat deus ex monte sancto suo: & admittaris ad spectacula ciuitatis sanctę ōni quo 7
immortalitatis tuæ. & in illa beatitudine intuearis eos quos tibi genueris & quos illi genuerint: summæ pacis tranquillitatem in dei visione.

ADVERTE. Secūdo versu. labores manuū tuarū quia manducabis beatus es/ & bene tibi erit: Hieronymus ex hebręo/ laborē manuū tuarū cum comederis beatus tu & bene tibi erit. & videtur particula cum potius quadrare q̄ quia. verū intellige nichil differre: siue dicas cum comederis/ siue cum comedes. beatitudo enī ab operibus non venit sed a deo: qui paruum acceptat & magnum tribuit. quis enim/ si regi porrexeris aquam & dederit tibi prouinciam regendam ob quā beatus dicaris: operi tuo tribuat potiusq̄ liberalitati gratiæue regiæ? & certe beatitudo/ gratię est non meriti/ non operis/ sed bonitatis se vltro sponteq; communicantis. quæ si opus requirit: non causam quærit sed benefaciendi seq; propagandi occasionem/ quę etiam ouem perditam requirit inuitatq; nunc minis nūc blāditijs redire nolentem.

		Cāticum graduum. CXXVIII.	Cāticum graduum. CXXVIII.	Cāticum graduum. CXXVIII.
	1	Saepe expugnauerunt me a iuuētute mea: dicat nunc israel.	Saepe expugnauerūt me a iuuētute mea dicat nunc israel/ sępe expugnauerūt me a iuuētute mea:	Saepe expugnauerunt me ab adolescentia mea: dicat nūc israel.
	2	Sæpe expugnauerunt		Sæpe expugnauerunt

me a iuuẽtute mea: etenim nõ potuerũt michi	etenim non potuerunt michi.	me ab adoleſcẽtia mea: ſed nõ potuerũt michi.
3 Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem ſuam.	Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitates ſuas.	Super ceruicem meam arabant arantes: prolõgauerũt ſulcum ſuum.
4 Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorũ/ confundantur & cõuertantur retrorſum: omnes qui oderunt ſion.	Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorũ/ confundantur & reuereantur: omnes qui oderunt ſion.	Dominus iuſtus concidet laqueos impiorũ/ confundantur & reuertantur retrorſum: omnes qui oderunt ſion.
5 Fiant ſicut fœnum tectorum: quod priuſquã euellatur exaruit.	Fiant ſicut fœnum ędificiorum: quod priuſq; euellatur areſcit.	Fiant ſicut fœnũ tectorum: quod ſtatim vt viruerit areſcit.
6 De quo non impleuit manum ſuam qui metet: & ſinum ſuũ qui manipulos colliget.	De quo non implebit manum ſuã qui metet: nec ſinum ſuũ qui manipulos colliget.	De quo non implebit manum ſuam meſſor: & ſinum ſuum manipulos faciẽs.
7 Et non dixerũt qui p̃teribant benedictio domini ſuper vos: benedíximus vobis in nomine domini.	Et non dixerunt qui p̃teribant benedictio domini ſuper vos: benedíximus vos ĩ nomine domini.	De quo nõ dixerũt trãſeuntes benedictio domini ſuper vos: benedíximus vobis in nomine domini.

TITVLVS. canticum graduum. pſalmus/ continuata laus. fidelis populus inducitur.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Sæpe expugnauerunt me a iuuẽtute mea: dicat nũc iſrael.
2 Sæpe expugnauerũt me a iuuentute mea: etenĩ non potuerunt michi, dicat nunc populus/ timori dei & ſpirituali contemplationi intentus: ſæpe bella michi intentarunt ſpiritus maligni a tẽpore conuerſionis & inceptionis meæ. ſępe michi ab ipſa mea inceptione
3 bella michi intentarunt: ſed nequaq̃ præualuerunt michi. Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem ſuam. ſupra onus vitæ quod ſuſcepi ferẽdum multa machinati ſunt malignantes: prorogauerunt in longum tentationem ſuam.
4 Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorum: confundantur & conuertantur retrorſum omnes qui oderunt ſion. non in virtute mea hos impetus euaſi/ ſed miſeratione iuſti dei qui conteret peruicaciam malignarũ poteſtatũ: conterantur & confuſe abeant cunctę ne-
5 quitiæ/ quæ ita odio flagrant in populũ ſanctum. Fiant ſicut fœnum tectorũ: quod priuſq̃ euellatur exaruit. aſſimilentur herbæ creſcẽti in tectis domorũ: quę prius q̃ adoleuerit/ ſe-
6 ctioniſq; tempus aduenerit arefacta emarcuit/ ſic eorũ inſultus irriti cadant priuſq̃ adoleſcant & ad nocendũ perficiantur. De quo non impleuit manũ ſuam qui metet: & ſinũ ſuũ
7 qui manipulos colliget. Et non dixerunt qui præteribant benedictio domini ſuper vos: benedíximus vobis in noĩe dñi. ſimiles inquã fiunt fœno illi inutili de quo neq; meſſoris manus implebitur: neq; ſinus manipulos colligentis. & cui prætereuntes non benedixerunt dicentes/ bñdíximus vobis in noĩe dñi/ bñdictionẽ & ꝓſperitatẽ optauímus vobis in verbo oĩpotentis dei/ ita nulla creatura dei bñdicat malignis & noxijs ſpũalib9 nęquitijs.

ADVERTE. primo & ſecundo verſu. ſæpe expugnauerũt: rectius ex proprietate ſermonis oppugnauerunt. Nã qui expugnat vincit, qui vero oppugnat: vincere conatur/ ſed ni ſi expugnet fruſtratur conatus/ aut ſaltem nõ potitur victoria. verũ expugno & oppugno ſæpe confunduntur: vt hic & ſæpe alibi. niſi enĩ hic confunderetur quomodo ſubiungeretur etenĩ nõ potuerũt michi? Nã ſi nõ potuerũt/ ſi nõ p̃ualuerũt: nõ vicerunt. ſi nõ vicerũt: cũ id quoq; tentarẽt/ oppugnauerũt ſolũ. ¶ Q̃z in eiſdẽ verſib9 dicimus a iuuẽtute mea: Hieronymus ab adoleſcẽtia mea. & ſanctorũ virorũ ſtatus vitæ: in tres partes diducitur. ĩ tẽpus inceptionis/ proficientiæ/ & perfectionis. incipientes: agunt. proficientes: actionĩ

128 doctrinam addunt, perfecti: actioni & doctrinæ contemplationē & altissimā in deum theo-
Sępe expu. riam, primi: purgantur, secundi: purgati illuminantur, tertij: purgati & illuminati perfici-
129 untur ac consummantur. Sed pauci quos superno numine dignos/tam rara/& feruens e-
uexit ad æthera virtus, & omnibus his statibus: laquei sunt & insultus dęmonū nō pauci,
quos misericors & iustus dominus suis suppetias ferens: benignissime dissoluit, neq; enim
quis laqueos sibi intentatos dissoluere nosset: neq; nos nobis intētatos/ nisi miseratio dei
dissolueret, & ipse interdum per se/qui per se solus bonus est: interdū nobis cooperatori-
bus id facit. ¶ Tertio versu, supra dorsum meū fabricauerūt peccatores/ prolongauerūt
iniquitatem suam: Hieronymus ex hebręo supra ceruicē meā arabant arantes/ prolōga-
uerunt sulcū suum, sed quid illic per dorsum & hic per ceruicem intelligitur nisi susceptæ
obedientiæ iugū? vt eni in malis/dura ceruix perucacia & rebellio est/& excussio obedię-
tiæ: ita in bonis/ ceruix obedientia est, super hanc igitur obedientiā bonorū multæ sūt ma
chinationes dæmonū/longi sulci longiq; tractus tentationū, & hęc etiam intelligētia bo-
na est: & pios erudit cautioresq; reddit. ¶ Quod priusq; euellatur exaruit: ex hebręo quod
statim vt viruerit arescet, quo designatur precari/insultus malignorum similes fieri fœno:
quod statim vt oriri cœperit arefiet, sic vt oriri incipiunt malę dęmonū suggillationes cō-
primendæ/extinguendæ enecandæq; sunt. ¶ Sexto versu, impleuit, sic etiam ex græco ἐ-
πλήρωσε: rectius ex hebræo romanaq; tralatione implebit.

¶ Cāticum graduum. CXXIX.

1 DE ꝓfundis clama
ui ad te dñe: dñe
exaudi vocem meam.
2 Fiant aures tuę inten-
dentes: in vocem depre
cationis meæ.
3 Si iniquitates obserua-
bis domine: domine qs
sustinebit?
4 Quia apud te propicia
tio est: & propter legē
tuam sustinui te dñe.
5 Sustinuit anima mea i
verbū eius: sperauit ani
ma mea in domino.
6 A custodia matutina
vsq; ad noctem: speret
israel in domino.
7 Quia apud dominum
misericordia: & copio-
sa apud eum redēptio.
8 Et ipse redimet israel:
ex oīb9 iiquitatibus ei9.

¶ Cāticum graduum. CXXIX.

DE ꝓfūdis clama-
ui ad te dñe: dñe
exaudi orationē meā.
Fiant aures tuę inten-
dentes: in orationē ser-
ui tui.
Si iniquitates obserua
ueris domine: domine
quis sustinebit?
Quia apud te propicia
tio est: & propter legem
tuā sustinui te domine.
Sustinuit anima mea i
verbo eius: sperauit ani
ma mea in domino.
A vigilia matutina vsq̄
ad noctem: speret israel
in domino.
Quia apud dominum
misericordia est: & co-
piosa apd eū redēptio.
Et ipse redimet israel:
ex oībus iiquitatib9 ei9.

¶ Cāticum graduum. CXXX.

DE ꝓfūdis clama-
ui ad te dñe: dñe
exaudi vocem meam.
Fiant aures tuæ inten-
dentes: ad vocem depre
cationis meæ
Si iniquitates obserua-
bis domine: domine qs
sustinebit?
Quia tecū est propici-
atio: cum terribilis sis.
Sustinui dominū/ susti
nuit anima mea: & ver-
bum eius expectauit.
Anima mea ad dñm:
a vigilia matutina vsq;
ad vigiliam matutinā.
Expectet israel dñm/
quia apud dñm mia: et
mlta apd eū redēptio.
Et ipse redimet israel:
ex oībus iiquitatib9 ei9.

TITVLVS. Canticū graduū, psalm9/ cōtinuata oratio, in spiritu popul9 sāctus inducitur.
EXPOSITIO CONTINVA. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vo- 1
cem meam, de intimis præcordijs/de mente profunda ad te vociferaui domine: domine
susci pe precem meam. Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ. de i- 2
timis p̄cordijs ad te clamaui/aperi dñe tuę exauditiōis auditū: vociferatiōi supplicatiōis
meæ. Si iniquitates obseruabis dñe: dñe quis sustinebit? si pcā populi tui retinueris do- 3
minator immense/si non remiseris: quis poterit subsistere/ quis te poterit iplacatū pferre?

4 Quia apud te propiciatio est: & propter legem tuam sustinui te domine. quia tu domine
propiciabilis/misericors & peccata relaxans: & quia lex tua id docet & monstrat/ ego in
5 te confidi. Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in dño. confidit spi-
ritus meus in Christo eius: confidit spiritus meus in spiritu sancto conregnante & coimen
6 so. A custodia matutina vsq; ad noctẽ: speret israel in domino. ab ortu suo quo diuina val-
latur munitionis prouidentia vsq; ad obitum suum: populus fidelis non desinat sperare in
7 deo conditore & possessore suo. Quia apud dominũ misericordia: & copiosa apud eum re-
dẽptio. non desinat sperare/non diffidat de venia/non de repropiciatione/quia apud om
8 nidominantem deũ miseratio est: & exuberans apud eum peccatorũ dimissio. Et ipse redi
met israel: ex omnibus iniquitatibus eius. & ipse qui omnibus dominatur dimittet popu-
lo quærenti se: omnes iniquitates/& transgressiones eius.

ADVERTE. Quarto versu. quia apud te propiciatio est/& ꝓpter legẽ tuã sustinui te do-
mine: Hieronymus ex hebræo/quia tecũ est propiciatio cũ terribilis sis. Paulus Hebræus
magis hoc pacto dici probat: quia tecum propiciatio vt ipse timearis. quo nobis designaꝫ/
quia tecũ est propiciatio/nã tu solus peccata dimittere potes: ideo timẽdus es. quia si nõ
remiseris: nullus remittere poterit. timendus igitur offendi/ne non remittas: amandus au
tem & adorãdus/quia tu solus bonꝰ/propicius & misericors/peccata nõ reseruans. ¶ Se-
xto versu. a custodia matutina vsq; ad noctẽ: ex hebrẽo/a vigilia matutina vsq; ad vigiliã
matutinam. hoc intellige: ab ingressu huius mundi/ ad ingressum alterius semper in deo
esse sperandum/neq; spem miserationis & bonitatis eius vnq̃ esse intercipiendã. quã qui-
dem beatam spem/& suam sanctam miserationem: nobis indulgere dignetur qui solus est
superbonus & superbenedictus in sæcula. Amen.

¶ Cãticum graduum. CXXX.

1 DOmine nõ est ex-
altatũ cor meum:
neq; elati sũt oculi mei.
2 Neq; ambulaui in ma-
gnis: neq; in mirabilibꝰ
super me.
3 Si nõ humiliter sẽtiebã:
sed exaltaui aiam meã.
4 Sicut ablactatũ est su-
per matre sua: ita retri-
butio in anima mea.
5 Speret israel in dño: ex
hoc nũc & vsq; i sęculũ.

¶ Cãticum graduum. CXXX.

DOmine nõ est ex-
altatum cor meũ:
neq; elati sũt oculi mei.
Neq; ambulaui in ma
gnis: neq; in mirabilibꝰ
super me.
Si nõ humiliter sẽtiebã:
sed exaltaui aiam meã.
Sicut ablactatus super
matre sua: ita retribues
in animã meam.
Speret israel in dño: ex
hoc nũc & vsq; i sęculũ.

¶ Cãticum graduum/ Dauid. CXXXI.

DOmine nõ est ex-
altatum cor meũ:
neq; elati sũt oculi mei.
Et non ambulaui i ma
gnis: & in mirabilibus
super me.
Si non proposui: & si-
lere feci animam meã.
Sicut ablactatus a ma-
tre sua: ita ablactetur a
me anima mea.
Expecta israel dñm: a
modo & vsq; in ęternũ.

TITVLVS. Canticum graduũ/Dauid. psalmus/laus continuata. populus sanctꝰ iducit.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Dñe non est exaltatum cor meũ: neq; elati sunt oculi mei.
domine/in cunctis prosperis & gratijs tuis non extuli in me animam meam: neq; oculos
2 meos in superbia leuaui. Neq; ãbulaui in magnis: neq; in mirabilibus super me. neq; ma-
3,4 gnus videri volui: neq; admirabilis in ijs quę sunt supra me & quę non sunt in mea pote-
state. Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam. Sicut ablactatum est su-
per matre sua: ita retributio in anima mea. O domine/ si fragilitatem naturę meæ nõ me-
tiebar/si non meditabar me quantum ex me nichil esse & posse/ sed omnia a te/ si non id
feci: sed extuli in superbia cogitationem meam. sicut depellitur puer a lacte: ita michi re-
5 pẽde & depelle me abs te & a gratia tua reijce. Speret israel in dño: ex hoc nũc & vsq; in
sęculum. sperent & bene fidant in te domine qui in humilitate cordis quęrũt te agnosce-
re: neq; desinant ab hoc sęculo in alterũ/ nullum quidem habiturum finem in te sperare.

ADVERTE. Secũdo versu. Neq; ambulaui in magnis: neq; in mirabilibus super me. qui
ambulare volunt in magnis & mirabilibus super se/ vani quidam sunt & nimia curiosita-
te decepti: qui post deliramenta magica consortiaq; dæmonum insaniunt. qualis olim Si-
mon magus/ Apollonius/Carpocrates/& ante eos Zoroaster/Ostanes/Apuscorus/Zara-

tus/Marmaridius/Hippocus/ Zarmocenides monstrosa nomina: qui huius infamię nota inuruntur omnes. ¶ Et tempestate nostra (quod magis dolendum est) sunt qui vsq; adeo mente caligant vt se appellare magos aperte audeant/& polliceri cogitatus suos alteri: (modo non sit penitus rudis & artis ignarus) transfundere posse/& contra vicarios recipere quantūcūq; & quandocunq; libuerit/neq; locorū interualla id ipedire/ nullis signis/ nullis sermonibus/nullis nunciis/nullis litteris/nutibus aut spiritibus illis opus esse vt viciſſim mentem aperiant & mentis arcana prorsus alteq; rimentur. Ignarus es litterarum omnium: si te illorum committis studio/semuncia diei id est vnius horę spaciolum te latinum/græcum/ hebraicum/chaldęum & omnis linguæ scītem remittet/ nisi illorū nimis impudens & audax/ falsa sit assertio. At libentius crediderim: si te illorum magisterio credideris vbi antea omnia illa perbelle callueris/ solius horulę interuallum te omnium illorum remittet ignarum/te iuste feriente diuina vltione quę huiusmodi sapientes iuxta Esaiæ oraculum conuertit retrorsum/ & scientiam eorum stultam facit. ¶ Sunt alij qui pactolos & aurea flumina promittunt: emendicantes miserabiliter assem. Promittunt omnē sanitatem: sub ophthalmiæ & podagræ cruciatibus persæpe gementes. immo sanitatē polliceri parum illis videtur: nisi insuper & se posse immortales homines reddere amota calendi/frigendi/bibendi & comedendi necessitate inaniter iactent/sicq; eos purgare vt sint omniscientes & vi propria vbiq; existentes/& hæc omnia distillationibus quibusdā/sublimationibus & siderū fœlicitationibus se præstare: & ad cumulum insaniæ addunt se nouos angelos creare posse. & hi omnes ambulant in magnis & in mirabilibus super se/ & a deo deiq; gratia exciderūt ablactatiq; sunt sicut ablactatus puer a matre sua. & in illis pſetis psalmi ipletur oraculū. ¶ Illis proxime adlaborāt genethliaci & q militia cœli tā cassa supputationum labore ad futurorū euenta fatigantur q̄ superstitioſe & misere illo abuntur. qui & vero totius naturæ principe neglecto/ cuius solius est mutare tempora & ætates & transferre regna atq; constituere: quosdam per vices chronocratoras inducunt quibus dant vniuersi decursus temporis imperium/ac si adhuc saturnum/iouem/martem/ solem/ venerem/mercurium & lunam gentilitio ritu coleremus/ nunc hunc nunc illum dominū horæ/anni/temporum vocantes. quasi illorum sit pacem/bella/annonam/sterilitatem/influxum salubrem aut pestilentem/ cuiusq; pro suo tempore dispensare. Et ne semper mētiri cogantur: ad phitomantias se plerūq; conuertunt. qui tunc etiam sua sacrilegia nomine astrologiæ defendunt. & hi ambulare volunt in magnis & in mirabilibus super se/ & a gratia dei ablactati sunt. ¶ Sed quid de ijs dicendum qui circęa administrant pocula: vt stigmata manuum/pedum & lateris appareant ad noua ementienda miraculorum portēta. qui & somnifera propinant quo mens venefico stupefacta poculo/ visionum illusionibus facilius subiaceat/& illusa credat esse diuina quæ re vera sunt diabolica. non est obscurum videre illos ablactatos & traditos morti & inferno cum quo ferale pepigerunt fœdus. ¶ Sed nonne qui orant/qui ieiunant & certas obseruationes scriptas faciunt vt reuelationes patiantur & conscij sint futurorum euentuum etiam & ij ambulare volunt in magnis & in mirabilibus super se? Nimirum ambulare volunt. & si quæ talibus fiunt apparitiones (quia sunt ablactati ab vbere diuinę gratiæ) illusiones sunt. Et pontifices intenti esse debent ac vigiles ne quid talium accidat: alioqui ad tribunal magni dei euocandi/ aliquando rationem sunt reddituri. Vigilare inquam ne magi/ venefici/ epodi/ diuinaculi/oniropompi/periedri/& quicunq; tales ex dæmonum schola: tanquā fallax herba ac venenosa inter salutares herbas innascantur. & eorum magias/ veneficia/ stœchiomātias/necromantias/exorcismos/notarias/clauiculas/semamphoras/almadelas/paulinas/ specula/sigilla/characteres/imagines/ ānulos/ligaturas/sortes p pelues/gladios/ psalteria & id genus (vt martyr Hireneus vocat) periargias vanissima sq; curiositates vindicibus flammis diligentissime mandare. ¶ At forte illis parcendum/& nequaq̄ huic miserabili turbę inferendi sunt qui prædia/ possessiones/ terras diuitiasq; omnes difflant in fumum/ vt puluerem illum cataratum reperiant quem si fundas in mare totum ebulliat aurum / nisi & hanc suam commentationem vere credas impudentissimi mendacij fumum. Inferendi profecto sunt. qui et si non corpore (nam huiusmodi homines infœlix & miseranda vt plurimū inopia premit) mente tamen ambulant in magnis & in mirabilibus super se. chalcimicos autem tales appellant metallorum naturas adulterantes (id enim vocabulū sonat) & pro possibilib⁹ spe plusq̄ pertinaci īpossibilia sectātes. et si nostro æuo hoc videt incurabile malū: futuris tamen ab hoc morbo respirādū esse & p̄cādū est & optandum. Nonne etiā in omni conditione hominū/ suum statum nō agnoscētes/sed ea quę al-

tiorũ sunt vsurpantes/vt ecclesiastici & plebei cũ vtri tum mulieres in habitu/in gestu/in conuiuiorũ apparatu/in supellectile/secularium principum fastum imitãtes.& contra/secu-lares ecclesiasticorũ potestate abutentes:nonne inquã omnes tales ambulant in magnis & in mirabilibus super se/præstet deus vt quisq; se noscens/mẽsuram sui non egrediatur: potius per humilitatem infra se/q̃ per superbiam supra se/aut saltem secundum se medi-ocriter incedens. ¶ Tertio versu.si non humiliter sentiebam sed exaltaui animam meam: Hieronymus ex hebræo/si non proposui & silere feci animam meam. Paulus Hebræus/ vbi Hieronymus habet si non proposui:ex hebreo legendum censet/si non subieci. & id ad ęditionem septuaginta/ & nostram psalmodiã conspirantius. vult itaq; hunc esse sen-sum.si non subieci & humiliaui animã meam/si non sedaui ab huiusmodi vanis cõceptio-nibus/sicut sedari & compesci solet infans ablactatus a matre sua:ita vt feci/retributio fi-at in anima mea.& hanc particulam sicut ablactatus super matre sua: reuocat in versum præcedentem/id est tertium/non autem in particulam sequentem.& vtrobiq; hic & illic: sententia non indigna est. ¶ Quinto versu.speret israel in domino/ex hoc nunc & vsq; in sæculũ:ex hebræo/expecta israel dominũ a modo & vsq; in æternum.verũ sperare/ sustinere/expectare: eandem pene retinent intelligentiam. quid enim aliud sperare in domino:q̃ certo & sine aliqua ambiguitate retributionem seruitij/ & multo etiam seruitiũ me-ritumq; si quod est/excedentẽ præstolari ac expectare?& quid mirum? nam si culpiam bo-no seruo domini bonitas & benignitas est explorata: is sine vlla ambiguitate mercedem seruitij sui in fine expectat.& hoc est sustinere & sperare.sed mali serui/cum & ipsi norint dominum suum esse iustum:non sic sperant/non sic sustinent dominũ suum.qui tamẽ pru dentiores sunt:agnoscentes dominũ suum esse clementẽ & benignum/ negligentiam suã accusantes precantur dominum veniamq; merentur.sed eos tunc & in futurũ/ bonos ser uos esse oportet. alioqui se sic accusare: est domino illudere/ & congerere sibi domini sui iram in die tribulationis & vindictę.ita ad deum nos habere oportet:qui solus bonus/be nignissimusq; & iustissimus est.qui & nobis tribuat sic sibi seruire:vt nichil nobis sit dulci9 q̃ ipsum dominum nostrũ cogitare/q̃ eum sic sustinere/q̃ in ipso sperare.cui sit honor om-nis/cultus omnis & reuerentia cunctæ creaturæ.Amen.

¶ Cãticum graduum. CXXXI.

1 MEmento domine dauid: & omnis mansuetudinis eius.

2 Sicut iurauit domino: votum vouit deo iacob.

3 Si introiero in tabernaculum domus meæ: si ascẽdero in lectum stra ti mei.

4 Si dedero somnũ oculis meis: & palpebris meis dormitationem.

5 Et requiem temporibus meis donec inueniam locũ domino:taber naculum deo iacob.

6 Ecce audiuimus eã in ephrata: inuenimus eã in campis syluę.

7 Introibimus in taber-

¶ Cãticum graduum. CXXXI.

MEmento domine dauid: & omnis mansuetudinis eius.

Qui iurauit domino: votũ vouit deo iacob.

Si introiero in tabernaculum dom9 meę: si ascendero in lectum stra ti mei.

Si dedero somnũ oculis meis: & palpebris meis dormitationẽ aut requiẽ tẽporibus meis.

Donec inueniam locũ domio : tabernaculum deo iacob.

Ecce audiuim9 eam in ephrata: inuenimus eã in campis syluæ.

Introiuimus in taber-

¶ Cãticũ graduum. CXXXII.

MEmento domine dauid: & omnis afflictionis eius.

Qui iurauit domino: votũ vouit deo iacob.

Si intrauero in tabernaculum domus meæ: si ascendero super lectum straminis mei.

Si dedero somnũ oculis meis : & palpebris meis dormitationem.

Donec inueniam locũ domino:tabernaculum deo iacob.

Ecce audiuimus illum in ephrata:inuenim9 illum in regione saltus.

Intremus in taberna-

Psal.	GALL.	ROM.	HEB.
131 Memento.	naculum eius:adorabimus in loco vbi steterũt pedes eius.	naculum eius: adoramus in loco vbi steterunt pedes eius.	cula eius:adoremus scabellum pedum eius.
8	Surge domine in requiem tuam:tu & arca sanctificationis tuæ.	Exurge domine in requiem tuam: tu & arca sanctificationis tuę.	Surge domine in requiem tuam:tu & arca fortitudinis tuæ.
9	Sacerdotes tui induantur iustitia:& sancti tui exultent.	Sacerdotes tui induãt iustitiã:& sancti tui exultẽt.	Sacerdotes tui induãt iustitiam: & sancti tui laudent.
10	Propter dauid seruum tuum:non auertas faciẽ christi tui.	Propter dauid seruum tuum: non auertas faciem christi tui.	Propter dauid seruum tuum: ne auertas faciẽ christi tui.
11	Iurauit domin9 dauid veritatẽ & non frustrabitur eum:de fructu vẽtris tui ponam super sedem tuam.	Iurauit dominus dauid veritatem: & non frustrabitur eum. De fructu vẽtris tui ponam super sedem tuã/	Iurauit dominus dauid veritatem:& non auertetur ab ea. De fructu ventris tui: ponã super sedẽ tuam.
12	Si custodierint filij tui testamentum meum:& testimonia mea hæc q̃ docebo eos.	si custodierit filij tui testamẽtum meum:& testimonia mea hæc quæ docebo eos.	Si custodierint filij tui pactum meum:& testificationem meam quã docuero eos.
13	Et filij eorum vsq; in sęculum: sedebunt super sedem tuam.	Et filij eorum vsq; ĩ sæculum seculi: sedebunt super sedem meam.	Et filij eorum vsq; in ęternum:sedebunt super thronum tuum.
14	Quoniã elegit domin9 sion:elegit eã in habitationem sibi.	Quoniam elegit dominus sion: prędelegit eam in habitationem sibi.	Quia elegit dominus sion: desyderauit eam in habitaculum sibi.
15	Hæc requies mea in sęculum sæculi: hic habitabo quoniã elegi eam.	Hæc requies mea in sęculum sęculi: hic habitabo qm̃ præelegi eam.	Hæc requies mea in sępiternum: hic inhabitabo quia desyderaui eã
16	Viduam eius benedicẽs benedicã: pauperes eius saturabo panibus.	Viduam eius benedicẽs benedicã: pauperes eius saturabo panibus.	Venationẽ eius benedicens benedicam:pauperes eius saturabo pane.
17	Sacerdotes eius induã salutari:& sancti ei9 exultatione exultabunt.	Sacerdotes eius induã salutare: & sancti eius exultatiõe exultabunt.	Sacerdotes eius induã salutari: & sancti eius laude laudabunt.
18	Illuc producam cornu dauid: paraui lucernã christo meo.	Illic producam cornu dauid: paraui lucernã christo meo.	Ibi oriri faciam cornu dauid: paraui lucernã christo meo.
19	Inimicos eius induam confusiõe: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.	Inimicos eius induam cõfusione: super ipsum autem florebit sanctificatio mea.	Inimicos eius induam cõfusione: super ipsum autem florebit diadema eius.

TITVLVS. Canticum graduum. Psalmus de Christo dño. Propheta in spiritu loquitur. 1

EXPOSITIO CONTINVA. Memento domine Dauid: & omnis mansuetudinis eius.

recordare domine hymnidici laudatoriſq; tui Dauid:& omnium quæ ęquanimiter & man
2 ſuete tulit/paſſus eſt & operatus. Sicut iurauit domino: votum vouit deo Iacob.memen-
to domine pſaltis & vatis tui qui in ſpiritu iureiurando conteſtatus eſt domino:qui in ſpi
3 ritu pollicitationē pollicitus eſt domino. Si introiero in tabernaculum domus meę:ſi aſcē
4 dero in lectū ſtrati mei. Si dedero ſomnum oculis meis: & palpebris meis dormitationē.
5 Et trequiem temporibus meis donec inueniam locum domino: tabernaculum deo Iacob.
hęc mea proteſtatio/hęc mea pollicitatio/non intrabo in penetralia habitationis meę:nō
aſcendam in cubile lecti mei. non reclinabo oculos meos in ſomno: & palpebras meas in
dormitatione.neq; vlla erit requies capiti meo/ donec locus Meſſiæ/locus Chriſti domini
6 michi oſtendatur:et habitaculū dei Iacob. Ecce audiuimus eam in ephrata:iuenimus eā
in campis ſiluæ.ecce ediſſerente ſpiritu/accepimus locum eius eſſe in Bethleem:ecce diui
7 no afflatu comperimus eū eſſe in planicſebus deſerti. Introibimus in tabernaculū eius:a-
dorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius.intrabimus in locū ortus eius: venerātes ꝓpe
8 demus in ſolum quod preſſerunt ſanctę plantæ eius. Surge domine in requiem tuā: tu &
arca ſanctificatiōis tuę.veni domine in habitationē tuam/ in hæreditatem tuam in quam
9 elegiſti quieſcere:tu & quod tibi aſſumpſiſti in carne ſanctificatum templum tuū. Sacerdo
10 tes tui induantur iuſtitiam:& ſancti tui exultent. ſacri pontifices tui ornentur æquitate le-
gis tuæ:& fideles tui ſpirituali lætitia exundent. Propter Dauid ſeruum tuum:non auer-
11 tas faciem Chriſti tui.ob precem pſaltis tui & ſerui tui Dauid:ne differas in longū/aduē-
tum Meſſię tui/ſalutaris mundi/regis futuri ſæculi. Iurauit dominus Dauid veritatē et nō
fruſtrabitur eum: de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. iureiurando affirmauit
12 deus vati ſuo Dauid in veritate ſua & in verbo ſuo/neq; irritum faciet iuſiurandum ſuū:
13 Chriſtum dñm de ſemine tuo deſcendentem ſtabiliam in regno tuo. Si cuſtodierint filij
tui teſtamētum meū:& teſtimonia mea hęc q̄ docebo eos. Et filij eorum: vſq; in ſæculum
ſedebunt ſuper ſedē tuā.& non ſolū dabo Chriſtū & Meſſiā regnantem de ſemine tuo:ſed
et ſi nati tui legem meā ſeruauerint/& quæ teſtatus fuero eis per prophetas meos/ & quę
14 eos inſtruxero/& filij identidem ſui ſeruauerint/ non auferam ab eis regnum: ſed vſq; in
finem regnabit aliquis de ſemine tuo in regno tuo. Quoniā elegit dominus ſion:elegit eā
15 in habitationem ſibi.non quia cuiuſq̄ tale ſit meritum/ſed quia in bona voluntate ſua cō-
placuit deo acceptare eccleſiā Chriſti ſui:cōplacuit & accepit eā in hęreditatem ſibi. Hæc
requies mea in ſæculū ſæculi: hic habitabo quoniā elegi eam. ab hoc verſu in finē verba
dei & eius per ſe oraculum.ego dominus requieſcam in perpetuū in ſion/in eccleſia Meſ-
16 ſiæ mei:in ea permanebo quoniam delegi eam/ quoniā ſic placitum fuit michi elargiri ei
gratiā meam. Viduā eius benedicens benedicā:pauperes eius ſaturabo panibus.relictam
17 ſion multiplici benedictione perfundam:& ſpirituali paupertate in ea gaudētes pane cœ-
li/ cœleſti alimonia paſcam. Sacerdotes eius induam ſalutari:& ſancti eius exultatiōe ex-
18 ultabūt.antiſtites ſion implebo Chriſto meo:& purificati eius multiplici exuberabūt ſpiri-
tuali exhilaratione. Illuc producam cornu Dauid:parauī lucernā Chriſto meo.in ſion pro-
19 feram Chriſtum meum:iam aptaui pręconem qui parabit viam vncto meo/ Meſſiæ meo.
Inimicos eius induam confuſione: ſuper ipſum autē efflorebit ſanctificatio mea. Iudæos
& eos qui aduerſabuntur Chriſto meo/ęterno percutiam pudore ſempiternoq; opprobrio:
ſuper ipſum autem efflorescet nazarętudo ſua/ ſanctitatis plenitudo & eminentia/ & na-
zaręus ſanctuſq; eminenter erit & dicetur.

ADVERTE. Secūdo verſu/ſicut iurauit domino votū vouit deo Iacob:ex hebręo/qui iu
rauit.ſimiliter in tralatione romana qui iurauit.quare potius legendū videtur qui q̄ ſicut.
ſed ex codice gręco pependit error. quia os cū ſcribitur per omicron relatiuum eſt et ſi-
gnificat qui:cum vero per ω mega ſimilitudinarium eſt/& denotat ſicut. Itaq; facile factu
vt in principio ſecundi verſus interpres noſter o paruum pro o magno acceperit & verte-
rit ſicut/cum conuertendū fuiſſet qui. verū & nunc/multi codices gręci habent: ὥσ ὤμο-
σε/ſicut iurauit. ¶ Quinto verſu.& requiem temporibus meis donec inueniam locū do-
mino/ tabernaculum deo Iacob: hæc particula/ & requiem temporibus meis ex hebræo
non habetur/neq; ſatis videtur accommoda vt tempora moram importaret.nam quo pa-
cto congruit pollicenti & vouenti ſe non intraturum in domum ſuā/ non aſcenſurū in ſtra
tum ſuum/non dormiturum/non clauſurum palpebras ſuas ad dormiendū priuſq̄ ſibi pa-
teret & reuelaretur & oſtenderetur locus vbi Chriſtus dominus naſceretur/ vbi diuer-
ſaretur/ cum id tam e vicino expectet a ſpiritu ſancto ſpectaculum? quo pacto inquam
adijceret/non dabo requiem tēporibus meis/quod non iā aliquid vicinū/ ſed remotū po-

Psal.
131
Memento.

tius significare videtur? sed forte interpretes id adiecerunt/ volentes præcedentia interpretari: quasi propheta id diceret. non habiturus sum requiem in vita mea: nisi prius videam vbi Christus dominus nascetur/ vbi diuersabitur. sed id minime oportere videtur. neq; quod præmittitur de strato/de somno/de dormitione: apte de morte Dauid interpretaretur. quia continuo post suam iureiurando protestationem: subiunxit locũ vbi Christus dominus nasceretur. nã in Ephrata. Ephrata enim & Bethleem idem sũt. & vbi diuersaretur. nam in cãpestribus Iudeæ: vbi toties & tam frequenter secutę sunt eum turbę/ & vbi tot & tanta diuinitatis suæ manifestauit opera. Verum hic tempora non moram/ sed capitis interualla fronti auribusq; intercepta significat/ vt ex græco hoc in loco vel manifeste cognoscitur/ vbi habetur. καὶ ἀράπαυσιν τοῖς κροτάφοις μου. vbi crotaphis nõ tẽpora id est moras/ sed tempora id est capitis latera designat. Quod & sacer Augustinꝰ ꝓbe intellexit. homonymia tamẽ hic phantasiã parit. Et licet superioribus in hac significatione quadret non reclinabo ad quietẽ tempora capitis mei donec inueniam locũ domino: tamẽ (vt dictum est) ex hebręo non habetur. ¶ Sexto versu. ecce audiuimus eã. legẽdum eum ex hebræo. ecce audiuimus illũ. refertur enim ad locum. eam ex græco legitur: sed nichil habet neq; græce neq; latine ad quod referatur/ estq; non intelligibilis sermo ni si quippiam (vt Augustinus sedem vel domum quæ prius posita non sunt) foris emendicemus. ¶ Vndecimo versu. iurauit dominus Dauid veritatem & non frustrabitur eũ/ de fructu vẽtris tui ponã super sedẽ tuam: Hieronymus ex hebręo/ iurauit dominus Dauid veritatem & non auertetur ab ea. quare nobis dicendũ videtur/ & nõ frustrabitur eam. ac sit sensus/ iurauit dominus veritatẽ ipsi Dauid/ & implebit eam nulloq; pacto sinet irritam. hic tamẽ & illic sensus verus est. quia neq; fefellit Dauid: neq; veritatem suam irritam fecit. ¶ Sextodecimo versu. viduã eius benedicens benedicã/ pauperes eiꝰ saturabo panibus: ex hebręo/ venationem eius benedicẽs benedicam. septuaginta similiter τὴν θήραν αὐτῆς εὐλογῶν εὐλογήσω venationem eius benedicens benedicam. sed mutata prima littera dictionis θήραν: factum putat Hieronymus/ vt vsus inoleuerit legendi χήραν id est viduam. quãq; & nunc in codicibus græcis impressis legerim. θύραν id est portã: mutata secunda littera id est η in υ. quod non minore allucinatione factum puto. Symmachus & Aquila vocabulum quod hic hebraice habetur interpretati sunt βρώματα id est cibaria/ Paulus hebræus potius ex hebræo censet esse legendum: escam viatorum eius benedicens benedicam. quod de eucharistiæ sacramento & cœlesti illo pane qui ineffabili quadam superna benedictione de cœlo descendit ad elargiendã viatoribus æternã vitã: putat intelligendũ. quod vero subiungitur/ pauperes eius saturabo pane vt ex hebręo legitur: illius primæ particulæ quædam explicatio est. hoc salutari induũtur sacerdotes: qui ipsum sumunt. hac alimonia exultant sancti eius. hoc sacramento requiescit deus in sion. hoc eodẽ habitat nobiscũ vsq; ad consummationẽ sæculi. Quare operęprecium magis puto esse legendum vt Paulus Hebræus censuit. nam viduã non esse legendum Hieronymꝰ etiam fatetur erroremq; detegit. venationẽ: non æque quadrat/ cogitantibus mysterium. cibaria quod Symmachus & Aquila habẽt etsi appropinquat: ponere tamen escam viatorum nonnichil (vt sic dixerim) energiosius sonat. adde & quod id proprie (ceu linguę illius periti volunt) hebraica dictio hic posita significat. quapropter tã tute q̃ pie nobis versus in ecclesijs amodo legendus & canendus erit. viaticum eius benedicẽs benedicã: pauperes eius saturabo pane. ¶ Vndeuicesimo versu. super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea: ex hebræo/ super ipsum autẽ florebit diadema eius. & sunt qui ita exponunt super ipsum autem eminebit corona sua. nam & de domino alibi dicitur. gloria & honore coronasti eum: & constituisti eũ super opera manuũ tuarũ. sed Paulus hebręus ex hoc loco trahi vult quod in Matthęo dictũ est. quoniam nazaręus vocabitur. & hic potius haberi sup ipsum autem florebit nazarętudo sua/ siue hęc sãctificatio intelligenda sit/ siue diadema/ siue corona/ siue bractea aurea in fronte sacerdotis/ magno dei nomine inscripta. neq; in expositione sua: sacer Hieronymus procul ab hac sententia discedit. fateturq; satis hoc loco haberi: quod nazarẽũ sonat. igitur quia nazarętudo/ vocabulũ linguæ nostræ aptũ nõ est: sanctitudo aut sanctificatio apte legatur. sed in fine versus nostri: tum ex hebræo tum ex expositoribus sua potius q̃ mea legendum. est enim de quo sermo habetur: per se sanctus/ & cæteri per participationẽ eius. ego (inquit) sanctifico meipsum: vt sint sanctificati. & ipsi in veritate. ipse diadema siue corona gloriæ. ipse paternum ineffabile nomen substantialiter portans. ipse seipso nazarẽus: cęteri vero per eum vt nazarẽi sint & nazarẽi dicantur proprietatem participant ac assequuntur.

GALL.

¶ Cāticum graduum. CXXXII.

1 Ecce q̄ bonum et q̄ iocundum habitare fratres in vnum.

2 Sicut vnguentum in capite: quod descendit in barbam/ barbā aaron.

3 Quod descendit in orā vestimēti eius: sicut ros hermon qui descendit i mōtem sion.

4 Quoniam illic mandauit dominus benedictionem: & vitam vsq; in sęculum.

ROM.

¶ Cāticum graduum: CXXXII.

Ecce q̄ bonū et q̄ iocundum: habitare fratres in vnum.

Sicut vnguentum in capite: quod descendit in barbam/ barbā aaron.

Quod descendit in orā vestimēti eius: sicut ros hermon qui descendit i montem sion.

Quoniam illic mandauit dominus benedictionem: & vitam vsq; in sęculum.

HEB.

¶ Canticum graduum Dauid. CXXXIII.

Ecce q̄ bonū et q̄ decorum: habitare fratres vna.

Sicut vnguentum optimum i capite: quod descendit in barbam/ barbam aaron.

Quod descendit super orā vestimentorū eius.

Sicut ros hermō: q̄ descēdit sup mōtana sion.

Quoniam ibi mandauit dominus benedictionem: & vitam vsq; in æternum.

TITVLVS. Canticū graduū Dauid. Psalmus de Christo dño. Propheta in spū loquitur.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Ecce q̄bonum & q̄iocundum: habitare fratres in vnum. en quantum boni/ en quantum delectabilis & decori: q; filij Messię/ regenerati ecclesiæ congregentur simul/ & in fidei vnitate vocentur/ simul habitent & sit omnibus cor vnū & anima vna. 2,3 Sicut vnguentū in capite: quod descendit in barbam/ barbam aaron. Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros hermon qui descendit in montem sion. bonū/ iocundū & suaue filios ecclesię consentire in vnum vt odorū & suaue chrisma vertici summi sacerdotis aaron superfusum: & per ora eius stillans. quod per vestimentorū eius fimbrias fluxit: bonū & iocundū vt gratia a synagoga derīuata in ecclesiam sion. 4 Quoniam illic mādauit dominus benedictionē: & vitā vsq; in sæculum. quid mirū si tam bonū/ tā suaue & iocundum est habitare filios Messię & ecclesiæ in vnum magis q̄ vnguentum aaron/ magis q̄ benedictio synagoge: quia dominator ęternus misit in sion Christum suum/ vnctionem/ sanctificationem: & immortalitatem vsq; in sempiternum.

ADVERTE. Secundo versu. sicut vnguentum in capite quod descendit in barbā/ barbā Aaron. vnguentum illud Christum præfigurabat: a quo benedictio & sanctificatio expectabatur. ¶ Et sequenti versu/ ros: cœlestē et desuper aduenientem gratiam significat. quæ synagoga in expectatione Messiæ/ sancti sanctorū vegetabat ac viuebat. sed ecclesiā Christus dominus multo amplius benedixit & sanctificauit: q̄ vnguentū illud veteris legis/ Aaron & synagogæ sacerdotes. multo vberiorē viuificantē gratiā contulit: q̄ ros ille gratiæ suæ/ veteri olim synagogæ. iccirco in fine psalmi concludit spiritus. quia illic mādauit dominus benedictionem: non vnguentū/ non vmbrā/ non symbolū. & vitam vsq; in sęculum: non rorem cito euanescentem & emarcidū. ¶ Tertio versu. sicut ros hermon qui descendit in montē sion: ex hebręo sicut ros hermon qui descendit super montana sion. siue montem siue montana dixeris: idem valeat. mons dicitur ob stabilem fidei vnitatē/ & ob omnium regenitorum filiorum Christi cōmunionem: qui ob eā causam fratres dicuntur/ non carnali sed spirituali genitura/ in fidei vnitate cōspirātes. quos & hic spiritus/ & Paulus apostolus/ & primitiua ecclesia passim fratres appellabat. quorū tā bona/ tam suauis/ tam decora & iocunda in principio huius psalmi prædicatur sancta vnio & societas. attēde tamen eos qui carnalem generationē sequuntur/ fratres dici non posse (illa eni separat & diuidit) sed qui spiritualē longe ante ponunt non amplius primæ memores/ non amplius secundum primā viuere volentes/ sed duntaxat penes secundam. hęc enim copulat & counit: & in omnibus vnum conflat amorem. & illa (vt dictum est) separat & diuidit: et insuper odiū pro amore dispensat. hęc viuificat/ illa mortificat. hæc sursum agit/ illa deorsū trahit & volutat. hac nō viuas: nisi illa mortuus fueris. illa carnis opera amat: hæc refugit. hæc spiritus: illa caro. hęc angelis copulata: illa principi tenebrarum. hæc pacis: illa belli

132 amica, huius in vnum societas bona/ suauis & supra modum decora & iocunda: illius no-
Ecce q̄ bo. xia/ molesta/ plurimum difformis & miserabiliter nocens & anxia, de hac in actis apostolorum dicitur: multitudinis autem credētium erat cor vnum & anima vna, nec quisq̄/ eorum quæ possidebat/ aliquid suum esse dicebat: sed erant illis omnia cōmunia, deus igitur det nobis generationem nostram qua nos fratres omnes effecit & ex mortuis vocauit in vitam/ agnoscere: & participes benedictionis & vitę/ quā illis mādauit/ effici, cui domino/ cui patri/ cui regenerationis authori: sit æternus honor sine fine. Amen.

¶Cāticum graduum. CXXXIII.

1 Ecce nunc benedicite dominū: omnes serui domini.
2 Qui statis i domo domini: in atrijs dom⁹ dei nostri.
3 In noctib⁹ extollite manus vestras in sancta: et benedicite dominum.
4 Benedicat te dominus ex sion: qui fecit cœlum & terram.

¶Cāticum graduum. CXXXIII.

Ecce nunc benedicite dominū: omnes serui domini.
Qui statis in domo domini: in atrijs dom⁹ dei nostri.
In noctib⁹ extollite manus vestras in sancta: et benedicite dominum.
Benedicat te dominus ex sion: qui fecit cœlum & terram.

¶Cāticum graduum. CXXXIIII.

Ecce bn̄dicite domino: omnes serui domini.
Qui statis in domo domini: in noctibus.
Leuate manus vestras ad sanctum: & benedicite domino.
Benedicat te dominus ex sion: factor cœli & terræ.

TITVLVS, Canticū graduū Dauid, Psalm⁹/ cōtinuata laus. Propheta i spiritu loquitur.
EXPOSITIO CONTINVA. Ecce nunc benedicite dominū: omnes serui domini. ecce 1
nūc in ecclesia Messiæ laudate/ exaltate & magnificate deū: vniuersi redēpti eius. Qui sta 2
tis in domo domini: in atrijs domus dei nostri. In noctibus extollite manus vestras in san 3
cta: & benedicite dominum, sacerdotes pontifices & ministri: qui addicti estis seruitio sanctuarij, & excubatis in locis sanctis eleuate manus vestras ad Christum sanctificatorē nostrum: & glorificate/ exaltate & magnificate dn̄m. Benedicat te dominus ex sīō: qui fecit 4
cœlū & terrā. O populę sancte/ populę electe sanctificationem suā & benedictionis & gratiæ suæ munus super te effundat: qui dominatur oībus/ qui cuncta condidit cœlestē pariter & terrenam substantiam/ immaterialem materialemq; naturam.
ADVERTE. Tertio versu, id in noctibus in versum præcedentem ex hebræo reuocandū (quod & notat Paulus Hebræus) vt intelligentia sit, qui statis in noctibus in atrijs domini, quare post noctibus distinctio est facienda: ne intelligamus extollite in noctibus man⁹ vestras in sancta, ita etiam ab antiquo ritus ecclesię institutus: non in noctibus/ sed orta iam luce sacerdotes manus suas ad sanctum domini eleuare/ hoc est ad sacramentū corporis & sanguinis eius: quod est sanctum sanctorū. Id tamen aduerte vbi hoc tertio versu habemus/ extollite manus vestras in sancta: ex hebręo haberi/ leuate man⁹ vestras ad sanctū, quo proculdubio Christū dominū itelligimus: qui est sanctus domini/ & qui in sion manet in eo sacramento quod & vocatur & solum est sanctū sanctorum, ad quod solū omnes serui domini & sacræ rei ministri attollere manus iubentur/ omnesq; animi intēdere affect⁹, verū si in sancta dicimus: hoc duplicem sacrosancti sacrificij speciem nobis insinuabit, nā & ad hostiā dominici corporis/ & ęque ad benedictionis calicē sanguinēq; domini manus attollimus/ attollereq; iubemur. hæc enī sancta & omni veneratiōis cultu adoranda: neq; ad aliam q̄ ad superimmensam & supertremendam diuinā verbi hypostasin pertinentia.

¶HALELVIA. CXXXIIII.

1 Laudate nomen domini: laudate serui dominum.
2 Qui statis in domo do

¶HALELVIA. CXXXIIII.

Laudate nomen domini: laudate serui dominum.
Qui statis in domo do

¶HALELVIA. CXXXV.

Laudate nomen domini: laudate serui dominum.
Qui statis in domo do

mini:in atrijs dom9 dei nostri.
3 Laudate dñm quia bonus domin9:psallite nomini eius quoniã suaue
4 Quoniam iacob elegit sibi dominus: israel in possessionem sibi.
5 Quia ego cognoui q̃ magnus est dñs: & de9 noster præ oĩbus dijs.
6 Omnia quæcũq; voluit dominus fecit in cœlo & in terra:in mari et in omnibus abyssis.
7 Educens nubes ab extremo terrę: fulgura in pluuiam fecit.
8 Qui producit vẽtos de thesauris suis/q̃ p̃cussit primogenita ęgypti:ab homine vsq; ad pecus.
9 Et misit signa & prodigia ĩ medio tui ęgypte: in pharaonem & in omnes seruos eius.
10 Qui p̃cussit gẽtes multas:& occidit reges fortes.
11 Seon regem amorręorum & og regẽ basan: & õnia regna chanaan.
12 Et dedit terram eorum hæreditatem:hęreditatem israel populo suo.
13 Domine nomen tuum ĩ ęternum: domine memoriale tuũ in generatione & generationem.
14 Quia iudicabit dominus populum suum:& ĩ seruis suis deprecabit̃.
15 Simulacra gentium argentum & aurum:opemini:in atrijs dom9 dei nostri.
Laudate dñm q̃ñ benignus est dñs:psallite nomini eius q̃m suauis est
Quoniam iacob elegit sibi dominus : israel in possessionem sibi.
Quia ego cognoui q̃ magnus est dñs:& de9 noster præ oĩbus dijs.
Omnia quæcunq; voluit domin9 fecit in cœlo & in terra:in mari et in abyssis.
Et educẽs nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiam fecit.
Qui producit vẽtos de thesauris suis/q̃ percussit primogenita ęgypti: ab hoie vsq; ad pecus.
Misit signa & prodigia in medio tui ęgypte:in pharaonem & in omnes seruos ei9.
Qui p̃cussit gẽtes multas:& occidit reges fortes.
Seon regẽ amorræorũ & og regẽ basan: & oĩa regna chanaan occidit.
Et dedit terram eorum hęreditatẽ : hæreditatẽ israel populo suo.
Domine nomen tuum in ęternũ: domine memoriale tuum in sęculũ sęculi.
Quia iudicabit dominus populum suum:& in seruis suis consolabit̃
Simulacra gentium argẽtum & aurum: opemini:in atrijs dom9 dei nostri.
Laudate dñm quoniã bonus dominus:cantate nomini ei9 q̃m decẽs.
Quoniam iacob elegit sibi domin9:israel in peculium suum.
Quia ego scio q̃ magnus dominus: & dñs noster præ oĩbus dijs.
Omnia quę voluit dominus fecit in cœlo & ĩ terra: in mari & in omnibus abyssis.
Leuans nubes de summitatibus terrę : fulgura in pluuiam fecit.
Educens ventos de thesauris suis/ qui percussit primitiua ęgypti: ab homine vsq; ad pecus.
Emisit signa & portenta in medio tui ęgypte: in pharao et in cunctos seruos suos.
Qui percussit gentes multas:& occidit reges fortes.
Seon regem amorręorum & og regẽ basan: et õnia regna chanaan.
Et dedit terram eorum hæreditatem:hæreditatem israel populo suo.
Domine nomen tuum in ęternũ : domine memoriale tuum in generatione & generatione.
Quia iudicabit dñs populum suum: & in seruos suos erit placabilis
Idola gentium argentum et aurũ:opera ma-

Psal. 134 Lauda.	GALL.	ROM.	HEB.
	ra manuum hominum.	ra manuum hominũ.	nuum hominum.
16	Os habent & non loquentur: oculos habent & non videbunt.	Os habent & nõ loquẽtur: oculos habẽt et nõ videbunt.	Os habent & non loquentur: oculos habent & non videbunt.
17	Aures habent & nõ audient:	Aures habent & non audient: nares habẽt & nõ odorabunt. Manus habent & non palpabũt: pedes habẽt & non ambulabunt. Non clamabunt in gutture suo: neq; enĩ est spiritus in ore ipsorum.	Aures habent & non audient: sed nec est spiritus ĩ ore eorum.
18	Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.	Similes illis fiãt qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.	Similes illis fiãt qui faciunt ea: & omnis qui confidit in eis.
19	Domus israel benedicite dño: domus aaron benedicite domino.	Domus israel benedicite dominũ: domus aaron benedicite dominũ	Domus israel benedicite domino: domus aaron benedicite domino
20	Domus leui benedicite dño: qui timetis dominũ benedicite domino.	Domus leui benedicite dñm: qui timetis dominũ benedicite dñm.	Domus leui benedicite domino: timentes dominũ benedicite dño.
21	Bñdictus dñs ex sion: qui habitat ĩ hierusalẽ.	Benedict⁹ dñs ex sion: qui habitat in hierusalẽ	Benedict⁹ dñs ex sion: qui habitatĩ hierusalẽ.

TITVLVS. HALELVIA. Psalmus/diuina laus super cõfessione beneficiorũ dei. Inducitur ecclesia laudans deum ex beneficijs olim synagogę impensis.

EXPOSITIO CONTINVA. Laudate nomẽ domini: laudate serui dominũ. Qui statis in domo domini: in atrijs domus dei nostri. idem sensus: vt præcedentis psalmi duorum primorum versuum. Laudate dominũ quoniam bonus: psallite nomini ei⁹ quoniam suaue. date laudem dño contemplatione bonitatis eius: date laudẽ verbo eius contemplantes suauitatẽ eius. Quoniam Iacob elegit sibi domin⁹: israel in possessionẽ sibi. laudate dominũ & date laudẽ nomini eius/quia domitores viciorũ asciuit sibi dominus: & quęrentes eũ agnoscere/hæreditati suæ ascripsit. Quia ego cognoui q⁹ magnus est dñs: & deus noster prę omnibus dijs. laudate dominũ ob magnitudinẽ eius/quia me minime fugit q⁹ incõpræhensibilis sit & immensus: & dñatur nostri plusq̃ vniuersi spiritus participes diuinitatis eius. Oĩa quęcũq; voluit dñs fecit in cœlo & in terra: in mari & in omnibus abyssis. laudate dominũ deum nostrũ ob omnipotentiã eius/quia quæcunq; illi placuere in effectum deduxit in cœlestibus/in terrestribus: liquidisq; & inferis. Educens nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiam fecit. qui eleuat nebularum halitus ab vltimis finibus orbis: qui cum vult repentino nimioq; fulgore mortaliũ oculos hebetat & perstringit/ & cũ vult fulminibus elisas nubes in imbrẽ conuertit. Qui producit ventos de thesauris suis: qui percussit primogenita Aegypti ab homine vsq; ad pecus. qui validos spirituũ flatus de secretis & mortalibus ignotis profert locis: qui partus primitias vna nocte internitioni dedit ĩ terra Aegypti/a primogenitis hominũ vsq; ad primogenita iumentorũ & pecudũ. Et mi sit signa & prodigia in medio tui ægypte: in Pharaonẽ & in omnes seruos eius. hoc & sequẽtia facile ĩtelligis si a septimo capite Exodi in caput tertiũdecimũ sacrã historiã legis.

ADVERTE. Tertio versu. laudate dominũ quoniã bonus dñs: psallite nomini eius quoniam suaue. rectius hic suaue neutrũ: q̃ in tralatione romana suauis. & ex hebręo vbi habetur decens & gręco vbi eius loco habetur καλόν. quod epithetum nominis est & neutrum: nõ domini. verum interpres rectius vertisset decorum/aut (vt Hieronymus habet) decens q̃ suaue. non tamen negauerim: nomen domini pulchrum & decens & etiam sua-

1, 2 3 4 5 6 7 8 9

ue esse. ¶ Septimo versu. educens nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiam fecit. clarius exprimit ex hebræo/ leuans nubes de sūmitatibus terræ. ¶ Quartodecimo versu. & in seruis suis deprecabitur: ex hebræo/ & in seruos suos erit placabilis. quo designatur deus orationib⁹ seruorum suorum deprecabilis/ exorabilis/ placabilis ac propiciabilis. idq; accōmodatius q̄ deprecabitur/ cū deprecor deponens actiue significet non passiue. quod autē in officio romano inter pascha & pentecosten canitur/ & in seruis suis consolabitur dominus: illud ex tralatione romana mutuatum est. ¶ A septimodecimo versu in decimūoctauum: tralatio romana plura continet q̄ nostra & hebraica quæ & in psalmo 113 continentur/ vt intueri volenti conspicuum est. Expositio Hieronymi huius psalmi continet tropologiam. quam qui ex psalmi historia scire volet: ad eam legendā se conuertat.

¶ HALELV IA. CXXXV.

1 COnfitemini domino quoniam bonus: quoniam in æternum misericordia eius.
2 Confitemini deo deorum: quoniam in ęternum misericordia eius.
3 Confitemini dño dominorum: quoniam.
4 Qui facit mirabilia magna solus: quoniam.
5 Qui fecit cœlos in intellectu: quoniam.
6 Qui firmauit terrā super aquas: quoniam.
7 Qui fecit lumiaria magna: quoniam.
8 Solē in potestatē diei: quoniam.
9 Lunam & stellas in potestatē noctis: quoniā.
10 Qui p̄cussit ęgyptū cū primogenitis eorū: qm̄
11 Qui eduxit israel de medio eorum: quoniā.
12 In manu potēti & brachio excelso: quoniam.
13 Qui diuisit mare rubrum in diuisiōes: qm̄.
14 Et eduxit israel p̄ medium eius: quoniam.
15 Et excussit pharaonē & virtutem eius in mari rubro: quoniam.
16 Qui traduxit populū

¶ HALELV IA. CXXXV.

COnfitemini domino quoniam bonus: quoniam in sæculū misericordia eius.
Cōfitemini deo deorū: quoniam in sæculū misericordia eius.
Cōfitemini domino dominorum: quoniam.
Qui facit mirabilia magna solus: quoniam.
Qui fecit cœlos in intellectu: quoniam.
Qui fundauit terrā sup̄ aquas: quoniam.
Qui fecit luminaria magna solus: quoniam.
Solem ī potestate diei: quoniam.
Lunam & stellas in potestate noctis: quoniā.
Qui percussit ægyptū cū primitiuis eorū: qm̄.
Et eduxit israel de medio eius: quoniam.
In manu forti et brachio excelso: quoniam.
Qui diuisit mare rubrū in diuisiones: quoniā.
Et eduxit israel p̄ medium eius: quoniam.
Et excussit pharaonem et exercitum eius in mare rubrum: quoniam.
Qui trāsduxit populū

¶ HALELV IA. CXXXVI.

COnfitemini domino quoniam bonus: quoniam in æternum misericordia eius.
Confitemini deo deorum: quoniam in æternum misericordia eius.
Cōfitemini domino dominorum: quoniam.
Qui fecit mirabilia magna solus: quoniam.
Qui fecit cœlos in sapientia: quoniam.
Qui firmauit terrā super aquas: quoniam.
Qui fecit lumiaria magna: quoniam.
Solem ī potestatē diei: quoniam.
Lunam & stellas ī potestatē noctis: quoniam.
Qui p̄cussit ęgyptū cū primitiuis ei⁹: quoniā.
Et eduxit israel de medio eorum: quoniam.
In manu valida & in brachio extento: qm̄.
Qui diuisit mare rubrum in diuisiōes: qm̄.
Et eduxit israel in medio eius: quoniam.
Et cōuoluit pharao et exercitum eius in mari rubro: quoniam.
Qui duxit populū suū

	GALL.	ROM.	HEB.
	suũ per desertum: qm̃.	suum per desertũ: qm̃.	per desertum: quoniam
		Qui eduxit aquam de petra rupis: quoniam:	
17	Qui percussit reges magnos: quoniam.	Qui pcussit reges magnos: quoniam.	Qui percussit reges magnos: quoniam.
18	Et occidit reges fortes: quoniam.	Et occidit reges mirabiles: quoniam.	Et occidit reges magnificos: quoniam.
19	Seon regem amorrẹorum: quoniam.	Seon regem amorrẹorum: quoniam.	Seon regem amorrẹorum: quoniam.
20	Et og regẽ basan: qm̃.	Et og regem basan: qm̃	Et og regẽ basan: qm̃.
21	Et dedit terrã eorũ hẹreditatem: quoniam.	Et dedit terram eorum hẹreditatem: quoniã.	Et dedit terram eorũ hæreditatem: quoniã.
22	Hẹreditatem israel seruo suo: quoniam.	Hẹreditatem israel seruo suo: quoniam.	Hẹreditatem israel seruo suo: quoniam.
23	Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: quoniam.	Quia in humilitate nostra memor fuit nostri dominus: quoniam.	Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: quoniam.
24	Et redemit nos ab inimicis nostris: quoniam.	Et redemit nos de manu iimicorũ nr̃orũ: qm̃.	Et redemit nos de hostib⁹ nostris: quoniam.
25	Qui dat escã omni carni: quoniam.	Qui dat escã omni carni: quoniam.	Qui dat panem omni carni: quoniam.
26	Confitemini deo cœli: quoniam	Confitemini deo cœli: quoniam.	Confitemini deo cœli: quoniam in æternũ misericordia eius.
27	Cõfitemini domino dominorum: quoniam in ẹternũ misericordia ei⁹.	Cõfitemini domino dominorum quoniam bonus: quoniam.	

TITVLVS. HALELV IA. Psalmus laus synagogę. Propheta inducit synagogam. Psalmus satis ex sacra Geneseos & Exodi cognitus historia. GEPOS psalmi.

1 Dicite q̃ bon⁹ ẽ dñs/ miserator ī ẹuũ.
2 Qz deus ipse deum est: quoniam miserator in æuum.
3 Dñorũ est dñs: quoniã miserator in æuum.
4 Mira operãs solus: quoniã miserator ī ẹuũ.
5 Cœlos mẽte ẹdẽs: quoniã miserator ī ẹuũ.
6 Terrã ī aqs firmãs: quoniã miserator ī ẹuũ.
7 Lumina magna creãs: quoniam miserator in ẹuum.
8 Sole diẽ illustrãs: quoniã miserator in ẹuũ.
9 Luna & stellis noctẽ: q̃ miserator in ẹuũ.
10 Qui varijs regna afflixit Mesrẹica plagis: Primitiasq; vteri. Quoniam.
11 Qui dura Isrẹlem sẹuaq; tyrannide soluit De medio illorum. Quoniam.
12 Non ope mortali/ verũ virtute potenti Desuper illapsa. Quoniam.
13 Qui mare diuellẽs dare iter lat⁹ iter vtrũq; Iussit Erythrẹum. Quoniam.
14 Per cuius mediũ sicca deduxit arena Gaudentem Isrẹlem. Quoniam.
15 At Pharao totumq; eius conuolutẽ agmen Illo eodemq; mari. Quoniam.
16 Qui populũ assidua rexit per īhospita cura Aula deserti. Quoniam.
17 Qui reges qua Iordanis prẹterfluit amnis Percussit magnos. Quoniam.
18 Et qui ter denos Iosua bellante tyrannos Occidit fortes. Quoniam.
19 Gẽtis Amorrẹę regem Seona peremit Regnatorem amplum. Quoniam.
20 Ogq; gigantea quem tradunt stirpe creatũ Tum regem Basan. Quoniam.
21 Tot regum terras/ tot & arua feracia regũ Tradidit in sortem. Quoniam.
22 Tradidit Isrẹli famulo/ quo seruiat ipsi Mente animoq; pio. Quoniam.
23 Non merito nostro/ sed q̃ pietate paterna Aspexit miseros. Quoniam.
24 Et nos crudeli miserat⁹ ab hoste redemit Eripuitq; malis. Quoniam.
25 Ille quidẽ est/ escam carni qui prouidet oĩ Datq; cibum vitę. Quoniam.
26 Confiteamur ei sitq; hæc confessio nostra

Tu deus es cœli. Quoniam. 27 Dominorũ es dñs. Quoniã miseratori ẽ ẽũ.

ADVERTE. Quinto versu. qui fecit cœlos in intellectu: ex hebræo/qui fecit cœlos in sapientia. hoc apertiorẽ de æterna sapiẽtia in qua condita sunt omnia habet intelligentiã. ¶In tralatione romana post sextũdecimũ versũ ponitur hic versus: qui eduxit aquam de petra rupis: quoniã in æternum misericordia eius. qui neq; in nostra tralatione neq; in hebraica/neq; in greco ex septuagita habetur. ¶Vltimo versu. confitemini domino dñorũ/ quoniã in æternũ misericordia eius: in hebreo vltimus confitemini deo cœli. neq; resumitur confitemini domino dominorũ: qui versus tertius positus est. Et qui huius psalmi tropologiã quærunt: etiam Hieronymum legant.

¶Hieremiæ. CXXXVI.

1 SVper flumina babylonis illic sedimus & fleuimus: cũ recordaremur sion.
2 In salicibus in medio eius: suspendimus organa nostra.
3 Quia illic interrogauerũt nos qui captiuos duxerũt nos: verba cãtionũ.
4 Et qui abduxerũt nos: hymnum cãtate nobis de canticis sion.
5 Quomodo cantabim⁹ canticum domini: in terra aliena?
6 Si oblitus fuero tui hierusalem: obliuiõi detur dextera mea.
7 Adhæreat lingua mea faucibus meis: si nõ meminero tui.
8 Si non proposuero hierusalem: in principio lætitiæ meę.
9 Memor esto dñe filioꝝ edom: in diẽ hierusalẽ.
10 Qui dicunt exinanite/ exinanite: vsq; ad fũdamentum in ea.
11 Filia babylõis misera/ beatus qui retribuet tibi retributionem tuam: quam retribuisti nobis.
12 Beat⁹ qui tenebit & al-

¶Psalmus Dauid. CXXXVI.

SVper flumina babylonis illic sedimus & fleuimus: dũ recordaremur tui sion.
In salicibus in medio eius: suspendimus organa nostra.
Quia illic ¡terrogauerũt nos qui captiuos duxerũt nos/verba cãtionũ: & qui abduxerunt nos.
Hymnũ cantate nobis de cãticis sion: quomodo cãtabimus cãticum domini in terra aliena?
Si oblitus fuero tui hierusalẽ / obliuiscatur me dextera mea/adhæreat lingua mea faucib⁹ meis: si non meminero tui.
Si non præposuero hierusalem: in principio lę titiæ meæ.
Memẽto dñe filiorum edom: in die hierusalẽ:
Qui dicunt exinanite/ exinanite: quousq; ad fundamentum in ea.
Filia babylõis misera/ beatus qui retribuet tibi retributionẽ tuam: quã tu retribuisti nobis
Beat⁹ qui tenebit & al-

CXXXVII.

SVper flumina babylõis ibi sedim⁹ & fleuimus: cum recordaremur sion.
Super salices in medio eius: suspendimus citharas nostras.
Qm̃ ibi interrogauerunt nos qui captiuos duxerũt nos: verba carmis.
Et qui affligebant nos: lęti canite nobis de canticis sion.
Quomodo cantabim⁹ canticum domini: in terra aliena?
Si oblitus fuero tui hierusalem: in obliuiõe sit dextera mea.
Adhęreat lingua mea gutturi meo: si nõ recordatus fuero tui.
Si nõ præposuero hierusalem: in pricipio lætitiæ meę.
Memẽto dñe filiorum edom: in die hierusalẽ.
Dicentium euacuate/ euacuate: vsq; ad fũdamentum eius.
Filia babylonis vastata/beatus qui retribuet tibi vicissitudinẽ tuam: quã tu retribuisti nobis
Beat⁹ qui tenebit et al-

Psal. 136 Super flu. 137

GALL. lídet: paruulos tuos ad petram.

ROM. lídet: paruulos tuos ad petram.

HEB. lídet: paruulos tuos ad petram.

TITVLVS nullus. psalmus/luctuosus synagogæ cantus de captiuitate babylonica facta sub Nabugodonosor. populus hebraicus inducitur. quarti regum caput vltimum legatur.

¶ EPOS psalmi.

1 PLebs hebręa super Babylonis flumina magnæ
Flens memorata Sion/animo mœstíssima sedit.
2 Inq; vrbis medio truncis suspensa salignis
Est cithara/& laudare deũ quocũq; solebãt.
3 Carmina q̃ peterent illos in dura trahẽtes
Exilia/vlla sion si vobis carmina dicunt
4 Vos nobis ex his canite auscultãtib⁹ hymnum.
5 Cui lachrimis rorãs plebs/ q̃ cãtabim⁹ inqt
Quod solum dñi est aliena carmen in ora?
6 Hierusalẽ si forte canens oblita tui sim
Sic deus auxilio me obliuiscatur adempto.
7 Hęreat & lingua (ablato sermone) palato.
8 Si memor ipsa tui haud fuero/ si prima voluptas
Hierusalẽ michi nõ fueris primũq; leuamẽ.
9 Gentis Edumęæ vindex immense memẽto
Quo fuerit aĩo Solymæ dũ euersio facta est
10 Perdite dum clamant penitusq; abscindite ad íma.
11 Filia nõ aliud Babylonis sit tibi carmen:
Digna feras factis/vasteris/et ille beatus
Qui tibi quę nobis iflixeris ęqua rependet.
12 Quiq; manu arripiẽs tua pignora pua beat⁹
Dũ valido ad firmã allidet conamíe petrã.

¶ Plebs Hebræa quid est: nisi plebs quæcunq; fidelis?
Et babylon/mundus. nã q̃ confusio maior?
Flumia/fortunę bona sũt & fluxa voluptas.
Sed Solyma & alma Sion: tibi sint cœlestia regna.
Vita voluptifica/ ipsa salix infertilis arbos.
In qua diuinæ laudis sunt organa muta.
Qui sãctũ affligũt populũ: sunt quiq; supbi
Qui CHRISTVM ignorant natum omnipotente parente.
Sũt & Edumęi gens impia/dedita ventri
Atq; gulę/CHRISTI regnum qui perdere gaudent.
Hi simul indigni sanctũ cognoscere carmẽ.
Quos deus affligat vindex: vicij sue relictis
Aspecto faciat vicíosa illidere CHRISTO.
Hierusalem quo sint ciues quãdoq; futuri.
Gente etenim CHRISTO debetur cultus ab omni
Prĩa hęc lętitiæ sit origo et causa benignis.

ADVERTE. Sexto versu. obliuioni detur dextera mea. sensus: obliuioni detur apud te auxiliũ & defensio mea. ¶ Septimo versu. adhęreat lígua mea faucíbus meis si nõ meminero tui. sensus: mutus fiam/ neq; michi sit vlla loquendi facultas nisi meminero tui. ¶ Nono versu. memor esto domine filiorũ edom in diẽ Hierusalem. Edumęi filij Esau ab eoq; descendentes: in die afflictionis Hierusalem Chaldęis & Assyrijs erant auxilio/& prouocabant eos ad funditus perdẽdã Iudęã/dicebãtq;. euacuate/ exinanite/ exterminate funditus: nichil ad fundamentũ vsq; relinquatur in ea. hanc eorũ malã iniquamq; voluntatẽ/ inducitur synagoga precari deum non sinere inultam. item & in sequentibus versíbus: idẽ de Babylonijs precatur/quos non multo post Medi sublugarũt & sęuitiã quã in Hebręos exercuerãt vlti sunt: paruulosq; eorum illeserunt ad saxa. & parla quæ illi Hebræis: in authores ipsos retorserunt. Augustínus huius psalmi partim anagogen meditatur: alij tropologiam. qui (si cui cordi erunt) in promptu sunt ad manus plurimorum/ vt facile legant.

¶ Ipsi Dauid. CXXXVII.

1 COnfitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audísti verba oris mei.
2 In conspectu angelorũ psallam tibi: adorabo ad templum sanctũ tuum & confitebor nomini tuo.
3 Super misericordia tua

¶ Ipsi Dauid. CXXXVII.

COnfitebor tibi domine in toto corde meo/quoniam exaudísti ōnia verba oris mei: & in conspectu angelorum psallam tibi.
Adorabo ad templum sanctum tuum: & confitebor nomini tuo dñe
Super misericordiam

¶ Dauid. CXXXVIII.

COnfitebor tibi domine in toto corde meo: in cõspectu deorum cantabo tibi.
Adorabo in templo sãcto tuo: & cõfitebor nomini tuo.
Super misericordia tua

& veritate tua: quoniã magnificasti super omne nomẽ/ sanctum tuũ.

4 In quacunq; die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.

5 Confiteantur tibi domine omnes reges terræ: quia audierunt omnia verba oris tui.

6 Et cãtẽt ĩ vijs dñi: quoniã magna gloria dñi.

7 Quoniã excelsus dominus & humilia respicit: & alta a lõge cognoscit.

8 Si ãbulauero in medio tribulatiõis viuificabis me/ & super irã ĩimicorum meorum extendisti manũ tuam: & saluũ me fecit dextera tua.

9 Domin⁹ retribuet pro me/ domie misericordia tua ĩ sęculũ: opa manuum tuarũ ne despicias.

tuam & veritatem tuã: quoniam magnificasti super nos nomen sanctum tuum.

In quacunq; die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem tuam.

Confiteantur tibi dñe omnes reges terrę/ quoniam audierũt oĩa verba oris tui: & cantent in canticis domino.

Quoniã magna est gloria dñi/ qm̃ excelsus dominus humilia respicit: & alta a longe agnoscit

Si ambulauero in medio tribulatiõis viuificabis me/ & sup irã inimicorũ meorũ extendisti manũ tuam: & saluum me fecit dextera tua.

Dñe retribue ꝓ me/ domine misericordia tua ĩ sęculum: opera manuũ tuarum ne despicias.

& super veritate tua: qa magnificasti super omne nomẽ/ eloquium tuum.

In die inuocabo et exaudies me: dilatabis animę meę fortitudinẽ.

Confiteantur tibi domine omnes reges terræ: quoniam audierunt eloquia oris tui.

Et cãtẽt in vijs dñi: qm̃ magna gloria domini.

Quin excelsus domin⁹ & hũilia respicit: et excelsa de lõge cognoscit.

Si ambulauero in medio tribulatiõis/ viuificabis me/ super furorẽ inimicorum meorum mittes manum tuam: et saluabit me dextera tua.

Dominus operabit ꝓ me/ domie misericordia tua in ęternũ: opera manuũ tuarũ ne dimittas.

1 TITVLVS. Dauid. Psalm⁹/ cõfessio beneficiorũ dei. popul⁹ sãctus in spiritu orãs iducit.

EXPOSITIO CONTINVA. Confitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei. non immemor ero benignitatis tuę deus meus/ sed agnoscam & iugiter toto affectu manifestabo: q; tu eam inclinasti exauditioni petitionis & orationis meæ.

2 In conspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum & confitebor nomini tuo. domine deus meus exaltabo & laudabo te præsentibus angelis tuis: venerabor te in sanctuario tuo/ in spiritu ĩcoinquinato & mundo/ & beneficia recognoscam sancto verbo tuo. Super misericordia tua & veritate tua: quoniam magnificasti super omne nomen/ sanctum tuum. cõfitebor nomini tuo super misericordia tua quæ per ipsum nobis est allata/ & super veraci impletione repromissionũ tuarum/ quæ per ipsum nobis est adimpleta: confitebor q; sublimasti/ glorificasti & honorasti super oẽ quod & dici & concipi potest/ sanctum verbum tuum. In quacunq; die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem. O domine deus meus quotiescũq; ad te confugero/ petitiones meas admitte: & adaugebis animæ meæ ad te laudandũ/ ad beneficia tua confitendũ fortitudinem. Confiteantur tibi domine omnes reges terræ: quia auderunt omnia verba oris tui:

6 hoc beneficium recognoscant ante te vniuersi orbis regnatores: q; legem quam in sancto tuo/ in verbo tuo/ per temetipsum locutus es/ dignatione tua perceperunt. Et cantent in vijs domini: quoniã magna est gloria domini. & psallant in iustitia dei ambulantes & mãdata eius obseruãtes: quoniã ingẽs & super oia dei maiestas/ & oĩs honorificẽtia debetur

7 illi. Quoniã excelsus dominus & humilia respicit: & alta a longe cognoscit. psallãt in vijs domini reges & principes terrę. quoniã deus omnibus supereminẽs & superexaltat⁹/ eos qui se humiliant iussaq; eius capessunt/ cominus intuetur fitq; illis proximus: qui autem

137 Cõfitebor. 138

se exaltant & iussa eius contemnunt/intuetur eminus/fitq; illis semotus. Si ambulauero i 8
medio tribulationis viuificabis me/& super iram inimicorum meorum extendisti manum
tuam:& saluum me fecit dextera tua.dominus est excelsus/ego vero humilis & eius com
paratione celsitudinis nichil/attamen sic adest humilibus/sic illi curę sunt/ q; si in medijs
mortis errem periculis/ me reparabit in vitam/ & super furorem superborum tribulantiũ
me & prementiũ immittet vindictã suam:& auxilium eius me saluabit. Dominus retribu- 9
et pro me/domine misericordia tua in sæculum:opera manuum tuarum ne despicias.de-
us excelsus omnia transcẽdens & omnibus supereminens vindictam faciet pro me/ quia
domine miseratio tua humiles & ablectos non deseret in perpetuum: tu domine opificia
omnipotentium hypostaseon tuarum ne deseras.

ADVERTE.primo versu.particula quoniam audisti omnia verba oris mei/ex hebręo nõ habetur/neq; ex gręco. sed hic primus versus. confitebor tibi dñe in toto corde meo: et i conspectu deorũ psallã tibi.quare adiectitia & superflua putãda est. ¶Tertio versu. quoniã magnificasti super omne nomen sanctũ tuum:Hieronymus ex hebræo. quia magnificasti super omne nomẽ/ eloquium tuum.& in epistola ad Sumniã idem Hieronymus haberi confirmat:magnificasti super omne nomen/verbum tuum.quare nobis distinctionis nota post nomen faciẽda est:atq; ita legendũ.magnificasti super omne nomẽ/sanctũ tuũ/ id est verbũ tuũ/Christũ tuum/filium tuũ. ¶Octauo versu.& super irã inimicorum meorũ extendisti manũ tuam & saluum me fecit dextera tua: melius extendes manũ tuã & saluũ me faciet dextera tua/tum ex hebręo vbi legitur.super furorẽ iimicorũ meorũ mittes manum tuam:& saluabit me dextera tua.tum etiã q; proprietas sermonis ex verbo pręcedenti viuificabis:id efflagitat. ¶Nono versu.dominus retribuet pro me/ domine misericordia tua in sæculum/opera manuũ tuarũ ne despicias:ex hebręo/dñs operabit pro me.Paulus autem Hebræus/ dominus absoluet supplebitq; pro me.sed hæc paruum habent discrimen.siquidem cum interpretes dixerunt/dominus retribuet pro me: intellexerũt dñs reddet hostibus meis/faciet vltionem pro me.quod non longe est ab eo/quod facer Hieronymus & Paulus Hebræus intendunt:statq; apud eos omnes/sensus.

¶In finẽ psalmus Dauid. CXXXVIII.

1 DOmine probasti me & cognouisti me:tu cognouisti sessionẽ meã & resurrectionem meam.

2 Intellexisti cogitatiões meas de lõge: semitam meam & funiculũ meum inuestigasti.

3 Et ões vias meas prę-uidisti:quia non est sermo in lingua mea.

4 Ecce domine tu cognouisti omnia/ nouissima & antiqua: tu formasti me & posuisti super me manum tuam.

5 Mirabilis facta est sciẽtia tua ex me:cõfortata est & non potero ad eã

6 Quo ibo a spũ tuo: &

¶In finem Dauid psalmus. CXXXVIII.

DOmine probasti me & cognouisti me:tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam.

Intellexisti cogitatiões meas alonge/ semitam meã & directionẽ meã inuestigasti/ & ões vias meas pręuidisti:quia non est dolus in lingua mea.

Ecce tu domine cognouisti omnia : nouissima & antiqua.

Tu formasti me:et posuisti sup me manũ tuã

Mirabilis facta est sciẽtia tua ex me:cõfortata est nec potero ad eam.

Quo ibo a spũ tuo: &

¶Victori Dauid canticum. CXXXIX.

DOmine inuestigasti me: & cognouisti.

Tu cognouisti sessionẽ meam & resurrectionẽ meam:intellexisti malũ meum de longe.

Semitam meam & accubitionem meam euẽtilasti: & ões vias meas intellexisti.

Quia non est eloquiũ in lingua mea/ ecce domine nosti ões retrorsũ & ante/formasti me: & posuisti super me manum tuam.

Mirabilior est scientia a me et excelsior est: nõ potero ad eam.

Quo ibo a spũ tuo: &

7 quo a facie tua fugiam?
Si ascendero in cœlum tu illic es: si descendero in infernum ades.
8 Si sūpsero pennas meas diluculo: & habitauero in extremis maris.
9 Etenim illuc manꝰ tua deducet me: & tenebit me dextera tua.
10 Et dixi forsitā tenebrę cōculcabunt me: et nox illuminatio mea in delicijs meis.
11 Quia tenebræ nō obscurabūtur a te/ & nox sicut dies illuminabit: sicut tenebrę eius ita & lumen eius.
12 Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris meæ.
13 Cōfitebor tibi quia terribiliter magnificatꝰ es/ mirabilia opera tua: et ania mea cognoscet nimis.
14 Non est occultatum os meum a te quod feciſti in occulto: & substantia mea i inferioribꝰ terræ.
15 Imperfectū meū viderunt oculi tui & in libro tuo oēs scribēt: dies formabūtur et nemo i eis.
16 Michi autē nimis honorificati sūt amici tui deus: nimis confortatꝰ est principatus eorum.
17 Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur: exurrexi & adhuc sum tecum.
18 Si occideris deus peccatores: viri sanguinum

a facie tua quo fugiā?
Si ascendero in cœlum tu illic es: si descendero in infernum ades.
Si sūpsero pēnas meas ante lucem: et habitauero in postremo maris.
Etenim illuc manꝰ tua deducet me: & tenebit me dextera tua.
Et dixi forsitā tenebrę cōculcabunt me: et nox illuminatio mea in delicijs meis.
Quia tenebrę non obscurabunt abs te: et nox sicut dies illuminabit.
Sicut tenebrę eius ita et lumen eius/ quia tu dñe possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris meę.
Confitebor tibi domine quoniam terribiliter mirificatus est/ mira opera tua: & anima mea nouit nimis.
Non est occultatum os meum abs te quod feci sti i occulto: & substātia mea i inferioribꝰ terrę.
Imperfectū meū viderunt oculi tui: & in libro tuo omnes scribentur.
Dies formabunt et nemo in eis/ michi aūt nimis honorificati sunt amici tui deꝰ: nimis confortatꝰ ē pricipatꝰ eorū
Dinumerabo eos et super arenam multiplicabūt/ resurrexi & adhuc tecum sum: si occidas deus peccatores.
Viri sanguinum decli-

quo a facie tua fugiam?
Si ascendero in cœlum ibi es tu: si iacuero in inferno ades.
Si sumpsero pennas di luculo: habitaueroī nouissimo maris.
Etiam ibi manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua.
Si dixero forte tenebrę operiēt me: nox quoq; lux erit circa me.
Nec tenebrę habēt tenebras apud te/ & nox quasi dies lucet: similes sunt tenebræ & lux.
Quoniā tu possedisti renes meos: orsusq; es me i vtero matris meę.
Confitebor tibi quoniam terribiliter magnificasti me/ mirabilia opera tua: & aia mea nouit nimis.
Nō sūt opta ossa mea a te quibus factus sū in abscondito: imaginatꝰ sum in nouissimis terrę.
Informē adhuc me viderunt oculi tui/ & in libro tuo omnes scribentur: dies formati sunt et non est vna in eis.
Michi autem q̄ honorabiles facti sunt amici tui deus: q̄ fortes pauperes eorum.
Dinumerabo eos et arena plures erunt: euigilaui & adhuc sum tecū.
Si occideris deus impium: viri sāguinum de-

Psal	GALL.	ROM.	HEB.
138 Domie p. 19	declinate a me. Quia dicitis in cogitatione: accipient in vanitate ciuitates suas.	nate a me/quia dicitis i cogitationibus vestris: accipiant in vanitate ciuitates suas.	clinate a me. Quia contradicent tibi scelerate: eleuati sunt frustra aduersarij tui.
20	Nonne qui oderunt te domine oderam: & super inimicos tuos tabescebam?	Nonne qui oderunt te deus oderam illos: & super inimicos tuos tabescebam?	Nõne odiẽtes te domine odiui: et cõtra aduersarios tuos distabui?
21	Perfecto odio oderam illos: & inimici facti sũt michi.	Perfecto odio oderã illos: inimici facti sũt michi.	Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt michi.
22	Proba me deus & scito cor meum: interroga me & cognosce semitas meas.	Proba me deus & scito cor meum: interroga me & cognosce semitas meas.	Scrutare me deus et cognosce cor meum: proba me & scito cogitationes meas.
23	Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna.	Et vide si via iniquitatis i me est: & deduc me in viam æternam.	Et vide si via doli in me est: & deduc me in via æterna.

TITVLVS. Ad victoriam psalmus Dauid. Psalmus de Christo domino. Propheta in spiritu inducit dominum secundum dispensationem carnis loquentem.

EXPOSITIO CONTINVA. Dñe probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionem 1
meã et resurrectionẽ meã. dñe examinasti me/& nosti me: tu nosti dormitionẽ meã & exci
tationẽ meã. Intellexisti cogitationes meas delonge: semitam meam & funiculum meũ 2
inuestigasti, cognouisti cogitatus meos anteq̃ eos cõciperem/viam in quam me esses missurus & mensuram & amplitudinem hæreditatis quam michi esses redditurus dudum ex
plorata habuisti. Et omnes vias meas præuidisti: quia non est sermo in lingua mea. Ecce 3,4
tu cognouisti omnia/nouissima & antiqua: tu formasti me & posuisti super me manum tuam. & tu domine vniuersa vitę meę instituta prędsciſti: quia nequaq̃ sufficit ad promendã
scientiam tuam vlla sermonis oris mei facultas/ paucis dicam. ecce tu deus ęterne nosti v
niuersa & noua & vetera quæcunq; sunt/ erunt & fuerunt: tu plasmasti me & firmasti su
per me protectionem & benedictionem tuam. Mirabilis facta est scientia tua ex me: con 5
fortata est & non potero ad eam. prędiffinitio & præscientia tua de me apud te mirifica &
incõpræhensibilis est: inualuit & superior me facta est/nec valeo (vt ea ipsa est) compræ 6
hendere eam. Quo ibo a spiritu tuo: & quo a facie tua fugiam? scientia tua omnia com
præhendit & non compræhenditur/ vt tu comprehendis omnia & non est qui te com
præhendere possit. igitur quo abscedere potero vbi non sit spiritus tuus: & quo elon
gabor vbi non sit præsentia tua? Si ascendero in cœlum tu illic es: si descendero in infer 7
num ades. si sursum in cœlo habitauero/tu in cœlo præsens es: si deorsum ad inferna pe
netrauero / inferno præsens es. Si sumpsero pennas meas diluculo: & habitauero in ex 8
tremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua. si alas 9
michi ante lucis ortum aptauero: & volauero in inacceſſas & inhabitatas partes orbis.
certe in illas virtus tua deferet me: & sustentabit me fortitudo tua. Et dixi forsitan te 10
nebræ conculcabunt me: & nox illuminatio mea in delicijs meis. et subiunxi/ si in cœlo
sursum/si in inferno deorsum / si in nouissimo et inacceſſo loco maris adest / forsitan ta
men profunda noctis caligo conteget me/quo vel sic eum latere queam: sed nox illi lu
men erit/ quo me videat aperte/ latere gestientem. Quia tenebræ non obscurabuntur a 11
te/ et nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius ita et lumen eius. nox et caligo
illi lumen erit/ quia O domine/ tenebrarum opacitas non est opacitas apud te/ et noctis
opacitas sicut diei claritas apud te lucet: et apud te similis est illius opacitas et huius cla
ritas/neq; alta/neq; profũda/neq; tenebrosa/neq; lucida te fugiũt/ neq; vlla tibi difficilia. 12
Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris meę. quia ad nutũ tuũ rexisti
omnes sensus et affectus meos: a te plasmatus sum in latebris virginei vteri parẽtis meę/

13 humilis ancille tuæ. C ōfitebor tibi quia terribiliter magnificat⁹ es/mirabilia opera tua: et anima mea cognoscet nimis, recognoscam tibi quia miro & indicibili modo magnificasti me/opificia tua in me omni admiratione plena: & id spiritus meus iugiter & abunde pro-
14 testabitur. N ō est occultatum os meū a te quod feci in occulto: & substantia mea in inferioribus terræ. cōpactio ossis quod in abdito finxisti in me/non est abscōdita a te: & massa substantiæ meæ in penetralibus & intimis uteri eius quam tu benedixisti virgineę ter-
15 ręnequaq̄ latuit te. Imperfectum meum viderunt oculi tui/& in libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur & nemo in eis. me adhuc informem & nondum in utero effictum contuiti sunt obtutus tui/& in præsentia tua electi tui uniuersi etiam imperfecti & nondum formati/nondū effigiati & in lucem educti exarabuntur: tēpora decurrent/& adhuc
16 nullus eorū quos in pręsciētię tuę libro pręscripsisti subsistet in eis. Michi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorū. non modo in occultis & intimis uteri compegisti me/non solum in libro tuo nondū formatum pręuidisti me/sed & dilecti tui quos ab ęterno pręsciuisti/prædestinasti/& in libro tuo signasti/michi ni-
17 mis honorabiles facti sunt: amplissime dilatasti in toto orbe terrarū principatū eorū. Dinumerabo eos & super arenā multiplicabuntur: exurrexi & adhuc sum tecum, supputabo & recensebo eos quos suo principatu michi acquisierunt & arenę numero plures erunt: a
18 somno mortis excitatus sum/& ego tecum sum in sempiternū. Si occideris deus peccatores: viri sanguinū declinate a me, quia tu deus morti secundæ tradidisti nequitiarū potestates: etiam O flagitiosi qui estis & corporum et animarum occisores/procul abite a me.
19 Quia dicitis in cogitatione: accipiēt in vanitate ciuitates suas. discedite a me homicidæ & animarū interfectores/quia contra deū in corde loquimini dicentes: in vanitatibus viuē-
20 tes etiā accepturos æternas hæreditates. Nonne qui oderūt te dñe oderā: & super inimicos tuos tabescebā? illi domine tibi contradicunt/illi te odio habent & terrena diligunt/et nonne illos odio habebā: & super aduersarios tuos præ zelo & indignatiōe marcebam?
21 Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt michi. ego domine in eos qui te oderunt cō-
22 summata indignatiōe infensus eram: & illi non te solū/sed & me odio persecuti sunt. Proba me deus/& scito cor meū: interroga me & cognosce semitas meas. examina me domi-
23 ne & scrutare animam meam: experire me/& agnosce instituta vitæ meæ. Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna. & attēde si in me vlla est iniquitas: & in angusto strictoq; æternitatis calle dirige me.

ADVERTE. Secundo versu. intellexisti cogitationes meas delonge/semitā meam et funiculum meum inuestigasti: Hieronymus ex hebręo/intellexisti malum meum delonge. quod de erumna & calice intellectum aut de peccato pro quo satisfacturus erat: nichil habet absurdum. ¶ Eodem secundo versu. semitam meam & funiculum meum inuestigasti: ex hebręo semitam meam & accubitionem meam euentilasti. si per semitam terram israel intelligamus per quam dominus noster corporaliter est peregrinatus/& per accubitionem patriam gentium vbi accubuit/acclinauit & requieuit per fidem: idem sensus emergit ac per particulam & funiculum meum inuestigasti. vtrobiq; enim possessio & hęreditas designabitur. de qua & alibi pater ad filium: dabo tibi gentes/hęreditatem tuam & possessionem tuam terminos terrę. idem dico sensus/hoc excepto q⁹ euentilare/purgare: inuestigare vero explorare & probare signat. & quis nescit purgatos/& probatos/& examinatos a summo patre fuisse: quos in semita filius habuit/et item eos in quibus vt in possessione accubuit? ¶ Tertio versu. quia non est sermo in lingua mea: ex hebræo/quia non est eloquium in lingua mea. vnde fit vt tralatio nostra: potior romana & græca habeatur in quibus non sermo/non eloquium/sed dolus hoc pacto legitur. quia non est dolus in lingua mea. adde insuper et dolus hic perperam haberi Hieronymum ad Sumniam testatum. ¶ Quinto versu. mirabilis facta est scientia tua ex me/confortata est et non potero ad eā: Hieronymus ex hebræo/mirabilior est scientia a me et excelsior est/nō potero ad eam. quod astipulatur tralationi Symmachi. prætergreditur me scientia tua/fortificata est et non potero ad eam. et quis inficias ibit/vt Christus secundum carnis dispensationem se fatetur minorem patre: ita secundum eandem esse scientia inferiorem? si igitur hypostasin respicis: et potentia et sapientia ęquatur patri. si autē naturam quam assumpsit: imbecillis et infirmus saltem quādiu fuit morti obnoxius/et patri sapientia impar. ¶ Octauo versu. si sumpsero pennas meas diluculo & habitauero in extremis maris. meas superfluum est ex hebræo. & eo amoto vocabulo: sententia rationabilior est. nam & ei quod sub sola conditione est intelligendum/vocabulū meas possessionē ad-

iungit/& proprietatē/quasi alas haberet possideretq; proprias ad volatum, quod manifeste coarguitur non modo falsum sed & absurdum. conditio igitur sola est intelligenda: nō etiā cum conditione possessio. Et sane si nulla tibi toga sit: absurde dixeris & pene ridicule/si sumpsero togam meā prodibo in publicum/aut quippiam simile, quanto magis igit: si illud quod sub conditione proponitur/haberi natura sit impossibile. ¶ Decimo versu. et dixi forsitan tenebræ cōculcabunt me/& nox illuminatio mea in delicijs meis: ex hebręo/ si dixero/forte tenebræ operient me, sed hæc in eundē pene sensum recidunt. ¶ Eiusdem decimi versus secunda particula/& nox illuminatio mea in delicijs meis: ex hebræo/ nox quoq; lux erit circa me. Symmachus, nox/lux circa me sedet. alij & nox illuminabit circa me. & apertam habet intelligentiam, oculis enim diuinis (qui non ex obiectis pēdent/ sed omnia in veritate vident: vbi omnia coincidunt discrete et discernuntur coniuncte) non aliud & aliud lux & tenebræ, neq; ibi tenebræ priuatio: sed summa lux, neq; lux positio: sed eminens negatio, atq; idem lux & tenebrę. & vt odorans in luce & tenebris æque cognoscit/suntq; ei tenebræ ad odorandū vt lux & lux vt tenebrę: ita deus æque in luce & ęque in tenebris agnoscit. & si surgis vt lux & tenebræ nichil faciunt ad odorandū: ita nulla creatura/nullum interuallum/nullusq; creaturæ positio/aut priuatio/deo ad intelligendum. ¶ Vndecimo versu. quia tenebræ non obscurabuntur a te/& nox sicut dies illuminabitur/sicut tenebræ eius ita & lumen eius. clarius Hieronymus ex hebręo: nec tenebrę habent tenebras apud te/& nox quasi dies lucet. ¶ Eodē vndecimo versu. sicut tenebræ ei9 ita & lumē eius: ex hebręo/similes sunt tenebrę & lux. & vbi dicim9 tenebrę eius: ei9 relatiuum est noctis. & vbi dicimus ita & lumen eius: eius relatiuum diei. neq; vtrobiq; intelligas eius id est dei. quod cognoscitur ex greco/ vbi vtrobiq; relatiuū/ cui respondet eius: fœmininum est. sic enim legitur ὥς τὸ σκότος αὐτῆς ὕτως καὶ τὸ φῶς αὐτῆς. ¶ Duodecimo versu. suscepisti me de vtero matris meæ: Hieronymus ex hebręo/ orsusq; es me in vtero matris meæ. quod vicine ad id quod in pentaplo greca/ quinta ędi-tione habebatur/conflasti me de ventre matris meæ. siquidē plasmatio corporis domini/ non similis fuit cæterorum plasmatiōi: vbi materiæ quā suggerit mater/vis quædā masculā patris/&(vt sic dixerim) efformatiua & delineatiua admiscetur. illic virgo parens materiā suggessit(vt decuit virginē) virgineā/purissimāq; et mundissimā: quam sola diuina manus artifex in humanā effigiē effinxit. quid mirū igitur si tā nobilis plasmatio nobis indicetur: si dicatur/orsusq; es me in vtero matris meæ/siue cōflasti me de vētre matris meæ/ q̄ nobilis illa mater: quæ se soli manui diuinæ præstitit/quod cæterę solent corruptibili viro. hic corruptio cogitatur & subiectio: illic vero integritatis/puritatisq; perfectio/& super omnem aut purum virum aut mulierem sublimatio. illa mater: solus deus pater. quāto igt tur regina cæteris fœminis: multo magis/nulla etiam proportione/ sponsa dei celsior cunctis reginis. ¶ Tertiodecimo versu. confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es/mirabilia opera tua/& anima mea cognoscet nimis: rectius ex hebræo/ quoniā terribiliter magnificasti me. sic enim altero loco. scitote quoniā mirificauit dominus sanctum suū. ¶ Vltima eiusdē tertij decimi versus particula/& anima mea cognoscet nimis: ex hebręo/et anima mea nouit nimis. sic et tralatio romana. & nouit hic prędentis q̄ prędteriti magis sensum habet. quod patet ex greco vbi legitur, καὶ ἡ ψυχή μου γινώσκει σφόδρα. et anima mea cognoscit valde: et hæc confessio/q̄ deus mirificauerit eum/q̄ mirabilia opera ipsius in eo: est de beneficijs non ingrati animi agnitio et de susceptis gratiarum actio. ¶ Quartodecimo versu. nō est occultatum os meum a te quod feci sti in occulto/et substantia mea in inferioribus terræ. de osse non de ore hoc intelligitur quod dilucet ex hębreo: non sunt operta ossa mea a te/quibus factus sum in abscondito. et ex greco vbi habetur. τὸ ὀστοῦν μου. qd sit quod dicit in occulto siue in abscōdito: idipsū sequēs particula elucidare videtur. in secreta et abscondita virgine/in intacto/ intemeratoq; vtero. sic enim id occultum et absconditum fuit: vt omnes latuerit et dęmones et homines/ nisi qui ex spiritu sancto reuelatum accepere. ¶ Eodem quartodecimo versu. et substantia mea in inferioribus terræ: Hieronymus ex hebręo/imaginatus sum ī nouissimis terræ. ex Reuchlinianis hebraicæ linguæ rudimentis: aptius diceretur contextus sum in inferioribus terræ/ id est in matrice. et quod hic Hieronymus habet imaginatus sum: effictus et effigiatus significat. et terra de qua hic sermo: benedicta illa terra est/ de qua alibi terra dedit fructum suum. iustitia ante eum ambulabit. ¶ Quintodecimo versu. imperfectum meum viderunt oculi tui/ et in libro tuo omnes scribentur/ dies formabuntur et nemo in eis: Hieronymus ex hebræo/ informem adhuc me viderunt oculi tui. et alius: incompositum.

acsi sensus sit non modo cognosti/cum ossa/cum membra mea in abdito formares/delineares/effigiares & contexeres me in secretis vteri materni latebris: sed viderũt me oculi tui priusq; elementa ad mei cõpositionẽ cõpegisses/incõpositũ/informẽ/& priusq; vlla effigie formaq; in expressione plasmatis effingerer. Vnde videtur: contextũ sequendo hebraicũ/potius nobis esse legendum imperfectũ me viderunt oculi tui/q; imperfectum meũ. ¶ Eodem quintodecimo versu: & in libro tuo omnes scribentur/dies formabuntur & nemo in eis: Hieronymus ex hebreo/& in libro tuo omnes scribẽtur/dies formati sũt/& nõ est vna in eis. Symmachus sic hunc locũ interpretatus est. dies quibus formati sunt/ne vna quidẽ ex eis deest. septuagita sic. καὶ ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται ἡμέραι πλασθήσονται καὶ οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς. & in libro tuo omnes scribentur/die formabuntur/& nulla in eis. vbi eis masculinum est: & refert omnes. & id conformius Hieronymo: modo quod singulariter dicitur ἡμέρας pluraliter diceretur ἡμέραι. vt sensus esset dies formabuntur/quemadmodũ (si & hebreo responderet) esset legendum. & forte ratus fuissem codicem hic fuisse corruptum: nisi Hieronymus secundum septuaginta censeret singulariter die aut in die esse legendũ. & hic sensus esse videtur. quid mirum si me imperfectum viderunt oculi domini/quia omnes etiã imperfecti/priusq; formentur/in libro prescientiæ eius scribentur. dies formabunt & nulla ex illis dieb⁹ erit eorũ qui scripti sunt quia nondum nati/nondum formati erunt. verum quia οὐδεὶς anceps vocabulum est/vt verti possit nullus & nulla: interpretes nostri ex primo sensu nemo vertere. sed tunc qui litteram sequitur græcã: difficillime seruat intelligentiã. verum si nemo aut nullus interpretemur: tunc oportet relatiuum eis referri ad dies (quod in greco nisi mutetur genus fieri non potest) non autem ad eos qui scripti sunt. & eadẽ reddetur intelligentia: & forte clarior/vt sit sensus. informes adhuc & anteq; nascantur scribentur in libro æternæ præscientiæ dei/effluent & transibunt dies/& adhuc nullus eorũ erit in illis diebus. nam & illi post multa adhuc sæcula creandi sunt: quos nichilominus imperfectos & inconditos oculi domini viderunt/qui & in libro eius ab æterno scripti sunt. quare siue hoc siue illo modo dicatur: intelligentia manet. ¶ Octauodecimo versu. si occideris deus peccatores/viri sanguinum declinate a me: ex hebreo/si occideris deus impiũ. hoc de diabolo quẽ deus morte Christi confregit. & subintelligimus occidisti enim. & ideo viri sanguinum/viri peccatorum & scelerum declinate a me: qui mauultis impio victo/confracto/illiso & occiso adhærere/q; victori valido & immortali. ¶ Nonodecimo versu. quia dicitis in cogitatiõe/accipient in vanitate ciuitates suas: Hieronymus aliũ ex hebræo dat sensum. quia contradicent tibi scelerate/eleuati sunt frustra aduersarij tui. & aperta dilucidaq; sententia est.

¶ In finem psalm⁹ Dauid. CXXXVIIII.

1 ERipe me domine ab homine malo: a viro iniquo eripe me.
2 Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die constituebant prælia.
3 Acuerunt linguam suam sicut serpentes: venenum aspidũ sub labijs eorum. Semper.
4 Custodi me domine de manu peccatoris: ab hominibus iniquis eripe me.
5 Qui cogitauerunt supplantare gressus meos:

¶ In finem psalm⁹ Dauid. CXXXVIIII.

ERipe me domine ab homine malo: a viro iniquo libera me.
Qui cogitauerunt malitias in corde: tota die constituebant prælia.
Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenũ aspidum sub labijs eorum. Dp.
Custodi me domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis libera me.
Qui cogitauerunt supplãtare gress⁹ meos/ab-

¶ Victori canticũ Dauid. CXXXX.

ERue me domine ab homine malo: a viris iniquis serua me.
Qui cogitauerunt malitias in corde: tota die versati sunt in prælijs.
Exacuerunt linguã suam quasi serpens: venenum aspidis sub labijs eorum. Sela.
Custodi me domine de manu impij: a viro iniquitatum serua me.
Qui cogitauerunt supplãtare gress⁹ meos ab-

Psal 139 Eripe me.

	GALL.	ROM.	HEB.
	absconderũt superbi laqueum michi.	sconderunt superbi laqueos michi / & funes extenderunt in laqueũ pedib⁹ meis: iuxta iter scandalũ posuerunt michi. Dp.	sconderunt superbi laqueum michi/ & funib⁹ extenderunt rete: iuxta semitam offendiculum posuerunt michi. Sela.
6	Et funes extenderunt i laqueum: iuxta iter scãdalum posuerũt michi. Semper.		
7	Dixi domino de⁹ meus es tu: exaudi domine vocem deprecatiõis meæ.	Dixi domino de⁹ meus es tu: exaudi domine vocẽ orationis meę.	Dixi domino de⁹ meus es tu: exaudi domine vocem deprecatiõis meę.
8	Domine domine virt⁹ salutis meæ: obumbrasti super caput meum i die belli.	Domine domine virt⁹ salutis meæ: obumbrasti caput meũ in die belli.	Domine deus fortitudo salutis meæ: protexisti caput meum in die belli.
9	Ne tradas domine desyderio meo peccatori/ cogitauerũt contra me: ne dereliquas me ne forte exaltentur. Semper.	Ne tradas me a desyderio meo peccatori/ cogitauerũt aduersũ me: ne dereliquas me ne vnquã exaltentur. Dp.	Ne des domine desyderia impij / scelera ei⁹: ne effundantur & eleuẽtur. Sela.
10	Caput circuitus eorũ: labor labiorum ipsorũ operiet eos.	Caput circuitus eorũ: labor labiorum ipsorũ operiet eos.	Amaritudo conuiuarum: labor labiorũ eorum operiet eos.
11	Cadent super eos carbones/ in ignem deijcies eos: in miserijs non subsistent.	Cadent super eos carbones ignis: in igne deijcies eos in miserijs nõ subsistent.	Cadent super eos carbones ignis: deijcies eos in foueas vt non cõsurgant.
12	Vir linguosus non dirigetur in terra: virum iniustum mala capient in interitu.	Vir linguosus non dirigetur super terram: virum iniustum mala capient in interitu.	Vir linguosus non dirigetur in terra: virũ iniquum mala capient in interitu.
13	Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis: & vindictam pauperũ.	Cognoui quoniam faciet dominus iudicium inopum: & vindictam pauperum.	Scio qꝫ faciet dominus causam inopis: iudicia pauperum.
14	Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo: habitabunt recti cũ vultu tuo.	Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cũ vultu tuo.	Attamen iusti confitebuntur nomini tuo: habitabunt recti cum vultu tuo.

TITVLVS. Ad victoriam psalmus Dauid. Psalmus/ deprecatio in spiritu contra hæreticos. Populus fidelis inducitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Eripe me domine ab homine malo: a viro iniquo eripe me. 1
libera me dominator eterne a prauo hominis animo: a prophana viri doctrina libera me. 2
Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die constituebant prelia. qui quidẽ prauo iniquoqꝫ animo homines & nefaria scelestaqꝫ doctrina viri/ machinati sunt dolos/ technas & 3
deceptiones in anima: assidue moliti sunt veritatis oppugnatiões. Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenũ aspidũ sub labijs eorũ. more serpẽtum linguas suas acumina-

4 uerunt ad ſauciandū/ſermones ſubtilauerunt:inſanabile virus in ſermonibus eorum.Cu
ſtodi me domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me. tutare me deus
potentiſſime aduerſus poteſtatē malignī/ antiquī ſeductoris:& a viris iniuſtę peruerſæq;
5 doctrinę libera me.Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos: abſconderūt ſuperbi la-
queū michi.qui ſtudiū curāq; adhibuerūt me deorſū prępitē dare:filij belial pedicas cō
6 texerunt michi. Et funes extenderunt in laqueū:iuxta iter ſcandalum poſuerunt michi.
& filij ſuperbię aduerſus deum inſurgentes/tortis argutionibus parauerūt michi muſcī-
pulam ad fallendum:iuxta legem & ſacrę legis intelligentiā offēdiculum quo me in prę-
7 ceps dederent/ locauerunt.Dixi dño deus meus es tu: exaudi dñe vocem deprecationis
meæ.in his laqueorū & offendiculorū perplexis anfractibus clamaui ad dominū/tu es cō-
8 ditor meus:audi precē meā/& me ab his intentatis eripe periculis.Domine/domine vir-
tus ſalutis meę:obumbraſti ſuper caput meū in die belli.O gubernator & dominator/ for
titudo ſaluationis meæ: tu protexiſti animā meā in tempore pugnę aduerſantis & impij
9 dogmatis.Ne tradas me domine a deſyderio meo peccatori/cogitauerūt contra me: ne
derelinquas me ne forte exaltentur.deus clemētiſſime/pietatis & veritatis amator ne po-
teſtatem mei facias contra deſyderium meū malignæ poteſtati/ maligni & iniqui machi-
10 nati ſunt aduerſum me:ne deſtituas me/ne forte pręualeant & victores glorientur & exul
11 tent.Caput circuitus eorum:labor labiorum ipſorum operiet eos. ſumma implexarum ar-
gutiarum eorū:elaboratio ſermonum ſuorū confundet eos.Cadent ſuper eos carbones/
in ignem deijcies eos:in miſerijs non ſubſiſtent.tormenta ignita infligentur ſuper eos/in
gehennam ignis deturbabis ac detrudes eos:in perpetuum a ſuppliciis non reſpirabunt.
12 Vir linguoſus non dirigetur in terra:virum iniuſtū mala capient in interitu. homo qui in
peruerſum dogma ſoluit linguam ſuā/ in regione viuentiū non proſperabitur: homo iu-
13 ſtitiam dei ſanctāq; peruertens doctrinā detinebitur in ſempiterno cuciatu.Cognoui quia
faciet dominus iudiciū inopis: & vindictā pauperū.hoc certū/ cognitumq; habui q; deus
14 iuſtus iudex ſententiā feret pro populo ab huiuſmodi iniquis oppreſſo: & vlciſcetur fide-
les ſuos.Veruntamen iuſti confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo.
& q̄uis domine acerbam vindictam facturus ſis aduerſus huiuſmodi falſiloquos & iniu-
ſtos/attamē qui ĩcorrupta fide manſerint laudabūt nomē tuū/oīpotēs verbū tuū/Chriſtū
tuū/filiū tuū:& q rectā ſeruauerit doctrinā/ ĩ delicijs ęternę vitę manebūt ĩ cōſpectu tuo.
ADVERTE.Primo verſu.a viro iniquo eripe me:ex hebræo/a viris iniquis ſerua me.& hic ſermo accōmodatior.cū cōtinuo ſequēs verſus pluratiue incipiat hoc pacto.qui cogi-
tauerunt.quod ſi a viro legatur:nō vſq;adeo apte/qui/ pluratiue legeretur.& hoc interp̄-
tes in quarto verſu ferme huic coincidente/ſeruauerunt:Hieronymus ecōuerſo. ¶Secū-
do verſu.Tota die conſtituebant prælia:clarius ex hebręo/tota die verſati ſunt in pręlijs/
ſcilicet in oppugnatione veritatis. quales fuere Cherinthus/ Baſilides/ Ebion/Neſtorius/
Manichęus/Arrius/Eunomus/Sabellius/Photinus/Macedoni9 & huiuſmodi veſana dā-
natorū canum turba:quos trifaux vorat cerberus. ſed neq; miſſi faciendi ſunt Sergius &
Mahumetes malo præceptore peſtilentior nocentiorq; diſcipulus: quos vltrix flama ple-
ctit/ſicut ſcriptum eſt:diabolus qui ſeducebat eos miſſus eſt in ſtagnū ignis & ſulfuris vbi
beſtia & pſeudoprophetę cruciabuntur die ac nocte in ſæcula ſæculorū. ¶Nono verſu.ne
tradas me domine a deſyderio meo peccatori/ cogitauerunt contra me/ne derelinquas
me/ne forte exaltētur:ex hebræo paulo aliter/ne des domine deſyderia impij/ſcelera ei9:
ne effundantur & eleuentur.quo (vt crediderī)deſignatur.ne des domine impleri deſyde
ria malignī/principis næquitiarum/ne des impleri ſcelera eius.ne hęretici effundantur ne
multitudine obruant/& de infœlici oppreſſione glorientur.nā vt qui ſacrorū eloquiorum
rectā & viuificā vbiq; tenēt intelligentiā/ id non ſuo ſenſu/ ſed ſuperiore luce irradianteq;
deſuper diuina gratia aſſequuntur:ita non ſuo ſenſu hæretici in primas & præcipuas hę-
reſes prolapſi ſunt.ſed dæmonico quodā male ſtimulante mentē œſtro perciti/ dū præſu
munt/dum non ad ſobrietatem ſapere volunt/dū ſibiipſis placent/& curioſa & vana(ſim-
plicitate & humilitate contempta) ſectantes: volunt admirabiles videri/ & ſupra cęteros
ſapere.tunc aſtutus ſerpens illabitur/tunc ſtillat venenū.contra quod niſi deus noſtrā ad-
iuuaret debilitatem:totū poſſet inficere corrūpereq; mundū. Quod tamē legimus/ne tra-
das me a deſyderio meo peccatori: hoc mutuamus a tralatiōe romana/quæ ita habet.ſed
& codex græcus cum ea conſpirat. gallica autem ædītio duntaxat habet/ne tradas deſy-
derio meo peccatori:cui ſi meo tollas & caſū prędecedentis vocabuli mutes dicaſq;/ ne tra-
das deſyderium peccatori:cum æditione hebraica cōſpirabit. Quo fit vt potius ſic eſſe le-

139 Eripe me. 140

gendū arbitrer. ¶ Decimo versu. caput circuitus eorum/labor labiorū ipsorū operiet eos: ex hebreo/ amaritudo conuiuarum eorū. quo designātur mala dogmata: quibus vt felle & absinthio eos depascunt quibuscum versantur quiq; illos audiunt. quod sequens particula indicat quasi id explicans/cum dicit. labor labiorū ipsorū operiet eos.

¶Psalmus Dauid. CXXXX.

1 DOmie clamaui ad te exaudi me: intende voci meæ cum clamauero ad te.

2 Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificiū vespertinum.

3 Pone domine custodiam ori meo: & ostium circūstantię labijs meis.

4 Non declines cor meū in verba malitiæ: ad excusandas excusatiōes ī peccatis.

5 Cum hominibus operantibus iniquitatē: & non cōmunicabo cū electis eorum.

6 Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me: oleum autē peccatoris non impinguet caput meum.

7 Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sūt iūcti petrę iudices eorū

8 Audiēt verba mea quoniā potuerūt: sicut crassitudo terræ erupta est super terram.

9 Dissipata sunt ossa nostra secus ifernum/quia ad te dñe/domine oculi mei: in te sperauí non auferas animam meā.

¶Psalmus Dauid. CXXXX.

DOmie clamaui ad te exaudi me: intende voci oratiōis meę dum clamauero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incensum: in conspectu tuo.

Eleuatio manuū mearum: sacrificiū vespertinum.

Pone domine custodiā ori meo: & ostiū circunstantiæ labijs meis.

Vt nō declines cor meum in verbū malū: ad excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operātibus iniquitatem: & non communicabo cū electis eorum.

Corripiet me iustus in mia & increpauit me: oleū autē peccatoris nō impīguet caput meum.

Quoniā adhuc est oratio mea in beneplacitis eorū/ absorpti sūt cōtinuati petrę iudices eorū: audient verba mea quoniam potuerunt.

Sicut crassitudo terræ eructuat super terrā: dissipata sunt ossa nostra secus infernum.

Quia ad te domine/domine oculi mei: ī te sperauí ne auferas animā meam.

¶Canticum Dauid. CXXXXI.

DOmie clamaui ad te festina michi: exaudi vocem meā clamantis ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Pone dñe custodiā ori meo: serua paupertatē labiorum meorum.

Ne declines cor meum in verbum malum/ voluere cogitationes īpias cum viris operantibus iniquitatem: neq; comedere in delicijs eorum.

Corripiat me iustus in misericordia & arguat me/ oleū amaritudinis nō īpinguet caput meū: quia adhuc oratio mea pro malitijs eorum.

Sublati sunt iuxta petram iudices eorum: & audiēt verba mea quoniam decora sunt.

Sicut agricola cum scindit terram: sic dissipata sunt ossa nostra in ore inferni.

Quia ad te domine deus oculi mei: in te sperauí ne euacues animā meam.

GALL.	ROM.	HEB.
10 Cuſtodi me a laqo quê ſtatuerũt michi: et a ſcã dalis operantiũ iniquitatem.	Cuſtodí me a laqo quê ſtatuerunt michi: et ab ſcandalis operantibus iniquitatem.	Cuſtodí me de manib9 laquei quẽ poſuerũt michi:& de offẽdiculis operantiũ iniquitatem.
11 Cadent in retiaculo ei9 peccatores:ſingulariter ſum ego donec tranſeã.	Cadent in retiaculum eius peccatores : ſingulariter ſũ ego donec trãſeam.	Incident in rete ei9 impij ſimul:ego autẽ trãſibo.

TITVLVS. Pſalmus Dauid. Pſalmus/oratio populi fidelis. qui & in ſpiritu orãs inducit.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Domine clamaui ad te exaudi me:intende voci meæ cum
clamauero ad te. deus meus ſuſpiraui/ vociferaui ad te/ deſyderiũ meum imple: intẽtum
2 te exhibe deprecationi meæ cum ſuſpirauero ad te. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum
in conſpectu tuo: eleuatio manuũ mearũ ſacrificiũ veſpertinũ. recta via ad te tendat de-
precatio mea eum in modũ quo & ante conſpectũ tuũ orationes ſanctorũ: erectio brachi-
3 orum meorũ ad cœlum/ad thronũ tuũ/tibi ſit libamen ferotinũ. Pone dñe cuſtodiam ori
meo:& oſtiũ circunſtantiæ labijs meis. da domine vt de ore meo nõ exeat ne verbũ qui-
4 dem ocioſum:& labia mea quaſi muro/cuſtodia tua circũclude. Non declines cor meũ in
5 verba malitiæ:ad excuſãdas excuſationes in peccatis. Cũ hominibus operantibus iniqui-
tatem:& nõ cõmunicabo cũ electis eorum. non ſinas flecti animam meã ad aliquid turpe
perpetrandum:non ſinas eam labi ad tutandũ/excuſandũ & defendendũ peccatũ ſuum.
non ſinas me hæc facere cũ viris tranſgredientibus legẽ tuam: & ita abs te adiutus non
6 participabo cũ charis & cõplicibus eorũ. Corripiet me iuſtus in miſericordia & increpa-
bit me:oleum autẽ peccatoris non impinguet caput meũ. labentem me caſtiget miſericor
diter vir mandatorũ tuorum obſeruator & repræhendat: blanditiæ autẽ trãſgreſſorũ non
7 demulceant animũ meum. Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorũ: abſorpti
ſunt iuncti petræ iudices eorũ. verũ inſuper orationem adijciam pro delictis tranſgredi-
tium:Chriſto domino iuncti ſunt/& cum eo ſublimati/qui in iudicio ſedentes eos iudica-
8 turi ſunt. Audient verba mea quoniam potuerunt: ſicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper
9 terrã. Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernũ/ quia ad te domine/domine oculi mei:in te
ſperaui/non auferas animã meã. audient hos ſermones meos quia validi ſunt: ſicut gle-
bæ in campeſtri planicie euerſæ ſunt. ſic confractæ mortalium vites in precipitationẽ ad
interitum/verum quia ad te dominator & conditor anima mea intenta eſt/ quia in te ſo-
10 lo confidi/non ſinas cũ illis animã meã ruere in interitum. Cuſtodi me a laqueo quem ſta
tuerunt michi:& a ſcandalis operantiũ iniquitatẽ. eripe me a molitionibus et tentationi-
11 bus quas tetenderunt michi:& ab offendiculis tuã legẽ preuaricantium. Cadẽt in retiacu
lo eius peccatores: ſingulariter ſum ego donec tranſeã. in rete iniquitatis inuoluentur &
detrudent trãſgreſſores:ego autẽ ſeorſũ ſũ donec euaſur9 illud/ ad beatitudinẽ trãſuolẽ.
ADVERTE. Tertio verſu. & oſtiũ circũſtantię labijs meis: ex hebręo/ ſerua paupertatẽ
labiorum meorũ. quo deſignatur: ſerua paucitatẽ verborum meorum. nam quia in multi-
loquio peccatum deeſſe non ſolet:decet nos eſſe paucorũ verborũ/ quaſi illorum paupe-
res et iopes ſimus. ſic et ſãctus Pombo feciſſe legitur: vt et verbi ocioſi/ nunq̃ ſe pœnituiſ
ſe diceret. ¶ Quarto verſu. ad excuſandas excuſationes in peccatis: ex hebræo/ voluere
cogitationes impias. acſi diceretur:nõ ſinas cor meũ labi ad voluẽdas animo impietates.
& id cum ſequenti verſu iungitur:ad voluẽdas animo impietates cũ hominibus operan-
tibus iniquitatẽ. voluũt enĩ qui eiuſmodi ſũt impietates in corde. et in ſpiritu prophetię a
taliũ conſuetudine admonemur cãuere:et ſiue incorrupti manemus/ ſiue humano errore
labimur/cũ iuſto conuerſari. ¶ Quinto verſu. et nõ cõmunicabo cum electis eorũ: ex he-
bræo/neq; comedere in delicijs eorũ. vbi voluere et cõmedere copulantur. quare potius
nobis eſſet legendũ:neq; ad cõmunicandũ cũ electis eorũ. vt ad excuſandas et ad cõmu-
nicandum:ſimili copularemus analogia. ¶ Sexto verſu. corripiet me iuſtus in miſericor-
dia et increpabit me/oleũ autẽ peccatoris non impinguet caput meũ. melius corripiat &
increpet ex hebræo: vbi habet/corripiat et arguat me. et etiã ex verbo ſequẽti impiguet:
alioqui melius dixiſſet impinguabit. ¶ Septimo verſu. in beneplacitis eorũ:ex hebręo ꝑ
malitijs eorũ. et verũ eſt malitias beneplacita eorum eſſe. et non orat propheta vt bene-
placita illa illis perdurent:ſed vt dei benignitas illos ab huiuſmodi liberet inſania. vt bo-

140 Domīe cla. 141

ni indies precātur/cum auaros vidēt/cum honoris ambitiosos/ cum voluptatibus defluos: vt miſericordia diuina illos illuminet/ & ad veram lucem reſpirare faciat. ¶Eodem ſeptimo verſu, abſorpti ſunt iuncti petrę iudices eorū: ex hebręo/ ſublati ſunt iuxta petrā iudices eorum. id de ſanctis apoſtolis ſpiritus ſancti oraculū puto: qui cum Chriſto in gloria ſunt eleuati/ qui in vniuerſo iniquitatem/ dei offenſam & tranſgreſſionem vetātes ſūt auditi. & quibus ipſa per ſe teſtata eſt veritas. in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę: ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim/iudicantes duodecim tribus Iſrael. & hi reuera duodecim abſorpti ſunt in gloria iuncti petrę eccleſię: qui eſt Chriſtus dominus ſuperbenedictus & ſuperimmenſus. In Reuchlinianis rudimentis hanc eandem particulam quam ſacer Hieronymus interpretatus eſt ſublati ſunt iuxta petram iudices eorum: author ille ita interpretatur, declinauerunt propter petram iudices eorū. quod (inquit) magiſtri quidā Hebręorū de Moiſe & Aaron iudicibus filiorum Iſrael intelligūt: qui propter petram declinauerunt a fide. ſed hic ſenſus etſi diligens & argutus/Hebræorū eſt: noſter autem ī ſpiritu/& Chriſtianorum. ¶Octauo verſu. ſicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram: Hieronymus ex hebręo/ſicut agricola cum ſcindit terrā. et hæc particula cum ſequente & non cum præcedente iungi & cohęrere intelligenda eſt. quod ex tralatione hebraica ſatis dilucet atq; in romana obſeruatur. ¶Nono verſu. diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum/quia ad te domine/domine oculi mei: in te ſperaui non auferas animam meam. ſe populus ſanctus propter cognationis affinitatem cum pereuntibus annumerat/cæteris magis condolens & compatiens q̄ ipſimet ſibiipſi compatiantur/& de ſe condoleant/et eorum diſſipationem ſuam quodammodo efficiens et reputans. attamē ne cum illis pereat ſubinde deum deprecatur: cum id non in ſua ſit poteſtate/ſed in dei beniſſima protectione/ defenſione et elargitione. ¶Vndecimo verſu. cadent in retiaculo eius peccatores/ſingulariter ſum ego donec tranſeam: aptius retiaculum ex romana et hebraica tralatione etiam ex proprietate linguę romanæ, & paulo aliter habet Hieronymus ex hebræo/ aptioremq; ſenſum: hoc pacto, incident in rete eius impij ſimul: ego autem tranſibo, ſed id perparum intelligentiæ præiudicat.

¶Intellect⁹ Dauid cū eſſet in ſpelunca oratio.

CXXXXI.

1 VOce mea ad dominum clamaui: voce mea ad deum deprecatus ſum.

2 Effundo in conſpectu eius orationem meam: tribulationem meā ante ipſum pronuncio.

3 In deficiēdo ex me ſpiritum meum: & tu cognouiſti ſemitas meas.

4 In via hac qua ambulabam: abſconderunt laqueum michi.

5 Conſyderabam ad dexteram & videbam: & non erat qui cognoſceret me.

6 Periit fuga a me: & nō eſt qui requirat animā meam.

¶Intellect⁹ Dauid cū eſſet in ſpelūca oratio.

CXXXXI.

VOce mea ad dominum clamaui: voce mea ad deum deprecatus ſum.

Effundo in conſpectu eius orationem meam: tribulationem meā ante ipſum pronuncio.

In deficiendo in me ſpiritum meum/ & tu cognouiſti ſemitas meas: in via hac qua ambulabam/ abſconderunt laqueos michi.

Conſyderabā a dextris & videbam: et non erat qui agnoſceret me.

Periit fuga a me: & nō eſt qui requirat animā meam.

¶Erudītio Dauid cū eſſet in ſpelūca oratio.

CXXXXII.

VOce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dominum deprecatus ſum.

Effundam in conſpectu ei⁹ eloquiū meum: tribulationem meā coram illo annunciabo.

Cum anxius in me fuerit ſpiritus meus: tu enī noſti ſemitam meam.

In via hac qua ambulabo: abſconderunt laqueum michi.

Reſpice ad dexterā & vide: quia non ſit qui cognoſcat me.

Periit fuga a me: & nō eſt qui requirat animā meam.

GALL.

7 Clamaui ad te domine/dixi tu es ſpes mea: portio mea in terra viuentium.
8 Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus ſum nimis.
9 Libera me a perſequentibus me: quia confortati ſunt ſuper me.
10 Educ de cuſtodia animam meam/ ad confitẽdum nomini tuo: me expectãt iuſti donec retribuas michi.

ROM.

Clamaui ad te domine/dixi tu es ſpes mea: portio mea in terra viuentium.
Intende in orationem meam:quia humiliatus ſum nimis.
Libera me a perſequẽtibus me: quoniam confortati ſunt ſuper me.
Educ de carcere aiam meam: ad cõfitendum nomini tuo domine.
Me expectant iuſti:donec retribuas michi.

HEB. 223

Clamaui ad te domine/dixi tu es ſpes mea: pars mea in terra viuentium.
Auſculta deprecationem meam:quoniã infirmatus ſum nimis.
Libera me a perſecutoribus:quoniam confortati ſunt ſuper me.
Educ de carcere aiam meam/ vt cõfiteatur nomini tuo:in me coronabuntur iuſti cum retribueris michi.

TITVLVS. Eruditio Dauid cum eſſet inſpelunca. Pſalmus/oratio Chriſti domini ad patrem. Propheta in ſpiritu inducit dominum ſecundum carnis diſpenſationem/ orantem.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Voce mea ad dominũ clamaui: voce mea ad deum deprecatus ſum.effudi clamorem meũ ad deum patrem meum: vociferatione precis meę oraui ad deum meum. Effundo in conſpectu eius orationem meã: tribulationem meam ante ipſum pronuncio. In deficiendo ex me ſpiritum meum:& tu cognouiſti ſemitas meas. expando affectum ſupplicationis meę ante conſpectum ipſius: & afflictionem meam ante ipſũ denudo.cum in me præ anxietate deficit ſpiritus meus:& tu pater quibus in mundo inceſſi noſti vias meas. In via hac qua ambulabam: abſconderunt laqueum michi. in hac ipſa obſeruatione mandatorum tuorum qua vixi:tetenderunt michi mortis inſidias. Conſyderabam ad dexteram & videbam:& non erat qui cognoſceret me.reſpiciebam in tribulatione mea inter notos & amicos & animo voluebam:& non erat qui fateretur noſſe me. Perijt fuga a me:& non eſt qui requirat animam meam.non eſt relictus ad quem poſſim confugere: non eſt qui patrocinetur/ intercedat aut precetur vt parcatur vitæ meæ. Clamaui ad te domine/dixi tu es ſpes mea: portio mea in terra viuentium. quid facerem nullum habens amicum/nullum notum/nullum conſolatorem/non habens ad quem confugerem/non habens vllum vitam michi donari rogantem/vociferaui ad te pater/ dixi tu es fiducia mea:tu es merces mea in regione viuorum. Intende ad deprecationem meam:quia humiliatus ſum nimis.accommoda exauditionis tuæ benignitatem ad precẽ meã:quia abiectus/afflictus& anxiatus ſum nimis. Libera me a perſequentibus me: quia confortati ſunt ſuper me.eripe me a tribulantibus me: quia inualuerunt ſuper me. Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iuſti donec retribuas michi.exime O pater de carcere mortis/de lacu inferni ſpiritum meum ad laudẽ nominis tui annunciandam: fideles pręſtolantur ex hoc mortis ergaſtulo egreſſum meum dũ me ſuſcites/& immortalitatis honore compenſes.

ADVERTE. Secundo verſu. tribulationem meam ante ipſum pronuncio. rectius ex hebræo:per futurum/pronunciabo.quod & effundam verbum in principio poſitum efflagitare videtur. Tertio verſu. in deficiendo ex me ſpiritum meum/ & tu cognouiſti ſemitas meas.ad conſuetudinem linguæ noſtræ rectius cõuerteretur: cum defecerit ex me ſpiritꝰ meus/& verſũ reſpicit prẽcedẽtẽ.& id ei quod in hebræo habeť/conformius.& intellige ex me: q̃tũ ex me eſt. niſi malis legere vt Hieronymus & tralatio romana habẽt/i me.

Pſalmꝰ Dauid quãdo eũ filius ſuus perſequebať. CXXXXII.

1 Domine exaudi orationem meam/

Pſalmꝰ Dauid quãdo eũ filius ſuus perſequebať. CXXXXII.

Domine exaudi orationem meam/

Canticum Dauid. CXXXXIII.

Domine exaudi orationem meam/

Psal.	GALL.	ROM.	HEB.
142 Domie ex.	auribus percipe obsecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iustitia.	auribꝰ percipe obsecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iustitia.	auscultа deprecationē meā: in veritate tua exaudi me in tua iustitia.
2	Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia nō iustificabit in cōspectu tuo omnis viuens.	Et ne intres in iudicio cum seruo tuo: quia nō iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.	Et non venias ad iudicandū cum seruo tuo: quia nō iustificabiṫi cō spectu tuo ōnis viuens.
3	Quia persecutꝰ est inimicus aiam meā: humiliauit in terra vitam meā.	Quia ꝑsecutus est inimicus aīam meā: humiliauit in terra vitā meā.	Perſecutus est inimicꝰ animā meā: confregit in terra vitā meam.
4	Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi/ & anxiatꝰ est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum.	Collocauit me ī obscuro sicut mortuos seculi/ & anxiatꝰ est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum.	Posuit me in tenebris: quasi mortuos ātiquos Et anxiꝰ fuit in me spiritus meꝰ: in medio mei solicitum fuit cor meū.
5	Memor fui dierum antiquorum / meditatꝰ sū in ōnibus operibus tuis: in factis manuū tuarum meditabar.	Memor fui dierum antiquorū/ meditatꝰ sum i omnibus operibus tuis: in factis manuū tuarum meditabar.	Recordabar dierū antiquorū/ meditabar omnia opera tua: facta manuū tuarum loquebar.
6	Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.	Expandi manus meas ad te/ anima mea sicut terra sine aqua tibi: velociter exaudi me.	Expādi manꝰ meas ad te: anima mea quasi terra sitiens ad te. Sela.
7	Velociter exaudi me dñe: defecit spūs meꝰ.	Domine defecit spiritꝰ meus/ non auertas faciē tuam a me: & ero similis descēdentibus i lacū.	Cito exaudi me dñe defecit spiritꝰ meꝰ/ ne abscondas faciē tuā a me: & cōparabor descendē tibus in lacū.
8	Nō auertas faciem tuam a me: & similis ero descendentibus in lacū.	Auditam michi fac ma ne misericordiā tuam: quia in te speraui dñe.	Fac me audire mane misericordiā tuā: quoniam in te confido.
9	Auditā fac michi mane misericordiā tuam: quia in te speraui.	Notam michi fac viam in qua ambulē: quia ad te dñe leuaui aīam meā	Notā fac michi viam ī qua ambulo: quoniam ad te leuaui aīam meā.
10	Notam fac michi viā i qua ambulē: quia ad te leuaui animam meam.	Eripe me de iimicis meis dñe ad te cōfugi/ doce me facere volūtatem tuā: quia tu es deꝰ meꝰ.	Libera me de inimicis meis/ dñe a te protectꝰ sum/ doce me vt faciam voluntatem tuam: quia tu deus meus.
11	Eripe me de iimicis meis domine ad te cōfugi/ doce me facere voluntatem tuā: quia deus meus es tu.	Spiritus tuus bonꝰ deducet me ī viam rectā: propter nomen tuū domine viuificabis me in æquitate tua.	Spiritus tuus bonꝰ deducet me in terrā rectā: propter nomen tuū domine viuificabis me in iustitia tua.
12	Spiritus tuus bonꝰ deducet me in terram rectā: propter nomen tuum domine viuificabis me in equitate tua.		

GALL.	ROM.	HEB.
13 Educes de tribulatione animam meam: & ī miſericordia tua diſpdes inimicos meos. *	Et educes de tribulatione animam meam: & in miſericordia tua diſperdes inimicos meos.	Educes de anguſtiaanimā meam: & in miſericordia tua diſſipabis inimicos meos.
14 Et perdes oēs qui tribulant animā meā: quoniam ego ſeruus tuꝰ ſum.	Et perdes oēs qui tribulāt animā meam: quoniam ſeruus tuus ego ſū.	Et pdes omnes ligantes animam meam: ego enim ſum ſeruus tuus.

TITVLVS. Pſalmus Dauid. Pſalmus/ deprecatio pœnitentis. Inducitur in ſpiritu populus ad deum reuertens.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Domine exaudi orationem meā/ auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua iuſtitia. domine ſuſcipe precem meā/ domine gratia tua & benignitate proſequere orationem meā non in mea ſed tua veritate:
2 exaudire me dignare non in mea ſed tua ęquitate. Et non intres in iudiciū cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. & non facias diſtrictum examē offenſarum ſerui tui: quia ſi vis diſtricte examinare & ſeuere iudicare/ nullus viuens in ter-
3 ra poterit iuſtificari ante te. Quia perſecutus eſt inimicus animā meam: humiliauit in terra vitam meam. & tanto minus ſi in iudicium mecum venias/ ſi diſtricte exquiras potero iuſtificari ante te/ quia malignus oppreſſit vitam meam/ non eſt in me veritas in qua poſſim audiri/ non eſt iuſtitia qua poſſim iuſtificari: malignus me proſtrauit/ deiecit in terrena
4 mētem meā. Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſęculi/ & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus: in me turbatum eſt cor meum. malignus immerſit me in tenebris peccati ſicut peccatores huius mundi qui tibi ſunt mortui/ multā ſyntereſin/ diſcerptionem mentis &
5 afflictionē ſuſtinui in me: in me turbata eſt anima mea. Memor fui dierum ātiquorū/ meditatus ſum in omnibus operibus tuis: in factis manuū tuarum meditabar. in hac anxietate mea/ animi pugna & tribulatione cordis mei recordatus ſum miſericordiarū tuarum antiquarum/ omnia facta tua in memoriam reuocaui: & opera quæ fecerunt manus tuę ſo
6 lerter indagabam. Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. miſerationibus tuis & operibus tuis conſyderatis bonitatis tuæ indicijs/ expaſſis manibus totiſq; mentis affectibus ad te leuaui mentem meam: mens mea ſicut arida terra imbrē mi-
7 ſericordię tuæ expectans/ ad te leuata eſt deus meus. Velociter exaudi me domine: defecit ſpiritus meus. ne differ/ ne protrahe diutius/ miſerere mei miſerator propicie: niſi adiues/ niſi opem feras/ nullæ vires ſupererunt animę meę. nam in me diminutę & confractę
8 iam defecerunt. Non auertas faciem tuam a me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacū. ne michi indignatus alio flectas vultum tuum: alioqui ſi me dedignaberis aſpicere aſſimila-
9 bor ijs qui in perditionem ruunt deſcenduntq; in infernū. Auditam fac michi mane miſericordiam tuam: quia in te ſperaui. O miſerator domine fac vt in hac mea recenti ad te cō uerſione/ in hac pręuia reuocantis ad te gratiæ tuæ elargitione/ audiam miſerationē tua-
10 am: quia ego confidi in te. Notam fac michi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam. fac me plene intelligere mandata & voluntates tuas ſecundum quas viuam: quia terrenis (ad quę inſtigatione malligni delectus fui) conculcatis/ ad te æternū ſūmūq;
11 bonum/ animum adieci. Eripe me de inimicis meis domine/ ad te confugi: doce me facere voluntatem tuā quia deus meus es tu. libera me a concupiſcentijs carnis & mundi/ a ſuperbia vitæ/ ab inſultibus dæmonum/ ab omnibus tuę voluntati reſiſtētibus/ tu ſolus pro-
12 tegere/ tu liberare potes/ a te ſolo ſuppetias auxiliūq; petij: inſtrue me adimplere beneplacita tua/ quia tu ſolus es conditor/ creator & reparator meus. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomē tuum domine viuificabis me in æquitate tua. gratia ſpiritus tui incommunicate & abſolute boni introducet me in regionem iuſtorū: propter verbū tuum iuſtificabis me vitamq; michi pręſtabis non in mea/ ſed in tua iuſtitia.
13 Et duces de tribulatione animam meā: & in miſericordia tua diſperdes inimicos meos. extrahes de tantis anxietatibus ſpiritum meum: & me miſeratus/ propelles & profligabis
14 hoſtes meos. Et perdes omnes qui tribulant animā meam: quoniam ego ſeruus tuus ſū. & tu miſerationis largitor domine/ in interitum dabis vniuerſas nęquitiarū poteſtates affligētes ſpiritū meū: quia ego amodo ſoli ſeruitio tuo & cultui tuo addict9 et mācipat9 ſū.

ADVERTE. Quinto verſu. in factis manuū tuarū meditabar: ex hebręo/ facta manuū tuarum loquebar. & vbi ferme meditabar/ meditatus/ & huiuſmodi habemus: ſignificari vo

Psal. 142 Domíe ex. 143

GALL. ROM. HEB.

lunt/meditatã oratiõẽ loqui/conceptum oẽm expromere & pro viribus eloqui.& idcirco passim vbi meditari habemus:exponit Hieronymus loqui. ¶ Sexto versu. anima mea sicut terra sine aqua tibi:ex hebreo/quasi terra sitiens ad te.& sic rectius dici putant.

Dauid aduersus Goliath. CXXXXIII.

1 Benedict⁹ domin⁹ deus meus qui docet manus meas ad prę liũ: & digitos meos ad bellum.

2 Misericordia mea et refugiũ meum: susceptor me⁹ & liberator meus.

3 Protector me⁹ & i ipso sperauí: qui subdis populum meum sub me.

4 Dñe quid est homo ꝙa innotuisti ei:aut fili⁹ hominis quia reputas eũ?

5 Homo vanitati similis factus est:dies eius sicut vmbra prętereunt.

6 Dñe inclina cœlos tuos & descẽde:tange mõtes & fumigabunt.

7 Fulgura coruscationem & dissipabis eos: emitte sagittas tuas & conturbabis eos.

8 Emitte manũ tuam de alto/ eripe me & libera me de aquis multis: de manu filiorũ alienorũ.

9 Quorũ os locutum est vanitatem : & dextera eorũ dextera iiquitatis.

10 Deus canticũ nouũ cãtabo tibi:i psalterio decachordo psallam tibi.

11 Qui das salutem regibus/qui redemit dauid seruum suũ : de gladio maligno eripe me.

12 Et erue me de manu filiorũ alienorũ/quorum

Dauid ad Goliam. CXXXXIII.

Benedictus dominus deus me⁹ qui docet man⁹ meas ad p̃liũ: & digitos meos ad bellum.

Misericordia mea et refugium meũ: susceptor meus & liberator me⁹.

Protector me⁹ & ī ip̃o sperauí:subijciẽs populos sub me.

Dñe quid est homo ꝙ innotuisti ei : aut filius hois qm̃ reputas eum?

Homo vanitati similis factus est:dies eius sicut vmbra prætereunt.

Dñe inclina cœlos tuos & descẽde:tãge mõtes & fumigabunt.

Coruſca coruscationes tuas & dissipabis eos: emitte sagittas tuas & conturbabis eos.

Emitte manum tuã de alto/ eripe me & libera me de aqs multis:& de manu filiorũ alienorũ.

Quorum os locutũ est vanitatẽ: & dextera eorũ dextera iniquitatis.

De⁹ cãticũ nouũ canta bo tibi:in psalterio decẽ chordarum psallã tibi.

Qui das salutem regibus/q liberas dauid seruum tuũ:de gladio maligno.

Eripe me & libera me de aquis multis : & de

Dauid. CXXXXIIII.

Benedictus dominus fortis meus q docet manus meas ad prelium: digitos meos ad bellum.

Misericordia mea et fortitudo mea : auxiliator meus &saluator meus.

Scutũ meum & in ipso sperauí: qui subiecit populos michi.

Domine q̃d est homo quia agnoscis eum:fili⁹ hois quia cõputas eũ?

Homo vanitati assimilatus est:dies eius quasi vmbra pertransiens.

Dñe inclina cœlos tuos & descende:tange montes & fumigabunt.

Mica fulmine & dissipa eos:mitte sagittã tuam & interfice illos.

Extẽde manũ tuam de excelso/libera me et erue me de aqs multis: de manu filiorũ alienorũ.

Quorũ os locutum est vanitatẽ:& dextera eorum dextera mendacij.

Deus cãticũ nouũ cantabo tibi:ī psalterio decachordo psallam tibi.

Qui dat salutem regibus:qui eruit dauid seruum suũ de gladio pessimo.

Libera me & erue me de manu filiorũ alieno-

os locutũ eſt vanitatẽ: & dextera eorũ dextera iniquitatis.

13 Quorum filij ſicut nouellæ plantationes: in iuuentute ſua.

14 Filię eorum cõpoſitę: circumornatæ vt ſimilitudo templi.

15 Promptuaria eorũ plena: eructantia ex hoc in illud.

16 Oues eorum fœtoſę abundantes in greſſibus ſuis: boues eorũ craſſæ.

17 Non eſt ruina maceriæ neq; tranſitus: neq; clamor in plateis eorum.

18 Beatum dixerũt populum cui hæc ſunt: beat⁹ populus cuius domin⁹ deus eius.

manu filiorũ alienorũ.

Quorum os locutũ eſt vanitatẽ: & dextera eorum dextera iiquitatis.

Quorum filij ſicut nouellę plantationes: ſtabiliti a iuuẽtute ſua:

Filię eorum cõpoſitæ: circũornatæ vt ſimilitudo templi.

Promptuaria eorũ plena: eructantia ex hoc in illud.

Oues eorũ fœtoſę abũdãtes in itineribus ſuis: boues eorum craſſi.

Non eſt ruina macerię neq; tranſitus: neq; clamor in plateis eorum.

Beatũ dixerũt populũ cui hæc ſunt: beatus populus cuius eſt domin⁹ deus eius.

rũ quorũ os locutũ eſt vanitatẽ: & dextera eorum dextera mendacij.

Vt ſint filij noſtri quaſi plãtatio creſcẽs: in adoleſcẽtia ſua.

Filię noſtrę quaſi anguli ornati: ad ſimilitudinem templi.

Promptuaria noſtra plena: & ſupereffundentia ex hoc in illud.

Pecora noſtra i milib⁹: et inumerabilia i cõpitis noſtris.

Tauri noſtri pingues/ non eſt interruptio & nõ eſt egreſſus: & non eſt vlulatus in plateis noſtris.

Beatus populus cuius talia ſunt: beatus populus cuius dominus de⁹ ſuus.

TITVLVS Dauid. Pſalmus/ laus & deprecatio ſynagogæ. Inducitur ſynagoge fidelis populus.

EXPOSITIO CONTINVA. Benedictus dominus deus meus qui docet manus meas
1 ad prelium: & digitos meos ad bellum. glorificetur poſſeſſor & conditor meus qui inſtruit
2 opera mea ad vincendum malignum: & diſcretionem animę meæ ad ſuperandũ eius inſultum. Miſericordia mea & refugium meũ: ſuſceptor meus & liberator meus. benedictus
3 dominus deus meus/ qui mei miſeretur/ qui eſt confugium meum: qui auxiliatur michi & ab inimicis meis liberat me. Protector meus & in ipſo ſperaui: qui ſubdis populum meũ
4 ſub me. benedictus dominus deus meus qui protegit me/ in quo ego ſpem meam coniecꝰ: qui directioni obſequentem & legi parentem facit plebem meam ſub me. Domine quid eſt homo quia innotuiſti ei: aut filius hominis quia reputas eum? O conditor æterne/ quid eſt humanum genus q̃ voluiſti ipſum notitiam tui habere: aut ſecundus Adam abs te ex almæ virginis terra puriſſimaq; ſubſtantia plaſmatus/ q̃ voluiſti eũ tantifacere/ tanta glo
5 ria & honore ſublimare? Homo vanitati ſimilis factus eſt: dies ei⁹ ſicut vmbra prętereũt. humanũ genus corruptioni addictum eſt/ rei cõparatũ euanide: tempus huius ſuę tranſi-
6 toriæ vitæ elabitur & diffugit inſtar vmbrę. Domine inclina cœlos tuos & deſcende: tange montes & fumigabunt. deſyderate gentibus ſubmitte cœleſtes tuos deſcenſus & in terrã illabere: percute ſuperbias malignorũ qui mundo præſũt in tyrãnide/ & fac eos vt fu
7 mũ euaneſcere. Fulgura coruſcationẽ & diſſipabis eos: emitte ſagittas tuas & conturbabis eos. O dñator dñe eubra claritatem doctrinę tuę & elide eos: mitte apoſtolos/ diſcipu-
8 los & bellatores tuos/ & cõfũdes eos. Emitte manũ tuã de alto/ eripe me & libera me de aqs multis: de manu filiorũ alienorũ. mitte ad nos verbũ tuũ de dextera tua/ filiũ de ſinu tuo/ libera & exime me de tãto calamitatis cumulo: & de poteſtate gñatiõis alienatę a te.
9 Quorũ os locutũ eſt vanitatẽ: & dextera eorũ dextera iniquitatis. qui filij perditiõis & a te alienati ſola vana loq didicerũt: & oẽs vires ſuas/ et ꝓſperitatẽ oẽm ad iiqtatẽ cõuerte

rũt: D eus canticũ nouũ cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi. domine inclina cœlos tuos & descende/ emitte manum tuam de alto/ & cõcinam tibi nouam laudem: & cum cantico illo nouo/ veteri decalogi laude collaudabo te. Q ui das salutem regibus/ qui redemit Dauid seruum suum: de gladio maligno eripe me. E t erue me de manu filiorũ alienorum quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis. tu es ille qui saluat principes constitutos super vniuersam terram: tu es ille qui eruit messiã famulum suum de framea inimici. libera & salua me de potestate gentium quæ sermones agitant de vanitate idolorum suorum: & quæ quicquid prosperitatis/ quicquid gratię illis elargiris/ ad impietatem & iniquitatem conuertunt. Q uorum filij sicut nouellæ plantationes: in iuuentute sua. ad impietatem conuertunt/ & nichilominus das eis tantam fœcunditatem vt liberi eorum assimilentur nouellæ plantationi: crescenti in ætate tenella. F ilię eorum compositæ: circũornatæ vt similitudo templi. adolescentulæ eorum comptę: decoratę ad similitudinem delubri. P romptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud. penuaria eorum referta: præ copia ex vno in aliud erumpentia. O ues eorum fœtosę abũdantes in gressibus suis: boues eorum crassę. pecudes eorum prolificæ crebrescẽtes in vijs suis: armenta eorum pinguia. N on est ruina macerię/ neq; transitus: neq; clamor in plateis eorum. non est demolitio muri/ neq; interrupturę perusus locus: neq; eiulatio in vicis eorum. B eatum dixerunt populum cui hæc sunt: beatus populus cuius dominus deus eius. fœlicem gentem illam crediderunt cui tanta essent prospera/ sed aberrant: fœlicem solum illum populum dicimus qui dominatorem omnium habet deum suum.

ADVERTE. Tertio versu. Qui subdis populũ meũ sub me. melius subdit in tertia pſona. ex hebræo: qui subiecit populos michi. & quod græce habetur. ὑποτάσσων τὸν λαόν μου ὑπ' ἐμέ. melius subiugans siue qui subiugat populum meum sub me q̃ per secundam personam qui subiugas. adde cætera præcedentia fuisse tertiæ personæ: quę relatiuum respicere/ ei qui rationem linguæ habet nequaq̃ dubium est. ¶ Vndecimo versu. Q ui das salutem regibus: ex hebræo Hieronymus qui dat. qui sermo tolerabilis inuenitur: cũ antecedens particula tertiæ personæ subauditur. ac si dicas tu es ille qui dat salutem regib⁹/ qui redemit Dauid seruum suum. Et sic in quibusdam exemplaribus ex hebręo reperitur/ at nunc passim legunt qui redemisti. & ex græco τῷ διδόντι σωτηρίαν τοῖς βασιλεῦσι. τῷ λυτρουμένῳ Δαβὶδ τὸν δοῦλον αὐτοῦ. legendum esset danti salutem regibus/ redimenti Dauid seruum suum. Aut vtrobiq; per secundam personam: qui das salutem regibus/ qui redimis Dauid seruum tuum. respicit id/ tibi superioris versus. et hic sermo videtur melior vt amodo legamus. Qui das salutem regibus/ qui redimis Dauid seruum tuum. ¶ Eodem vndecimo versu. qui redemit Dauid seruum suum de gladio maligno. distinctionis punctus: post maligno/ est faciendus. & eripe & erue me simul iungenda. quod dilucide cognoscitur ex hebræo. ¶ A tertiodecimo versu in finem psalmi: ex hebręo alia ab ijs quæ exposita sunt habetur intelligentia. nam in septuaginta & in tralatione nostra: cuncta dici videntur de liberis & reliqua fœlicitate filiorum alienorum. In hebręo autem non de illis: sed de filijs Hebræorum. quod & Paulus sentit Hebræus: et hæc in bonam partem & de bene prosperantibus & vere beato populo dici. sed non ideo beato q; illis abundet/ & illa tantaq; possideat: sed hac de causa beato quia dominus est deus eiꝰ. ¶ Quod tertiodecimo versui nostro respondet in hebræo: vt sint filij nostri quasi plantatio crescens. intellige hoc iungi ad id quod præcessit/ libera me & erue me de manu filiorum alienorum. & quamobrem id petat: subiungit/ vt sint filij nostri quasi plantatio crescens in adolescentia sua/ & reliqua quę sequũtur. ¶ Quartodecimo versu. filiæ eorum cõpositæ: circũornatę vt similitudo templi. nõ debes/ exponendo id quod illi respondet in hebræo: exponere vt similitudo templi/ id est statua templi. nam hoc filijs alienorũ conuenit non Hebręis: qui statuas in suis templis non admittebant. sed optat propheta: vt filiæ Hebræorum ornatę sint ad similitudinem templi/ cuius totus ornatus in interioribus est. & omnis gloria filiæ regis intrinsecus: vt alibi quoq; dictum est. nisi dicere malis: ad similitudinem anguli templi. nã angulus templi: lapis ille mirificus est/ quẽ reprobauerũt ædificãtes/ & factus est in caput anguli. sic optare filios synagogæ ornari: est eorum optare ornamẽtũ ad imitationẽ Christi dñi. qui nos sic se imitari cõcedat: vt de nobis hoc vere audire mereamur oraculum. beatus populus cuius dominus deus eius. qui a nobis & cunctis generationibus: benedictus/ exaltat⁹ & magnificatus sit in sempiternũ. ¶ Sextodecimo versu. oues eorũ fœtosę abundantes in gressibus suis: legẽdũ ex græco in egressibus πληθύουσα ἐν ταῖς ἐξόδοις abundantes in exitibus/ & ex hebræo in compitis.

GALL.

¶ Laudatio ipsi Dauid CXXXXIIII.

1 EXaltabo te deus meus rex & benedicã nomini sãcto tuo in sęculum:& in sæculũ sæculi.

2 Per singulos dies benedicam tibi: & laudabo nomen tuum in sęculũ & in sæculum sæculi.

3 Magnus dominus et laudabilis nimis: et magnitudinis eius non est finis.

4 Generatio & generatio laudabit opera tua: & potentiam tuam pronunciabunt.

5 Magnificẽtiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur:et mirabilia tua narrabunt.

6 Et virtutem terribiliũ tuorum dicent: & magnitudinem tuam narrabunt.

7 Memoriam abundantiæ suauitatis tuę eructabunt: & iustitia tua exultabunt.

8 Miserator et misericors dominus:patiẽs & multum misericors.

9 Suauis dominus vniuersis: & miserationes eius super omnia opera eius.

10 Confiteantur tibi domine omnia opera tua: & sancti tui benedicant tibi.

11 Gloriã regni tui dicẽt: & potentiam tuam loquentur.

ROM.

¶ Laudatio ipsi Dauid CXXXXIIII.

EXaltabo te deus rex meus & benedicam nomen tuum in eternum:& in sæculum sæculi.

Per singulos dies benedicam te:& laudabo nomen tuum in æternum & in sęculum sęculi.

Magnus dominus et laudabilis nimis: et magnitudinis eius non est finis.

Generatio & generatio laudabũt opera tua: & potẽtiam tuam pronunciabunt.

Magnificentiam maiestatis tuę & sãctitatem tuam loquentur: et mirabilia tua narrabunt.

Virtutem terribiliũ tuorum dicent:& magnitudinem tuã narrabũt.

Memoriam abundantię suauitatis tuę eructabunt: & iustitia tua exultabunt.

Misericors et miserator dominus: patiẽs et multum misericors.

Suauis est dominus vniuersis: et miseratiões eius super omnia opera eius.

Confiteantur tibi domine omnia opera tua: et sancti tui benedicent tibi.

Gloriam regni tui dicent: et potentiam tuã loquentur.

HEB.

¶ Hymnus Dauid. CXXXXV. Aleph.

EXaltabo te deus meus rex:et benedicam nomini tuo in æternum et vltra.

Beth. In omni die benedicã tibi: et laudabo nomen tuum in sempiternum iugiter.

Gimel. Magnus deus et laudabilis nimis: & magnificentię eius non est inuestigatio.

Daleth. Generatio ad generationem laudabit opera tua: et fortitudines tuas annunciabunt.

He. Decorẽ glorię magnitudinis tuę:et verba mirabilium tuorũ loquar.

Vau. Et fortitudinem horribilium tuorum loquentur: et magnitudies tuas narrabunt.

Zai. Memoriam multæ bonitatis tuę loquentur:et iustitias tuas laudabũt.

Heth. Clemens et misericors dominus:patiẽs et multæ miserationis.

Teth: Bonus dominus omnibus: et misericordiæ eius in vniuersa opera eius.

Ioth. Confiteantur tibi domine omnia opera tua: et sancti tui benedicant tibi.

Caph. Gloriam regni tui dicent: et fortitudines tuas loquentur.

Lamed.

Psal.	GALL.	ROM.	HEB.
144 12 Exaltabo.	Vt notam faciant filijs hominum potentiã tuam: & gloriam magnificentiæ regni tui.	Vt notam faciant filijs hominum potentiã tuam: & gloriã magnificẽtię regni tui.	Vt ostendant filijs hominum fortitudines tuas: & gloriã decoris regni eius. Mem.
13	Regnum tuum regnũ omnium ſęculorum: & dominatio tua in omni generatione & generatione.	Regnum tuum domine regnum omnium ſęculorum: & dominatio tua in omni generatione & progenie.	Regnum tuum regnũ omnium sæculorum: & potestas tua in ōni generatione & generationem.
14	Fidelis dominus in omnibus verbis ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis.	Fidelis domin⁹ in verbis ſuis: & ſanct⁹ in omnibus operibus ſuis.	Samech. Sustentat dominus omnes corruentes: et erigit omnes iacentes. Ain.
15	Alleuat dominus omnes qui corruunt: & erigit omnes eliſos.	Alleuat dominus omnes qui corruunt: & erigit omnes eliſos.	Oculi omniũ in te ſperant: et tu das eis eſcas ſuas in tẽpore ſuo. Phe.
16	Oculi omniũ in te ſperant: & tu das eſcã illorũ in tẽpore oportuno.	Oculi ōniũ in te ſperãt domine: & tu das eſcã illis in tẽpore oportuno	Aperis manus tuas: et imples ōne animal refectione. Sade.
17	Aperis tu manum tuam: & imples omne animal benedictione.	Aperis tu manum tuam: & imples omne animal benedictione.	Iustus dominus in omnibus vijs ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Coph.
18	Iuſtus dominus in omnibus vijs ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis.	Iuſtus dominus in vijs ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis.	Iuxta eſt dominus omnibus qui inuocant illũ: omnibus qui inuocant illum in veritate. Res.
19	Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eũ: ōnibus inuocãtib⁹ eum in veritate.	Prope eſt dominus omnibus: inuocantibus eũ in veritate.	Placitum timentiũ ſe faciet: et clamorem eorum audiet et ſaluabit eos. Sin.
20	Voluntatem timẽtium ſe faciet/ & deprecationem eorum exaudiet: et ſaluos faciet eos.	Voluntatem timẽtium ſe faciet/ & oratiões eorum exaudiet: & ſaluos faciet eos.	Custodit dominus omnes diligentes ſe: et vniuerſos impios conteret. Thau.
21	Cuſtodit dominus omnes diligentes ſe: et omnes peccatores diſperdet.	Cuſtodit domin⁹ omnes diligentes ſe: & omnes peccatores diſperdet.	Laudẽ domini loquetur os meum/ et benedicet omnis caro nomini ſancto eius: in ęternum et iugiter.
22	Laudationem domini loquetur os meũ/ & benedicat omnis caro nomini ſancto eius: in ſæculum & in ſæculum ſæculi.	Laudem domini loquetur os meum & benedicat omnis caro nomen ſanctum eius: in ęternum & in ſæculum ſæculi.	

TITVLVS. Hymnus Dauid. Pſalmus laus dei & Chriſti eius regis ęterni. Propheta in

ſua & plorum loquitur perſona.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Exaltabo te deus meus rex/& benedicam nomini ſãcto tuo
in ſæculum:& in ſæculum ſæculi. glorificabo te conditor meus vniuerſorum gubernator:
2 ſanctificabo nomen tuum in ſempiternum & in æuum interminum. Per ſingulos dies be-
nedicam tibi:& laudabo nomen tuum in ſæculum & in ſæculum ſæculi. nulla dies effugi-
et abſq; benedictione tui: prorumpam in laudem nominis tui & in perpetuum in peren-
3 nitatem æui interminj. Magnus dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non
eſt finis. immenſus dominus & laude incompræhenſibilis: & immẽſitatis eius nullus mo-
4 dus/nullus terminus nulluſq; finis. Generatio & generatio laudabit opera tua:& poten-
tiam tuam pronunciabunt. omnis populus & naturę & legis & gratiæ magnipendent fa-
5 cta tua:& virtutem tuam manifeſtabunt. Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquen-
tur:& mirabilia tua narrabunt. mirificam pulchritudnem claritatis tuæ effabuntur:& ope-
6 ra tua admirabilitate plena recenſebunt. Et virtutem terribilium tuorum dicẽt:& magni-
tudinem tuam narrabunt.& fortitudinem terrificarum vltionũ tuarum aperient: & immẽ
7 ſitatem tuam reſerabunt. Memoriã abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt: & iuſtitia tua
exultabunt. in recordationem multitudinis propiciationis tuæ enarrandæ prorumpent:et
8 iuſtitiam tuam cum exultatione laudabunt. Miſerator & miſericors dominus:patiens &
multum miſericors. propicius & clemens deus noſter:ad vindictam tardus/ & multus ad
9 ignoſcendum. Suauis dominus vniuerſis: & miſerationes eius ſuper omnia opera eius.
dulcis & benignus deus noſter generationibus cunctis: & miſericordiæ eius in cunctis o-
10 perationibus eius. Confiteantur tibi domine omnia opera tua:& ſancti tui benedicant ti-
bi. laudent te creator ęterne vniuerſę creaturę tuę: puri/mundi & incoinquinati glorificẽt
11 te. Gloriam regni tui dicent:& potentiam tuam loquentur. ſancti tui magnificentiam cœ
12 leſtis glorię tuæ aperient:& omnipotentiã tuam euangelizabunt. Vt notam faciant filijs
hominum potentiam tuam:& gloriam magnificentię regni tui. id facient vt generationi-
bus populorum cognitam efficiant omnium tibi collatã poteſtatem: & ſplendorẽ magni-
13 ficentię cœleſtis regni tui. Regnum tuum regnum omniũ ſæculorum:& dominatio tua in
omni generatiõe & generatione. regnum tuum domine regnum quod non corrumpetur:
14 & poteſtas tua poteſtas æterna quæ non auferetur. Fidelis dominus in omnib9 verbis ſu-
is:& ſanctus in õnibus operibus ſuis. verax dominus in cunctis promiſſionibus ſuis: atq;
15 purus/ſanctus & incontaminatus in cunctis operationibus ſuis. Alleuat dominus omnes
qui corruunt:& erigit omnes eliſos. ſuſtentationi & auxilio adeſt dominus cunctis qui in-
16 curuantur ad labendum: & cunctos exuſcitat proſtratos. Oculi omnium in te ſperãt do-
mine:& tu das eſcam illorũ in tempore oportuno. inſtinctu ſuo vniuerſa in te feruntur do
17 mine & prouides illis:tu paſcis illa pro temporis oportunitate. Aperis tu manum tuã:&
imples omne animal benedictione. diſpenſas prouidentiam tuam:& reficis animantẽ om
18 nem benedictionis tuę refectione. Iuſtus dominus in omnibus vijs ſuis:& ſanctus in om-
nibus operibus ſuis. omnia mandata domini iuſta ſunt & æternæ æquitati nixa: & omnia
19 opera domini vt ab eo prodeunt ſancta/munda & incoinquinata. Prope eſt dominus om
nibus inuocantibus eum: omnibus inuocãtibus eum in veritate. cominus eſt deus noſter
20 cunctis requirentibus eum non ficta & fallaci/ſed pura veraciq; mente. Voluntatem timẽ
tium ſe faciet/& deprecationem eorum exaudiet:& ſaluos faciet eos. deſyderia ſanctũ ei9
timorem habentium adimplebit/ & precem eorum ſuſcipiet: & ad æternitatem vitæ eos
21 tandem perducet. Cuſtodit dominus omnes diligẽtes ſe: & omnes peccatores diſperdet.
ſolicite ſeruat ac protegit dominus amore ſui feruentes:& contra/ vniuerſos tranſgreſſo-
res/ipſum in veritate non inuocantes/neq; diligentes/neq; timentes in æternum interitũ
22 mittet. Laudationem domini loquetur os meum/ & benedicat omnis caro nomini ſan-
cto eius: in ſæculum & in ſæculum ſæculi. hanc laudem dei mei ore meo pronunciabo:
& glorificet vniuerſa hominum cognatio verbum ſanctum eius: in ſempiternum/ & in
æuum finis terminiq; neſcium.

ADVERTE. Quarto verſu. generatio & generatio laudabit opera tua. melior ſermo: lau-
dabunt. ſic enim Hieronymus in ea pſalterij littera/ cui expoſitionem ſuam adiunxit/ &
non deterior intelligentia. & idipſum ſequens particula et potentiam tuam pronunciabũt
poſcere videtur/atq; ſubinde ſequentes verſus qui verbo plurali exprimuntur:et hoc eti-
am modo pſalmodia canit romana. ¶ Sextodecimo verſu. et tu das eſcam illorum. legen-
dum eſt illis: et ex romana tralatione quæ habet et tu das eſcam illis/et hebraica quę ha-
bet et tu das eis eſcas. et ita intelligentia promptior:et ſermo accommodatior.

Psal. 145 Lauda aīa.

GALL.

HALELV IA aggei & Zachariæ.

CXXXXV.

1 LAuda aīa mea dominum/ laudabo dn̄m in vita mea: psallā deo meo q̄diu fuero.

2 Nolite confidere in prīcipibus: in filijs hominū in q̄bus nō est sal⁹.

3 Exibit spiritus eius & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt oēs cogitatiōes eorum.

4 Beatus cuius deus iacob adiutor ei⁹/ spes ei⁹ in domino deo ipsi⁹ qui fecit cœlū & terrā: mare & omnia quæ in eis sunt.

5 Qui custodit veritatem in sæculum/ facit iudicium iniuriā patientibus: dat escam esurientibus.

6 Dominus soluit cōpeditos: domin⁹ illuminat cæcos.

7 Dominus erigit elisos: dominus diligit iustos.

8 Dominus custodit aduenas/ pupillum & viduā suscipiet: & viā peccatorum disperdet.

9 Regnabit dn̄s in sæcula/ deus tuus sion: in generationē & gn̄ationē.

ROM.

HALELV IA.

CXXXXV.

LAuda aīa mea dominū/ laudabo dominū in vita mea: psallam deo meo q̄diu ero.

Nolite confidere in prīcipibus: in filijs hominū in quib⁹ nō est sal⁹.

Exibit spirit⁹ eius & reuertetur in terram suā: in illa die peribunt omnes cogitationes eorū.

Beatus cui⁹ deus iacob adiutor eius: spes eius in domino deo ipsius.

Qui fecit cœlum & terrā: mare & omnia quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatē in sęculum/ facit iudiciū iniuriam patiētib⁹: dat escam esurientibus

Dominus erigit allisos dominus soluit compeditos/ dominus illuminat cæcos: dominus diligit iustos.

Dominus custodit aduenā/ pupillum & viduam suscipiet: & viā peccatorum exterminabit.

Regnabit dominus in æternum/ deus tuus sion: in sęculum sæculi.

HEB.

HALELV IA.

CXXXXVI.

LAuda aīa mea dominum / laudabo dominū in vita mea: cātabo deo meo q̄diu sū.

Nolite confidere in prīcipibus: in filio hominis cui non est salus.

Egredietur spiritus ei⁹ & reuertetur in humū suam: in die illa peribūt cogitationes eius.

Beatus cui⁹ deus iacob auxiliator eius: spes ei⁹ in domino deo suo.

Qui fecit cœlos & terram: mare & ōnia quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatē in sēpiternū/ qui facit iudiciū calūniā sustinētib⁹: & dat panē esurientib⁹.

Domin⁹ soluit vinctos dominus illuminat cæcos/ dominus erigit allisos: dominus diligit iustos.

Dominus custodit aduenas / pupillum & viduam suscipiet: & viā impiorum conteret.

Regnabit dn̄s in ęternū deus tuus sion: in generationē & generationē.

TITVLVS. HALELV IA. Psalmus/ laus diuina. Propheta in sua et cuiusq; fidelis loquitur persona.

EXPOSITIO CONTINVA. Lauda anima mea dominū/ laudabo dominū in vita mea: psallam deo meo q̄diu fuero. exalta et glorifica O spiritus meus deum tuum/ exaltabo deū meum q̄diu viuā: canam laudes conditori meo q̄diu subsistitero. 1

Nolite confidere in principibus: in filijs hominum in quibus non est salus. spem vestram in domino ponite/ et nolite eam ponere in sęculi potentibus: neq; in quibuuis carnalium hominum nec se necalios saluare valentium. 2

Exibit spiritus eius et reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. cuiusq; talium emigrabit anima a corpore et quisq; eiusmodi resoluetur in puluerem suum: in eo ipso resolutionis suæ tempore irriti cadent vniuersi cogitatus eorū. 3

Beatus cuius deus Iacob adiutor eius/ spes eius in domino deo ipsi- 4

us/qui fecit cœlum & terrã:mare & omnia quæ in eis sunt.fœlix ille cui deus Iacob auxi-
liator:cuius spes nõ in principibus/non in vano cuiusuis hominum præsidio/sed in domi-
5 natore & conditore suo/ factore cœli & terræ: maris & omnium in eis contentorum. Qui
custodit veritatem in sæculum/facit iudicium/ iniuriam patientibus: dat escam esurienti-
bus.beatus inquam ille homo qui confidit in deo suo/ non solum conditore omnium sed
& qui in sempiternum promissiones suas fideliter implet/qui vltor est & iustus iudex iniu-
ste oppressorum: qui ministrat & prouidet quibus oportet animæ & corporis verum ali-
6 mentum. Dominus soluit compeditos:dominus illuminat cæcos.non principes/non filij
hominum/ sed solus deus est qui eripit nobis vincula dæmonum:non principes/non filij
7 hominum/sed solus dominus est qui aperit oculos cæcorum. Dominus erigit elisos: do-
minus diligit iustos.dominus est qui contractis & claudis restituit gressum: domin⁹ ama-
8 tor est beneficus/ beneuolus atq; inhabitator iuste viuentium. Dominus custodit adue-
nas/ pupillum & viduam suscipiet:& vias peccatorum disperdet.dominus est/non prin-
cipes/non filij hominum/qui solicitudinem & curam gerit peregrinorum/domin⁹ orpha-
norum parentibusq; orbatorum/ & a viro ac omni vitæ solatio relictarum curam geret: &
9 sceleratos mores sceleratasq; flagitiosorum vitę instituta ad nichilũ rediget. Regnabit do
minus in sæcula/deus tuus sion: in generationẽ & generationem. O contio sancta fide-
lium dominator & creator tuus reget te in sempiternum: & in hac mortali peregrinatio-
ne/& in alterius sæculi æterna fœlicitate.

ADVERTE.Secundo versu.nolite confidere in principibus/ in filijs hominum in quib⁹
non est salus:Hieronymus ex hebręo/nolite cõfidere in principibus/ in filio hominis cui
non est salus.vbi filio hominis non (vt psalmo octauo)in excellentem significationem ca-
pitur sed in communem/pro communi carnaliq; homine/ atq; (vt sic dixerim) pro choi-
co animaliq; & terreno.quod innuit adiecta particula:cui non est salus.& sequens qui cõ-
tinenter adiungitur versus: egredietur spiritus eius & reuertetur in terram suam. de quo
eni alio q̃ de choico/terreno & animali dictũ est: cinis es & in cinerem reuerteris? Malu-
erunt tamen interpretes ne nos luderent æquiuoco:pluratiue dicere in filijs hominũ/eun
dem seruantes intellectum.verum tunc sequenti versu/ exibit spiritus eorum erat dicen-
dum.quandoquidem numero antecedentis mutato:par erat & relatiuum mutari. item &
verbum reuertetur in plurale reuertentur mutandum.quod & de relatiuo in ipso secundo
versu obseruarunt: cum dixerunt in quibus non est salus. & item in tertio: peribunt om-
nes cogitationes eorum.verum præpositio in:& ex hebræo & græco superflua est.ex he-
bræo:cui non est salus.ex græco, ὁτῳ οὐκ ἔστι σωτηρία quibus non est salus. Et propter
duplicem hãc filij hominis acceptionem nobilem & ignobilem/ spiritualem & terrenam:
si singulariter legendum/potius ita legendum esset/ nolite confidere in principibus: in fi-
lio hominum cui non est salus/q̃ hominis.nam Christus dominus:non hominum/ sed ho
minis filius dicitur.aliorum autem quilibet(excipio protoplastos)non tam hominis q̃ ho
minum filius est.quem enim alium natum nisi ex hominibus patreq; & matre prẽter do-
minum dicemus? aut omnino legendum vt septuaginta tradiderunt interpretes: paulisp
tertio versu adiuto/hoc pacto.nolite confidere in principibus/in filijs hominũ quibus nõ
est salus.exibit spiritus eorum & reuertentur in terrã suam/in illa die peribunt omnes co-
gitationes eorum.& id in filijs hominum:explicare videtur in principibus.acsi dicat:no-
lite confidere in principibus id est in filijs hominum/quibus non est salus/qui seipsos sal
uare non possunt.quo pacto igit̃ vos saluabunt? q̃ si saluare neq; se neq; vos possunt:quo-
nam pacto confiditis in eis? Sed dicet forsitan quispiam: Hieronymus tertio versu habet
reuertetur & omnes tralationes reuertetur.quare minime mutandus in hoc verbo nume
rus erit. Repondebimus/ qua ratione interpretes numerum subiectæ partis mutarunt:
eadem quoq; lege & numerum verbi mutare debuerunt. nam filijs hominum dixerunt:
vbi singulariter filio reppererunt. quo iure igitur verbum numeri singularis manere de-
buit/acsi filio reliquissent? apte enim dicitur filius hominum reuertetur in terram suam:
sed non apte filij hominum reuertetur in terram suam. quod non ignorat ne lixa quidem
grammaticorũ.Sed persistes fortasse ac instabis:reuertetur/rem subiectam non habere fi-
lij hominum/ verum singulare spiritus.Sed nunquid ego Epicureus aut Saduceus aliqs
sũ qui id tibi tribuam? deus meliora velit.Et quis tũc(obsecro)ali⁹ dabitur intellect⁹ q̃ qui
ab ipsis et iã ad tribunal dei ęterno ignis supplicio adiudicata turba/ tradit⁹ est? spũs eo-
rũ reuertet̃/difflabit̃/ dissipabitur in terrã suã/ gratiæ sũmo spirituũ cõditori:qui me hoc sẽ
per magis q̃ calcare serpentẽ exhorrere docuit et adiuuit.nã q sic cupit morte finire:mor-

145 Lauda aīa. 146

tem inuenit sine mortis fine, veruntamen & nos id vltrò sic contendenti concedemus: spiritum nostrum exire de corpore nostro/quo deus ipse iusserit aut ad loca tranquillę lucis/ aut ad loca tenebrosa pœnarum. qꝙ idem spiritus in nouissimo die reuertetur in terrā suam/in proprium corpus suum tametsi in omnibus mundi climatibus difflatum/in momẽto/in ictu oculi colligentibus angelis & diuino quo creata sunt vniuersa/ mādante spiritu. & tunc cunctis astantibus ante districti iudicis tremendum & ineluctabile suggestum: perlibunt omnes impiorum cogitationes/quas de deo & Christo eius/ de immortalitate spiritus/ de fœlicitate aut infœlicitate vitę habuerunt. quem sensum si volunt: non magnopere reluctari voluerim/singulariter etiam in tralatione nostra legendum/reuertetur/& si id fere cunctis aduersetur interpretibus sentiantqꝫ omnes (eum qui prius positus est) eruendum esse sensum. sed de his hactenus.

CHALELV IA. CXXXXVI.

1 LAudate dominũ quoniam bonꝰ est psalmus: deo nostro sit iocunda decoraqꝫ laudatio.

2 Ædificans hierusalem dominus: dispersiones israelis cõgregabit.

3 Qui sanat cõtritos corde: & alligat contritiões eorum.

4 Qui numerat multitudinem stellarum: & omnibꝰ eis nomina vocãs.

5 Magnus dominus noster & magna virtꝰ eiꝰ: & sapientiæ eius nõ est numerus.

6 Suscipiẽs mãsuetos dominꝰ: humiliãs aũt peccatores vsqꝫ ad terram.

7 Præcinite domino ī cõfessione: psallite deo nostro in cithara.

8 Qui opit celũ nubibꝰ: & parat terræ pluuiã.

9 Qui producit in montibus fœnum: & herbã seruituti hominum.

10 Qui dat iumentis escã ipsorũ: & pullis coruorum inuocantibus eũ.

11 Nõ in fortitudine equi volũtatem habebit: nec

CHALELV IA. CXXXXVI.

LAudate dominũ quoniam bonꝰ est psalmus: deo nostro iocunda sit laudatio.

Ædificans hierusalem dominus: & dispersiones israel congregans.

Qui sanat cõtritos corde: & alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum: & omnibꝰ eis nomina vocat.

Magnus dominus noster & magna virtꝰ eiꝰ: & sapiẽtiæ eius non est numerus.

Suscipiens mansuetos dñs: humiliat autẽ peccatores vsqꝫ ad terram.

Præcinite domino ī cõfessione: psallite deo nostro in cithara.

Qui opit cœlũ nubibꝰ: & parat terrę pluuiam.

Qui producit in mõtibus fœnum: & herbam seruituti hominum.

Qui dat iumẽtis escam ipsorũ: & pullis coruorum inuocãtibus eum.

Non in viribus equi voluntatem habebit: neqꝫ

CHALELV IA. CXXXXVII.

LAudate dominũ quoniã bonũ est/ cãticum dei nostri quoniam decorum est: pulchra laudatio.

Ædificabit hierusalem dominus: eiectos israel congregabit.

Qui sanat cõtritos corde: & alligat plagas eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum: & omnes nomine suo vocat.

Magnus dominus noster & multus formidine: & prudẽtiæ eius nõ est numerus.

Suscipiens mansuetos dominus: humiliãs impios vsqꝫ ad terram.

Canite domino in confessione: canite deo nostro in cithara.

Qui operit cœlum nubibus/ & præbet terræ pluuiam: & oriri facit i montibus germen.

Qui dat iumentis panem suũ: filijs corui clamantibus.

Non est in fortitudine equi voluntas eius: neqꝫ

GALL.	ROM.	HEB.
in tibijs viri beneplacitum erit ei.	in tabernaculis viri beneplacitum est ei.	in tibijs viri placetur ei.
12 Beneplacitum est domino super timētes eū: & in eis qui sperant super misericordia eius.	Beneplacitum est domino super timētes eū: & in eos qui sperant in misericordia eius.	Placetur dño in ijs qui timēt eum: & expectāt misericordiam eius.

TITVLVS.HALELV IA.Psalmus/continuata laus.Propheta in spiritu loquitur.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Laudate dominum quoniā bonus est psalmus:deo nostro sit iocunda decoraq; laudatio. habitatores sion exaltate & glorificate dominatorē omniū/ quoniā ipsum laudare/exaltare & glorificare bonū est:conditori & redemptori nostro ac-
2 cepta sit & beneplacens nostræ laudis exhibitio. Aedificans Hierusalē dominus: dispersiones Israelis cōgregabit.habitationem supernæ pacis/sanctā animarum ciuitatē construens cunctorū opifex æternus:exilia populi eum cognoscere gliscentis/in illam adunabit.
3 Qui sanat contritos corde:& alligat cōtritiones eorū.dñs deus noster est/qui medetur dolentibus animo/ pœnitentiaq; maleactorū ductis:& vniuersas scelerū eorum contusiones
4 solidat. Qui numerat multitudinem stellarum:& omnibus eis nomina vocat.dñs deꝰ noster est/qui nouit numerum æternam hæreditatē accepturorū ad similitudinem syderū claritate;& claritate differentium:& omnes in libro vitæ scriptos ex nominibus vocat/prædif
5 finit/prædestinat/accersit & ad se appellat. Magnus dominus noster & magna virtus eiꝰ: & sapientiæ eius non est numerus. late imperans/ & diffundens imperiū conditor noster
6 & immensa omnipotentia eius: & incōpræhensibilis præscientia & sapientia eius. Suscipiens mansuetos dominus:humilians autē peccatores vsq; ad terrā.dominꝰ deus noster est ad se in cœlestia regna pacificos/ mites & humiles eleuans: peruersos autē & iniquos
7 ad profunda vsq; abyssi deturbans. Præcinite domino in cōfessione:psallite deo nostro in cithara.anticipate dominum in gratiarum actione & beneficiorū eius recognitione:canite domino conditori & creatori nostro in concordi mandatorū suorum obseruantia/in tri-
8 sagię beatitudinis oda. Qui operit cœlum nubibus:& parat terræ pluuiam.canite deo nostro/qui contegit ecclesiā fœcundis pastoribus:& eis qui terreno adhuc sunt affectu/ad spi
9 ritualem sanctimoniam suggerit doctrinam. Qui producit in montibus fœnum: & herbam seruituti hominū.canite deo nostro/qui principibus populi sui immittit ad seipsos re-
10 gendos sensum:& prudentiam ad pascendū populum suum. Qui dat iumentis escā ipsorū:& pullis coruorū inuocantibus eum.canite admirandā dei nostri benignitatē/ qui prębet gentili populo panem cœlestem seipsū cibum:& non minus filijs Hebręorum in ipsū
11 crocitantium/ & blasphemorum dūmodo conuertantur & inuocent eum. Non in fortitudine equi voluntatē habebit:nec in tibijs viri beneplacitum erit ei.domino deo nostro nō placebit vir sola libidine & luxuria potens:nec vir inconstans semperq; instabilis & mobi-
12 lis/ gratius acceptiusq; erit ei. Beneplacitum est domino super timētes eū:& in eis qui sperāt super misericordia eiꝰ.sed mūdi & cōstātes viri/ sāctū dei timorē habētes/ accepti erūt ei:& ij qui iussa eius iplētes/cōfidunt non in operibus suis:sed in gratia & miseratiōe eiꝰ.

ADVERTE.Primo versu. Laudate dñm quoniā bonus est psalmus/deo nostro sit iocunda decoraq; laudatio:ex hebręo/laudate dñm quoniā bonū est/cāticum dei nostri quoniā decorum est/ pulchra laudatio. quare sic concinnandus esset ad illius imitationē primus versus noster.laudate dominū quoniā bonū est/psalmus dei nostri quoniā decorus:decora est laudatio. verū vtraq; intelligentia pulchra:nec vt habemus/intelligentiæ officit aut prędudicat. ¶Nono versu. qui producit in mōtibus fœnum & herbā seruituti hominū:ex hebręo/id solum & oriri facit ī mōtibꝰ germē. cętera igit itelliganť ab iterp̄tibus adiecta/ passibile quid potius explicare meditantes q̄ ad spiritum subuehere. quid enim germen in principibus quod deus oriri facit:nisi prudentia qua populū in lege dei pascunt et enutriunt? ¶Decimo versu.qui dat iumentis escam ipsorū & pullis coruorū inuocantibꝰ eū: ex hebræo/qui dat iumentis panem suum/filijs corui clamantibus. Populum gentilē iumento significari certum est.sic in similitudine voluit saluator hominū iumento insidere & pullo eius/atq; ita sanctam ciuitatem intrare: quasi rex gentiū & Hebręorū/ sed magis in gentibus requiescens.sic Esaias onus(inquit) iumentorū austri: gētes designans. Sed & per coruos non male putauerim significari nunc Iudæos:qui in Christū dominū/Messiam superbenedictum obstrepunt/clangunt & crocitant.& ab illo tempore conuicia cōtorquere non cessant:quo clamauerunt nolumus eum regnare super nos/sanguis eius super

Psal. 146 Laudate. 147

GALL. ROM. HEB.

nos & sup filios nostros. attamẽ tãta eius benignitas: vt filios eorũ nigrorẽ parẽtũ induere nolentes/eorumq; imitari crocitatum/sed ad sanctum domini/voces suas eleuare/suscipiat & cœlesti pascat alimonia. Sunt & qui volunt coruinos fœtus/certos dies dũ plumescant & patribus assimilentur rore cœlesti pasci. quod & credidit Cassiodorus. quasi spiritu litteræ: ad naturæ luderet historiam. Quid etiam coruum emissum de arca Noe qui mundum saluauit per aquam non rediisse ad arcam/columbam autem cum ramo virentis oliuæ in arcam rediisse: nisi forte cum placuit altissimo vniuersum orbem per aquam purgare/innouare & saluare/Iudæos de ecclesia egressos non rediisse/gentium autem multitudinem cum Christi reconciliatione/cum cõfessione crucis/ligni pacis & vitæ ecclesiam intrasse dealbatam & in simplicitate vitæ degentem in similitudinem fidelis columbæ?

CHALELVIA. CXXXXVII.

1 Lauda hierusalẽ dominum: lauda deum tuum sion.

2 Quoniam confortauit seras portarũ tuarũ: benedixit filijs tuis in te.

3 Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumẽti satiat te.

4 Qui emittit eloquium suũ terræ: velociter currit sermo eius.

5 Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.

6 Mittit crystallum suum sicut bucellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit?

7 Emittet verbũ suum et liquefaciet ea: flabit spiritus eius & fluẽt aquę.

8 Qui annũciat verbum suum iacob: iustitias & iudicia sua israel

9 Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis.

CHALELVIA. CXXXXVII.

Lauda hierusalẽ dominum: lauda deum tuum sion.

Quoniam confortauit seras portarũ tuarũ: benedixit filios tuos in te.

Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumẽti satians te.

Qui emittit eloquium suũ terræ: velociter currit sermo eius.

Qui dat niuem sicut lanam: nebulam velut cinerem aspergit.

Mittit crystallum suũ sicut frusta panis: ante faciem frigoris eiꝰ quis sustinebit?

Mittit verbum suũ & liquefaciet ea: flauit spiritus eius & fluẽt aquę.

Pronuncians verbum suum iacob: iustitias & iudicia sua israel.

Non fecit taliter omni natiõi: & iudicia sua nõ manifestauit eis.

Lauda hierusalem dominum: cane deum tuum sion.

Quia cõfortauit vectes portarũ tuarũ: bñdixit filijs tuis in medio tui.

Qui posuit terminum tuum pacem: adipe frumenti saturauit te.

Qui emittit eloquium suũ terræ: velociter currit verbum eius.

Qui dat niuẽ quasi lanam: pruinas quasi cinerem spargit.

Proijcit glaciem suam quasi bucellas: ante faciẽ frigoris eius quis stabit?

Mittet verbũ suum & soluet illa: spirabit spiritu suo & fluent aquæ.

Qui annũciat verbum suum iacob: præcepta sua & iudicia sua israel.

Non fecit similiter omni genti: & iudicia eius non cognoscent.

TITVLVS. HALELVIA. Psalmus/laus continuata. Propheta in spiritu instruit/ & ad laudem populum sanctum hortatur.

EXPOSITIO CONTINVA. Lauda Hierusalem dominũ: lauda deum tuũ sion. pacificorum ciuitas prædica/magnifica & exalta deum tuum: ecclesia regeneratorum prædica/exalta & magnifica deum redemptorem tuum. 1 Quoniam confortauit seras portarum tuarum: benedixit filijs tuis in te. lauda sion deum saluatorem & possessorem tuum/ quia validas effecit scripturas ingressuum tuorum: sanctificauit regeneratos tuos in te. 2 Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te. lauda sion saluatorem tuũ qui sua pace terminos terræ concluſit/pacem suam dedit/ pacem suam reliquit: qui panis angelorũ pin- 3

4 guedine ſaturat te. Q ui emittit eloquium ſuũ terrę: velociter currit ſermo eius, lauda ſion
deum tuum/qui euangelium ſuum tranſmiſit in vniuerſum orbem terræ: paruo tempore
5 per Iudæam/per habitatam plagam diffunditur doctrina eius. Q ui dat niuem ſicut lanã:
nebulam ſicut cinerem ſpargit. lauda ſion deum tuũ qui te niuea puritate in ſimilitudinẽ
candentis lanæ veſtit: qui poteſtates tibi aduerſari & nocere volentes in modum difflati
6 pulueris diſſipat & diffundit. M ittit cryſtallum ſuum ſicut bucellas: ante faciem frigoris
eius quis ſuſtinebit? proijcit induratos/glaciatos/nullo charitatis igne calẽtes quaſi cibos
7 faucibus maligni apparatos: in conſpectu odij eius quis ſubſiſtere poterit? E mittet verbũ
ſuum & liquefaciet ea: flabit ſpiritus eius & fluent aquæ. nemo ſane frigore induratus/dei
odio dignus & a diuina charitate exciſus poterit ſtare/ ſed miſericors dominus tranſmit-
tet omnipotentem ſermonem ſuum/diuinum logon Meſſiam ſuũ & emolliet induratos et
gelu id eſt charitatis defectu obſtrictos: ſpirabit paracletus eius/& quę obrigueranr/cale-
8 factæ ſoluentur fientq; fideles animæ. Q ui annũciat verbum ſuum Iacob: iuſtitias & iu-
dicia ſua iſrael. lauda ſion deum tuum qui aperit & prænunciat Meſſiam ſuum ijs qui ſup
primunt vicia: iuſtificationes ſuas & legis ſuæ intelligentiã/eleuãtibus ad veritatis agni-
9 tionem ſtudia ſua. N on fecit taliter omni nationi: & iudicia ſua non manifeſtauit eis. nõ
omnia hæc fecit omni genti: & decreta iuſtitiæ ſuæ non omnibus/ at ſolis pijs & pio eum
quærentibus ſtudio reſerauit.

ADVERTE. Hic pſalmus in hebræo ſuperiori annectitur & non habet numerũ. ¶ Sexto verſu. mittit cryſtallũ ſuum. cryſtallũ hic non pro gemma/ſed pro glacie eſt accipiẽdũ. ſic enim legitur ex hebræo. proijcit glaciem ſuã quaſi bucellas. quod & ex proprietate naturali cognoſcitur: cui (etſi in parabola hæc dicantur) alludit/cum dicit. emittet verbũ ſuũ & liquefaciet ea. glaciei enim eſt liquefieri & in aquam fluere: non gemmæ. tametſi negare non velim: quin cryſtalloides gemma fundi poſſit vt & alij lapides. quod ſatis exploratum ijs eſt: qui fictitias gemmas & hyalina vaſa fingere norunt. allucinatio tamen accidit: q; cryſtallus apud Græcos homonymũ eſt: nunc glaciem/ nunc gemmam ſignificãs. & hoc in loco vocabulum græcum dimiſerunt. quod pro gemma maxime intelligere latini conſueuerunt: quia ad aquam frigore conſtrictam poſitum nomen habeant glaciẽ. verum interpretes æque hic interpretari debuerant cum latinum vocabulũ non deeſſet: vt octauo verſu pſalmi 148 proxime ſequẽtis/ vbi græce habetur. πῦρ χάλαζα χιὼν κρύσταλλος. & interpretati ſunt: ignis/grando/nix/glacies. q; ſi vt ſuperiore loco vocabulũ reliquiſſent minime interpretatum: æque dixiſſent ignis/grando/nix/cryſtallus. non tamẽ impendio negarim: vbicunq; in ſacris litteris cryſtallus legitur/glacies poni & interpretari poſſe. De cryſtallo enim ita ex hiſtoria legitur. ad myrrhinę gemmę creationem: humorem putant ſub terra calore denſari. contraria huic cauſa cryſtallum facit/gelu vehementiore concreto. nec aliubi certe reperitur: q̃ vbi maxime hybernæ niues rigẽt/glaciẽq; eſſe certũ eſt/vnde et nomen Græci dedere. vides ne igitur ſiue diſſolubilis glacies/ſiue gẽma ſit/& (vt ſic dicã) glacies indiſſolubilis: nos pro cryſtallo poſſe glaciem dicere? ſed pro vocabuli vnius ſignificatione: pluſculũ forte q̃ par ſit temporis inſumpſimus & operę.

¶ HALELVIA. CXXXVIII.

1 LAudate dominũ de cœlis: laudate eum in excelſis.
2 Laudate eũ omnes angeli eius: laudate eũ omnes virtutes eius.
3 Laudate eum ſol & luna: laudate eum omnes ſtellę & lumen.
4 Laudate eum cœli cœlorum: & aquę quæ ſu-

HALELVIA HALELVIA. CXXXVIII.

LAudate dominũ de cœlis: laudate eum in excelſis.
Laudate eũ omnes angeli eius: laudate eũ omnes virtutes eius.
Laudate eum ſol et luna: laudate eum omnes ſtellę & lumen.
Laudate eum cœli cœlorum: & aquę quę ſu-

HALELVIA HALELVIA. CXXXVIII.

LAudate dominũ de cœlis: laudate eum in excelſis.
Laudate eũ omnes angeli eius: laudate eum omnes exercitus eius.
Laudate eum ſol et luna: laudate eum omnes ſtellę luminis.
Laudate eum cœli cœlorum: & aquę quę ſu-

Psal.	GALL.	ROM.	HEB.
148 Laudate.	per cœlos sunt laudent nomẽ domini.	per cœlos sunt laudent nomen domini.	per cœlos sunt. Laudent nomen domini: quoniam ipse mandauit & creata sunt.
5	Quia ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt.	Quia ipe dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt.	
6	Statuit ea in sæculum & in sæculũ sæculi: præceptum posuit & nõ præteribit.	Statuit ea in æternum & in sæculum sęculi: ꝑceptum posuit & non prętęribit.	Statuit ea in ęternum & in sęculum: pręceptũ dedit & non prętęribit.
7	Laudate dominum de terra: dracões & omnes abyssi.	Laudate dominum de terra: dracones & omnes abyssi.	Laudate dominum de terra: dracones & omnes abyssi.
8	Ignis/grando/nix/glacies/spiritus procellarũ: quæ faciunt verbũ eius.	Ignis/grando/nix/ glacies/ spiritus procellarũ quę faciunt verbũ eius.	Ignis & grando/nix & glacies/ vętus & turbo: q̃ facitis sermonẽ eius.
9	Montes & omnes colles: ligna fructifera & omnes cedri.	Montes & omnes colles: ligna fructifera & omnes cedri.	Montes & omnes colles: lignum fructiferum & vniuersę cedri.
10	Bestię & vniuersa pecora: serpẽtes & volucres pennatæ.	Bestię & vniuersa pecora: serpẽtes & volucres pennatę.	Bestię & omnia iumenta: reptilia & aues volãtes.
11	Reges terrę & omnes populi: principes et omnes iudices terrę.	Reges terrę & omnes populi: principes et omnes iudices terrę.	Reges terræ & omnes populi: pricipes & vniuersi iudices terrę.
12	Iuuenes & virgines/ senes cum iunioribus laudẽt nomẽ domini: quia exaltatũ est nomen eiꝰ solius.	Iuuenes & virgines/senes cum iunioribus: laudent nomen domini. Quia exaltatum est nomen eius solius: confessio eius super cœlum & terram.	Iuuenes & virgines/senes cum pueris: laudẽt nomen domini. Quoniam sublime nomen eius solius: gloria eius in cœlo & in terra.
13	Cõfessio eius super cœlum & terram: & exaltauit cornu populi sui.	Et exaltauit: cornu populi sui.	Et exaltauit cornu populi sui/ laus omnibus sanctis eius: filijs israel populo appropinquanti sibi.
14	Hymnus omnibus sanctis eius: filijs israel populo appropiquãti sibi	Hymnus omnibus sãctis eiꝰ: filijs israel populo appropinquãti sibi.	

TITVLVS. HALELV IA. Psalmus/ continuata laus a cœlestibus et terrestribus. nam cuncta hęc laudant commendantq; deum: vt diligenter et per cuncta affabrefactum opus commendat artificem suum. et cum intelligentia plana sit: non censui circa litteram diutius esse immorandum. ¶EPOS psalmi.

1 LAudate e cœlis dominum: laudate eum in altis
2 Angelicę turmę omnes: virtutesq; supernę
3 Laudate et dominum sol/luna et lumen et astra
4 Cœli cœlorum/ cœlos supraq; locatę
Sacrę vndę laudent domini inscrutabile verbum
5 Quo dicente fuit/ quo mandante omne creatum

6 Cuius et ęterno iussu res quęq; manebunt
7 Cum cunctis dominum laudate dracontes abyssis
8 Ignis/grando/ nix/glacies & turbo procellas
Exagitans/verbum æterni facientia regis
9 Montes cumq; iugis/cum fructiferis arbustis
Atq; omnes cedri quibus est phœnicia diues
10 Bestię & omne pecus/serpens/pennata volucris/
11 Reges terræ/omnes populi/procereſq; senatusq;
12 Et iuuenes/virgoq;/seneſq; annisq; pusilli
Collaudent nomen domini: nam solius ipsum
Est exaltatum domini super omnia nomen
13 Cœlum eius super & terram confessio: cornu
Ipse sui rebus populi exaltauit ab imis.
14 Omnibus hymnica laus sanctis Israele fideli
Progenitis/dominoq; fide populo appropianti

ADVERTE. Quito versu. quia ipse dixit & facta sũt. hoc totum ipse dixit & facta sunt nõ habet Hieronymus ex hebræo. neq; reuera aliud est ipse mandauit & creata sunt: q̃ ipse dixit & facta sunt/estq; repetita sententia. Sed interpretes cõformius ad sacrã historiã adijcere maluerunt ipse dixit & facta sunt. sic enim vbiq; in principio Geneseos dicitur. dixit deus fiat lux: & facta est lux. dixit quoq; deus fiat firmamentum in medio aquarũ/ & diuidat aquas ab aquis: & factum est ita. dixit vero deus congregentur aquę quę sub cœlo sũt in locum vnum & appareat arida: & factũ est ita. vides igitur quo pacto vbiq; habetur hic & frequenter alias/dixit & factum est: ad cuius imitationem interpretes eundem quidẽ sẽsum intelligentiamq; capientes dixerunt ipse dixit & facta sunt. quare particula hæc/ipse mandauit & creata sunt apud eos adiectitia est/& non admodum necessaria. & illud dixit & mandauit/dictum & mandatum: legem in creatura dicit. quod sequenti versu innuitur cum dicitur: præceptum posuit quod non præteribit. Sed quibusnam pręceptum posuit nisi creaturis/& illis quidẽ superius expressis quibus dixit/ mãdauitq; vt essent? At Arrhiani & Eunomiani hic turpiter errant: qui hoc pręceptum & legẽ a patre datam filio putãt/ & proinde illum mandante inferiorem. si enim dicas ipse pater mandauit filio/ siue vt grę cus habet ἐπετείλατο id est præcepit/ & id adiungas sequentis versus/ præceptum posuit: vix diffugias cauillos Arrhij/Eunomij/& huiusce modi insanę turbæ hominũ in Christum dominum canina loquacitate debacchantium si vspiã adhuc esset. sed gratiæ victori supercœlesti domino & super omnia deo: qui hæc lętalia venena vbiq; restinxit & multicipitem multilinguemq; hydrum tenebrosa in tartara mersit. ¶ Septimo versu. dracões & omnes abyssi: sunt quidam (vt sic dixerim) somniculatores qui legendum tracones volunt/nouum & a sibi similibus somniatum verbum: quo significari volunt secretos cuniculos subterraneosq; meatus quibus subter fluitãtia tacite labuntur flumina/ aut quib⁹ spiritus inclusus ĩterdum terras quatit & valido vibratu nõ semel oppida diruit & vrbes. sed non legerunt omnes tralationes habere dictionem dracones: quartam litterã non vndeuicesimam in fronte gerentem. & septuaginta græce habere Δράκοντες καὶ πᾶσαι ἄβυσσοι/dracones & omnes abyssi. nec præterea legerunt Hieronymũ in expositione huius psalmi asserentem nos hoc versu legere posse laudate dominum de terra cete & õnes abyssi. & quod nos hic dicimus dracones: idem esse quod in principio Geneseos dictũ est creauitq; deus cete grandia. cui sentẽtię etiã astipulatẽ in hoc loco beatus Augustinus. Magna (inquit) quædam sunt animantia dracones: maiora non sunt super terram. palã igitur est vanum oĩno & somnio simile esse/putare hic legendum tracones per t. Sed dices/quare igitur inuitat prophęta/ de terra dracones/ & ante alias quidem creaturas laudare dominum: tum quia non sunt de terra/tum quia multa digniora sunt/ quæ & potius ad laudationem erant inuitanda? Id forsitan cauillari volenti respondisse satis erit. cum dicitur in principio creauit deus cœlum & terram: per cœlum omnẽ spiritualem/ & cœlestem corpoream significari naturam/& per terram omnem subcœlestem. Itaq; hoc in loco per terram significari omnem illam oram quæ intra lunarem ambitum est: et idem esse cum dicitur laudate dominum de terra acsi diceremus laudate dominum de sensibili terrenaq; & sublunari plaga. At quam ob causã primo loco dracones/siue vt vult Hieronymus et Hebræi cete: ex principio profecto Geneseos cognoscitur. nam post cœlestia: primum creata leguntur. fecitq; deus (inquit) duo luminaria magna/luminare maius vt præesset diei et lu

minare minus vt prȩesset nocti/et stellas:et posuit eas in firmamento cœli vt lucerent su-
per terram & præessent diei ac nocti/& diuiderent lucem ac tenebras,& vidit deus ꝙ es-
set bonum:& factum est vespere & mane dies quartus. dixit etiam deus/producant aquæ
reptile animę viuentis/et volatile super terram sub firmamento cœli: creauitq; deus cete
grandia. vides igitur post creationem solis et lunæ et stellarum:statim subiunctam expres-
samq; creationem cetorũ/quę nomine draconum hic intelligũtur.nõ mirum igitur si post
inuitationem cœlestiũ:continuo dracones/id est cete grandia illico post illa creata inuitat
ad deũ laudandũ/et vltimo loco homines vtpote qui et vltimo loco creati legunt. ¶Ter
tiodecimo versu.confessio eius super cœlum et terram: ex hebræo gloria eius in cœlo et i
terra.hoc ferme canticũ est:quod Christo domino nato cecinerunt angeli/gloria in excel-
sis deo et in terra pax hominibus bonę voluntatis siue(vt Grȩcus habet)in hominib9 bo
na voluntas. Quod vero subiungitur:et exaltauit cornu populi sui. hoc cornu populi ex-
altatum:intelligi volunt Christum dominũ/quod et Zacharias cornu salutis apud Lucã
appellat. vbi de Christo dño nõdum nato/ sed virgineis adhuc visceribus gestato qui om
nia portat/et in sacris vteri angustijs clauso qui includi non potest:ita prophetat. Et ere-
xit cornu salutis nobis:in domo Dauid pueri sui.sicut locutus est per os sanctorum qui a
sæculo sunt:prophetarum eius.acsi prȩsentis psalmi pauloante adductum oraculũ spiritu
sãcto mõstrãte videret adipletũ.quod vt septuagita reliquerũt:pcinuerũt Aggeus et Za-
charias Barachię filius/qui ab æterno prędiffiniti et prȩelecti fuerant aduentus Christi do
mini dei nostri/regis nostri prophetę/pcones et prȩnuncij. ¶Quartodecimo versu.hym-
nus omnibus sanctis eius: ex hebrȩo laus oĩbus sanctis eius. laus omnibus sanctis eius:
non qua laudentur/sed qua laudent dominum est intelligendum.parum enim in laudib9
regis intendit:qui in laude militum occupatur. Ille nouit apprime laudare: qui omnẽ lau
dem suam conuertit ad summe laudabile/et cum extra se et supra se factus(etsi fecerit qđ
potuit)scit se non potuisse laudare quod est superius omni laude. quo pacto enim oculus
laudem canat lucis infinitę:quam nullo pacto in ipsa vti est potest attingere/et si attigit:
cum alteritate attingit.quare laudat in alteritate.et hęc est possibilitas creaturę: huius cla
riore/illius autem modo obscuriore. verum hęc laus/siue insensibilis/irrationalisue naturę
cum per vestigia in summũ ducit/siue rationalis cum illa explicat aut perquirit/siue intel-
lectualis cum explicata in diuinitatis contactu vnit/et vno mẽtis tactu(vt sic dixerim)cõ-
gregat et colligit:tanto omni alia laude est superior/quanto lucida substãtia/ea quæ tene-
brosa est/et immortalis mortali superior eminentiorq; est.ergo O deus vnicum et verum
et summe laudabile:sic nos ad te laudandum conuerte/vt nullum prȩter te suspiciamus/
nullum admiremur/nullum laudare aueamus/eam solam scripturam eamq; philosophiã
amemus:quæ ad te manuducit/et docet/monstrat ac ostendit te amare ac laudare. et ea
sola ratione amemus:ꝙ ad te manuducit/te monstrat/ te ostendit/ qui solus es inuisibilis
et immortalis.Vesicas tumefactas vẽto laus tua displodat/disrumpat/perfringat. neote-
rica quædam ad nichil vtilia/nisi inanem ãte imperitas aures/inflantis scientiæ opinio-
nem/nisi ad vaniloquium/ de quo ratio nobis reddenda est/ et ad multiloquiũ cui pecca-
tum iuxta sapientem non deest:confundat veritas tua/vt sit laus tua nota omnibus san-
ctis tuis/filijs contemplationis/populo appropinquanti tibi.

¶HALELVIA. CXXXXIX.

1 CAntate domino cãticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum.

2 Lętetur israel in eo qui fecit eũ: et filię sion exultent in rege suo.

3 Laudent nomen eius ĩ choro: in tympano et psalterio psallant ei.

¶HALELVIA haleluia. CXXXXIX.

CAntate domino cãticum nouum: laudatio eius in ecclesia sanctorum.

Lętetur israel in eo qui fecit ipsũ:et filij sion exultent super rege suo.

Laudate nomen eius ĩ choro: in tympano et psalterio psallant ei.

¶HALELVIA haleluia. CXXXXIX.

CAntate domino cãticum nouum: laus eius in congregatione sanctorum.

Lætetur israel ĩ factore suo:filij sion exultent in rege suo.

Laudent nomen eius ĩ choro:in tympano et in cithara cantent ei.

GALL.	ROM.	HEB.
4 Quia beneplacitum est domino in populo suo: & exaltabit mansuetos in salute.	Quia beneplacitū est domino in populo suo: & exultabunt mansueti in salutem.	Quia cōplacet sibi dominus in populo suo: exaltabit mansuetos in iesu.
5 Exultabunt sancti in gloria: lętabuntur in cubilibus suis.	Exultabūt sancti in gloria: lętabūtur in cubilibus suis.	Exultabūt sancti in gloria: laudabunt in cubilibus suis.
6 Exultatiōes dei in gutture eorum: & gladij ancipites ī manibus eorū.	Exultationes dei in faucibus eorū: & gladij ācipites in manib⁹ eorum.	Exultatiōes dei in gutture eorū: & gladij ancipites in manib⁹ eorum.
7 Ad faciēdam vindictā in nationibus: increpationes in populis.	Ad faciendam vidictā in nationibus: increpationes in populis.	Ad faciendam vidictā in gentibus: increpationes in populis.
8 Ad alligādos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.	Ad alligādos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in vinculis ferreis.	Vt alligent reges eorū catenis: & inclytos eorū in compedibus ferreis.
9 Vt faciāt in eis iudiciū cōscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis ei⁹.	Vt faciāt in eis iudiciū conscriptum: gloria hęc est omnibus sanctis ei⁹.	Vt faciant in eis iudicium scriptum: decor est omnium sanctorū eius.

TITVLVS. HALELV IA HALELV IA. Cōtinuata laus ab ecclesia Christi/ qui dñs & rex noster est/ & pater filiorū sion. Littera ꝑsalmi satis conspicua. ¶ EPOS psalmi.

1 DEinde nouum carmen domino cantate: resultet
Ois in illius sanctorū ecclesia laude.
2 Inq; suo factore Isrel lætetur: et ipsę
Matre sion natæ exultēt in rege superno.
3 Vna ei⁹ nomē laudēt/ & tympana pulsent
Et nec ad hymnidicas desint psalteria laudes.
4 Nā placitū ē ꝓprio ī ppło vniuersa regēti:
Inq; salutari exaltabit mente benignos.
5 Et faciet sanctos pleno exultare decore:
Corporibus propris facietq; exaltare resumptis.
6 Tuncq; dei laudes lętanti fauce sonabunt:
Ancipites gladios manibus strictosq; tenebunt.
7 Vt faciāt vindictā ī gētib⁹/ vtq; reprendant
Errantes populos quo deusa fata reliquāt.
8 Vtq; ligent reges populorum & compede stringant:
Et proceres horum vinclis opera ad bona cogant.
9 Iudicium vt faciant quod sacra volumina tradunt:
Omnibus hæc ingens est eius gloria sanctis.

ADVERTE. Secundo versu. & filiæ sion exultent in rege suo: ex hebraica & romana translatione & ex græco/ & filij sion masculino genere καὶ υἱοὶ σιὼρ sed sensui nichil ꝓiudicij id afferre videtur. ¶ Quinto versu. lętabuntur in cubilibus suis: ex hebræo/ laudabunt in cubilibus suis. ¶ Sexto versu. & gladij ancipites in manibus eorum. hos gladios ancipites ex vtraq; parte/ dextra leuaq; scindētes: iurisdictionem pontificiam & cesaream/ spiritualem & temporalem intelligi volunt. de quibus in similitudine apud Lucam cum apostoli domino dicerent/ domine ecce duo gladij hic: dominus respondit satis est. hi gladij æque amicos vt inimicos si oportet ferire debent/ pauperes æque & æque diuites/ potentes æque & æque impotentes. alioqui si solos pauperes/ impotētes & ignotos corriperēt: diuites/ potentes & noti licentia peccandi laxata ad iniustitias prorurent/ neq; gladij hi vtraq; parte scindētes essent. verum si reges/ si principes rei sacrę/ siue temporalis dominij delinquunt: primū illi gladijs illis arcēdi sunt/ iuxta octaui versus ꝓceptū/ vt lex diuina nobis scripta impleatur. quia in recto vsu horum duorū gladiorum: consistit gloria/ perfectio & honor ꝓsentis ecclesiæ. verum hic id est sæcularis gladius vindictam potius facit in populis: alter increpationes. hic reges & principes manicis ferreis arcet: ille compedibus & catenis/ quę sunt anathemata & traditiones potestati sathanę/ vt dum tempo-

Psal. 149 Cãtate do. 150

GALL. ROM. HEB.

raliter mulctantur non ęternaliter pereant animæ.

¶HALELVIA. CL.

1 LAudate dominũ in sanctis eius:laudate eum in firmamento virtutis eius.

2 Laudate eum in virtutibus eiꝰ: laudate eũ secundum multitudinem magnitudinis eius.

3 Laudate eũ in sono tubæ:laudate eum in psalterio & cithara.

4 Laudate eũ in tympano & choro:laudate eũ in chordis & organo.

5 Laudate eum in cymbalis bene sonantibus/ laudate eum in cymbalis iubilationis:ōnis spiritus laudet dominum.

¶HALELVIA. CL.

LAudate deum in sanctis eius : laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in potentatibus eius: laudate eũ secundũ multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eũ in sono tubæ:laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro: laudate eũ in chordis et organo

Laudate eum in cymbalis bene sonantibus/ laudate eum in cymbalis bene tinniẽtibus:omnis spiritus laudet dominum.

¶HALELVIA HALELVIA. CL.

LAudate dominũ in sancto eius:laudate eum in fortitudine potentiæ eius.

Laudate eum in fortitudinibus eius: laudate eum iuxta multitudinẽ magnificentię suę.

Laudate eum in clãgore buccinę:laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eũ in tympano & choro:laudate eũ in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis sonantibus / laudate eum in cymbalis tinnientibus: ōne quod spirat laudet dominũ.

HALELVIA.

TITVLVS. HALELVIA. Psalmus/continuata laus ab ecclesia cœlesti & iã in sua trãquillitate secura manente.& totus psalmus secundum anagogen est intelligendus, litteram aliquantulum exercitato contemplatori conspicua.

¶EPOS psalmi.

1 LAudate in sãctis dñm:laudate potẽti
Qui virtute sua ꝓ nutu cõcutit orbẽ.
2 Inqꝫ dinastijs ipsũ laudate supremis:
Laudate vt sua magnificẽtia sũma meretur
3 Hunc tuba /cum deno hunc laudẽt psalteria neruo
Cũ cithara ĩsigni triados laudate trigona.
4 Tympana cumqꝫ choro/ cũqꝫ altis organa chordis
5 Dent pariter laudes. resonantia cymbala pulchre
Dent iubilos: oĩs dominũ spiratio laudet.

ADVERTE. Primo versu. laudate dominũ in sanctis eius: ex hebręo/ in sancto eius. ĩ sancto eius/ in sancto sanctorũ/ in deo & agno sedenti in throno/ quẽ reuelata facie cõspiciunt beati. ¶Eodẽ versu. in firmamẽto virtutis eius: ex hebręo in fortitudine potẽtię eius. quia milia miliũ in illa cœlesti ecclesia audientur voce magna dicẽtia/ dignus est agnus qui occisus est/ accipere virtutẽ & diuinitatẽ & sapiẽtiã & fortitudinẽ & honorem & gloriam et benedictionẽ. ¶Tertio versu. laudate eũ in sono tubæ/ laudate eũ ĩ psalterio & cithara. hę tubæ/ hæc psalteria/ & hæ citharæ/ & quę nominãtur sequẽtia: spirituales laudes et harmoniæ spiritus sunt cœlestesqꝫ concentus. quos nullus mortalis adhuc capere sufficit sensus: de quibus Christo deoqꝫ dilectus apostolus in spiritu. & audiui(inquit)vocẽ de cœlo tanq̃ vocem aquarũ multarũ/ & tanq̃ vocẽ tonitrui magni. & vocẽ quã audiui: sicut citharedorũ citharizantiũ in citharis suis. & beati qui in illa cœlesti ciuitate a deo electi digni erunt ipsũ laudare: vbi dñs deus oĩpotẽs tẽplũ illius est & agnus. quæ nõ eget sole & luna vt luceãt in ea. nã claritas dei illuminabit eã: & lucerna eius est agnus. & videbunt faciẽ eiꝰ: & nomẽ eius in frontibus eorum. & nox vltra nõ erit: & non egebũt lumine lucernæ neqꝫ lumine solis. quoniã dñs deus illuminabit illos: & regnabũt in sæcula sęculorũ. ad quã gloriosã visionẽ nos pducere dignetur CHRISTVS dñs/ filius dei/ laus nostra/ principiũ et finis psalmodię nostrę/ qui est superimmensus & superbenedictus in sæcula. cui insuper sit claritas/ benedictio/ honor/ potestas & gratiarum actio per immensa sæculorum sęcula.

A M E N.

VIa ī ſuperiore triplici pſalmodia pręſertim ī gallica nō pauca annotauim⁹ quæ directiōis lima egere videbantur: ideo pſalteriū vnū cōciliauimus/etſi nō in oībus in eis tamē locis quæ id maxime expoſcere videbantur. Citauimus etiā iterdū vetuſtioris pſalterij teſtimonium quo vtebātur anteq̄ ſacer Hieronym⁹ & romanū et gallicū cū exemplaribus græcis cōferendo caſtigaſſet pſalteriū. Operepreciū igitur me facturū exiſtimaui/ſi hęc duo pſalteria pręcedētib⁹ ſubnecterem: vt opus cōſūmatius emitteretur. ¶ Et ad conciliatū nomina dei quibus propheta per ſpiritū ſanctū in hac tota pſalmodia laudat deū: annexui. tū q̄ frequenter aliquorū in annotationibus meminim⁹: tū q̄ nō parua myſteria & tā noſtræ religioni vtilia q̄ ſcitu digna/cōtinere viderētur. Et nomina dei ad Marcellā ſcribens ſacer Hieronym⁹/ decem enumerat. primū EL. ſecundū ELOHIM. tertiū ELOHE. quartū SEBAOTH. quītū ELION. ſextū apd Hebręos endecagrāmatō EHIEH ASER EHIEH ſiue heptagrāmaton ASER EHIEH. ſeptimū ADONAI. octauū IAH. nonū tetragrammaton יהוה. decimū SADAI. primū interpretat Hieronymus fortē. ſcdm et tertiū deū. quartū exercituū. quintū excelſū. ſextū in Exodo ſum qui ſum et qui eſt. ſeptimū/ octauū & nonū dominū. decimū robuſtū et oīpotentē. et his oībus in pſalmis vtitur propheta: eo excepto qd ſexto loco poſitū eſt/quo deus ad Moſem vſus eſt in exodo. verū in pſalmis vtitur īſuper ꝓpheta his pro nominibus dei Eloha/Sur/Abir. erunt igitur duodecim noīa quib⁹ egregius mouēte ſpiritu ſancto pſaltes in diuina ſua hymnographia celebrat deū. El. Elohim. Elohe. Eloha. Sebaoth. Elion. Adonai. Iah. יהוה. Sadai. Sur. Abir. Et quando & vbi his vtetur exadiectis circa litterā facile intelligetur. ¶ Sed quæres quæ myſteria hæc continent? Maiora profecto q̄ noſtrę poteſtatis ſit enucleare: nitemur tamē pauca ediſſerere de magno noīe dei יהוה. quod rabi Moſes anno a partu virginis/anno ab apparitione Meſiah ſexto & milleſimo ſacris vndis Oſte ablutus/dicit trinū eſſe & vnum. nā ſi primū et ſecūdū elementū iungas fit vnū nomen dei יה. ſi ſecūdū & tertiū fit alterū הו. Si tertiū et quartū fit nomen dei וה. quæ tria noīa ſimul/vnū ſūt nomē dei יהוה. eſt itaq; trinū et vnū. Qd ſacramētū eſſe dicit: vt Hebræi vel ex eo noīe qd maxime venerātur et in quo maxima credunt latere ſecreta/deū itelligerent trinū pariter & vnū. ¶ Itē hoc nomē nō ꝓferūt: ſed eius loco ſēper profe rūt adonai. qd eodē authore plurale eſt: cuius ſingulare eſt adon. hoc igit noīe vnū deū itelligētes/pluraliter noīant: in myſterio proculdubio ineffabilē trinitatē venerātes. et idē faciunt cū Elohim Eloha dicunt/id eſt dij deus: Elohim ꝓpter trinitatē et Eloha propter vnitatis cōfeſſionē. ¶ Cæterū magnū nomē dei trib⁹ Ioth inſtar trigoni ęquilateri iunctis/hoc pacto figurant: quod ſignificat pricipiū pricipiū pricipiū. & eſt illorū triū Ioth per oīa ęqualitas. & quid hoc aliud: niſi deū eſſe trinū pricipiū/et illius trinitatis ſummā eſſe æqualitatē/ et triadē oīm rerum cauſā eſſe principē/quę vna eſt pleniſſima et perfectiſſima diuinitas pricipiū mediū et finis oīm. ¶ Pręterea cū hoc nomē ſit ineffabile/illi quaſi effabili hos ſpūs ſupponunt ſeua: et cames ☥ quę reuera ad pronūciationē illius noīs nichil cōferunt (eſt enī ineffabile) ſed ſunt ſpiritus noīs Ieſua id eſt ſalutaris/ſiue iheſuha proprij nominis ſaluatoris noſtri vt nōnulli volunt. q̄uis hic non impēdio cōtenderim Ieſua quod nos Ieſus dicimus homonyme cōmune nomē eſſe et etiā propriū regis Meſiah poſtq̄ in terris viſus eſt & cū hoībus conuerſatus/et nūc nomē eſſe ſupra oē nomē poſtq̄ verbo et filio dei icarnato ex volūtate patris appropriatū eſt. quid igitur ſpiritus illi deſignare videntur: niſi Meſiah verbū et ſpiritū eſſe magni et arcani noīs dei? ¶ Multa alia ſunt myſteria quæ me fugiūt: & vbi nō fugerent breuitatis cauſa nichilominus reticēda. Et reuera qui profūde cōtēplat: lex noua et lex vet⁹/ lex noſtra et hebraica id ſolū differre videnť qd clauſū et apertū/velatū et detectū. reuelauit enī nobis Chriſtus IHESVS ſolus et verus Meſiah cū dixit apoſtolis: eūtes ergo docete omnes gētes baptizātes eos in noīe patris et filij et ſpiritus ſancti. ergo ſoli baptizati aut ad baptiſmi fidē inſtructi/illuminati ſunt ad videndū et credēdū (credere enī videre eſt) deū trinū eſſe ſimul et vnū/et quid tetragrāmaton nomē trinū et vnū/quid Adonai et Elohim pluralia/qd El/Eloha/Elohe et id genus ſingularia aperto myſterio ſignificent. Quapropter nō abre noſtri deo pleni ſancti patres in ipſa primitiua eccleſia/ in portis filię ſion baptiſmū ſacramentū illuminationū appellauerūt et baptizatos illuminatos. acceperūt enim illuminationē mūdo/terreſtribus cœleſtibuſq; oībus ſuperiorē. Et beati illi: modo ſupereximiæ lucis ſibi oſtēſæ inoffenſo calle iugiter viā ſequantur. ¶ Sed hic quæres nomē IESVS quo in pſalmis tātopere Chriſtū vt ſalutarē et ſaluatorē propheta celebrat aſpiratū ne ſit an ſec⁹? Minime eſt aſpiratū. verū reſpōdet vocabulo qd græci abſq; vlla aſpiratiōe ſcribunt ἰησοῦς id eſt Ieſus. & hoc nomē in ſe non claudit tetragrāmaton: & ſi vt dictū eſt magni illius noīs ſpūs claudit.

Decem nomina dei.
1 El.
2 Elohim.
3 Eloha.
4 Sebaoth.
5 Elion.
6 Ehieh. Aſer. Ehieh.
7 Adonai.
8 Iah.
9
10 Sadai.

Nomia dei quibus vtit propheta ī pſalmis.
1 El.
2 Elohim.
3 Elohe.
4 Eloha.
5 Sebaoth.
6 Elion.
7 Adonai.
8 Iah.
9
10 Sadai.
11 Sur.
12 Abir.

Verũ proprĩũ illud nomẽ iuxta vetuſtã latinorũ conſuetudinẽ frequentius aſpiro: et tũc nomẽ intelligo quod totum in ſe claudit tetragrãmaton. vt ex libro de verbo mirifico ãplius ĩtelligi poteſt: vtq; ſæpe alias in annotationib⁹ dictũ eſt. Ieſus tamẽ vt nõ eſt aſpiratũ reciperent Iudęi nomẽ eſſe ſaluatoris noſtri/cuius elementa ſunt Ioth/Sin/Vau/Ain: alterũ aũt Ioth/He/Sin/Vau/He repudiarent quaſi fictitiũ & a nobis curioſe cõmentatũ. & ſiue hoc ſiue illud: nomen auguſtũ eſt & venerandũ. ſed de his ſatis. ¶ Cũ igitur יהוה .aut ✠ inter pſallẽdũ aſpexeris: ad magnũ dei nomẽ quod trinũ eſt pariter & vnũ reuerenter te inclina: & multo magis ad ipſũ deũ trinũ & vnũ ineffabilẽ & incõpræhenſibilẽ qui per illud ſignificatur/totã vim mẽtis tuæ attolle. Similiter cũ Elohim aut Adonai videris: cogita q⁹ ſãcta fides te docet/de⁹ pater/deus filius/deus ſpiritus ſanctus/dñs pater/dñs filius/dñs ſpiritus ſãctus & tamen non tres dij aut dñi/ſed vnus deus & dñs. & in aĩo frequenter ſubeat benedicamus patrẽ et filium cũ ſancto ſpiritu. Cũ El: lauda eius inſuperabilẽ fortitudinẽ. Cũ Elohe aut Eloha: lauda õnia ſupergredientẽ vnitatẽ. Cũ Sebaoth: cœleſtiũ agminũ exercitus regẽtẽ. Cũ Elion: oĩbus ſupereminentẽ & ab oĩbus ſecretũ. Cũ Iah: dñatorẽ oĩm. Cũ Sadai: omnipotentẽ & (vt cui nichil reſiſtere poteſt) oĩa quæ vult & quomodo vult exequentẽ. Cum Sur: lauda eũ vt omnia tutantem & ſaluantẽ. Cũ Abir: vt rerũ oĩm primatẽ & vniuerſorũ auguſtiſſimũ prĩcipẽ. nam horũ duorũ quæ nouiſſime poſita ſunt/nominũ: primũ id eſt Sur/robur & tutamẽtũ ſignificat ſed q̃ varie nunc Hieronymus nunc interpretes vertant: ſuis in locis patebit. & ſecũdũ id eſt Abir: primatẽ/fortẽ & ſtrẽnuũ ſignificare volunt. ¶ His apponentur duo nomina Chriſti Ieſua & Meſiah. Cũ igitur Ieſua id eſt ſalutaris ſe oculis tuis ingeſſerit: eũ lauda a quo oĩs ſalus vniuerſo mũdo allata eſt. Si Meſiah qui interpretatur vnctus: eũ a quo oĩs ſanctificatio et gratia nobis ĩdulta eſt. & de plenitudine (inquit) eius: nos oẽs accepim⁹. Si forte videris Ieſuoth id eſt ſalutares: aſſurge ad laudandũ patrẽ/filiũ & ſpiritũ ſanctũ noſtræ ſalutis authores/vnũ & idem oĩpotẽs ſalutare: & pro virili tua imo ſupra vires pro tã mirifica benignitate effunde ei præcordia/& gratias age. ¶ Si etiã Selah ſe obtulerit ſpectãdum: toties mẽte iubila. agnoſcẽs deũ laude & ſermone incõpræhenſibilẽ: & in ſilentio mentis tantiſper incogniſcibilẽ venerare. mox noĩa inomiabilis & laudes oẽm laudẽ excellẽter diffugientis reſume: & nitere eũ nominare & laudare: quẽ a quo⁹ mortali noĩari & laudari eſt ĩpoſſibile. ¶ Nec te lateat velim hæc duo pſalteria per verſus eſſe repreſentata ſecundũ quod diſtinctio requirit/vt maiores noſtri facere conſueuere: qui inſuper ob reuerẽtiã noĩa hæc dñs/deus/ſalutare/Chriſtus: maiuſculis litteris per vniuerſã pſalmographiã repręſentabant/auro aut nobili aliquo ſuperinducto colore. nos modo conſimili nomina illa maiuſculis litteris expreſſimus: et vbicunq; in hebręo magnũ dei nomẽ occurrit pro quo conuerſum habemus dñs: minio notauimus/q⁹ aurum/ſynopida/purpuriſſum aut aliorũ colorũ e nobilioribus aliquẽ ſuperinducere nõ poſſemus. ¶ Intueberis etiã nõnunq̃ aſteriſcũ id eſt ſtellulã hoc pacto ✳: tũc cognoſce e regiõe locũ eſſe conciliatũ. Vbi obelũ id eſt veru ſic — aſpexeris: vſq; ad duo talia puncta ‥ quicqd interceptũ eſt/intellige ex hebræo haberi ſuperfluũ. quod maxime hic obſeruauimus in nominibus dei ſuperfluo adiectis. ¶ Id te pręterea nõ lateat adiecta argumẽta ex intelligentia ſpiritus litteræ expoſitionis præcedẽtiũ pſalteriorũ deſumpta. & quia in illis ad integrũ titulũ pſalmorũ appoſiti ſunt: ſatis hic viſũ eſt ſi paucis cui diuin⁹ pſalmus aſcribitur annotarem⁹.

¶ Et vt nomina dei & eorũ ſignificationes facilius hęreant menti: ſubiecta formula notetur.

¶ Nomina dei ad Marcellam.

Et aduerte i exẽplaribus Hieronymi quartũ i prima et ſcda ſyllaba vocali a ſcribi: et ſextũ & octauũ lenibus dẽptis aſpirationibus/vt inferius patet.

1	El	Deꝰ/fortis.
2	Elohim	Deus.
3	Elohe	Deus.
4	Sabaoth.	Exercituũ.
5	Elion	Excelſus.
6	Aſereie	Qui eſt.
7	Adonai	Dominus.
8	Ia	Dominus.
9	יהוה	Vnꝰ et trinꝰ.
10	Sadai	Robuſtus.

Nomina dei ex pſalmis.

1	El	Deus.
2	Elohim	Deus
3	Elohe	Deus.
4	Eloha	Deus.
5	Sebaoth	Virtutum.
6	Elion	Altiſſimus.
7	Adonai	Dominus.
8	Iah	Dominus.
9	יה	Dominus.
10	Sadai.	Omnipotens
11	Sur	Deus
12	Abir	Deus
13	Ieſua	Salutaris
14	Ieſuoth	Salutares.
15	Meſiah	Chriſtus.

Hac subiecta figura 13 suprapositā nomina dei hebraica patent, et quomodo latine et grece vulgo exponi soleant.

	Nomina dei HEBRAICA	LATINE	GRAECE.
1	אֵל EL	Fortis	ἰσχυρός
2	אֱלֹהִים ELOHIM	Deus	θεὸς
3	אֱלֹהִי ELOHE	Deus	θεὸς
4	צְבָאוֹת SEBAOTH	Exercituū	δυνάμεων
5	עֶלְיוֹן ELION	Excelsus	ὕψιστος
6	אֶהְיֶהאֲשֶׁראֶהְיֶה EIEHASEREIEH	Sum quisū	ἐιμί ὤν
	אֲשֶׁראֶהְיֶה ASEREIEH	Qui est	ὤν
7	אֲדֹנָי ADONAI	Dominus	κύριος
8	יָהּ IA	Dominus	κύριος
9	יְהוָה IEHVAH	Dominus	κύριος
10	שַׁדַּי SADAI	Oipotens	παντοκράτωρ
11	אֱלָהּ ELOHA	Deus	θεὸς
12	צוּר SVR	Deus	θεὸς
13	אַבִּיר ABIR	Deus	θεὸς

¶ Hęc pro præinstructione. Nunc ad litteram labor nostet conuertendus.

1 Beatus vir qui nō abijt ī cōsilio ipiorū/
& in via peccatorum non stetit:
& in cathedra pestilentiæ non sedit.
2 Sed in lege domini fuit volūtas eius:
& in lege eius meditabitur die ac nocte.
3 Et erit tanq̄ lignū quod plantatum est
secundum decursus aquarum:
quod fructum suū dabit in tempore suo.
4 Et folium eius non decidet:
& oīa quęcunq; fecerit prosperabuntur.
5 Non sic impij non sic:
sed tāq̄ puluis quē ,pijcit vēt9 a facie terrę.
6 Ideo nō resurgūt impij in iudicio:
neq; peccatores in concilio iustorum.
7 Quoniā nouit dominus viam iustorum:
iter autem impiorum peribit.

Beatus vir qui nō abijt in cōsilio ipiorū/
& in via peccatorū non stetit:
& in cathedra pestilētiæ non sedit.
Sed in lege DOMINI voluntas eius:
& in lege eius meditabitur die ac nocte.
Et erit tanq̄ lignum quod plantatum est
secus decursus aquarum:
quod fructū suum dabit in tempore suo.
Et folium eius non defluet:
& omnia quæcunq; faciet prosperabūtur.
Non sic impij — non sic: ..
sed tanq̄ puluis quē ,pijcit vēt9 a facie terræ
Ideo nō resurgunt impij in iudicio:
neq; peccatores in concilio iustorum.
Quoniā nouit DOMINVS viam iustorum:
& iter impiorum peribit.

Tetragrāmaton. יהוה

Tetragrāmaton. יהוה

ARGVMENTVM. Psalm9 de cōciliis ī Christū dñm/ diuina ei9 gñatione/ regno & ei9 hęreditate. ¶ Cōciliatus versu 12. vbi aduerte/ postq̄ dictū est dñs dixit ad me filiꝰ meꝰ es tu/ ego hodie genui te/ postula a me & dabo tibi gētes hæreditatē tuā/ & possessionē tuā terminos terræ: q̄apte subnectitur ad gentes/ osculamini filiū nequādo & irascatur/ et pereatis de via.

¶ Psalmus Dauid. II.

1 Vt quid fremuerunt gentes:
& populi meditati sunt inania?
2 Astiterūt reges terrę et principes cōuenerunt in vnum:
aduersus dominū et aduersꝰ Christū eiꝰ.
3 Dirumpamus vincula eorum:
et abijciamus a nobis iugū ipsorum.
4 Qui habitat in cœlis irridebit eos:
et dominus subsannabit eos.
5 Tunc loquetur ad eos in ira sua:
et in furore suo conturbabit eos.
6 Ego autem constitutus sum rex ab eo

¶ Psalmus Dauidi. II.

Quare fremuerunt gentes:
et populi meditati sunt inania?
Astiterūt reges terrę et principes conuenerunt in vnum:
aduersꝰ DN̄M et adūsꝰ CHRISTVM eiꝰ.
Dirumpamus vincula eorum:
et proijciamus a nobis iugum ipsorum.
Qui habitat in cœlis irridebit eos:
et DOMINVS subsannabit eos.
Tunc loquetur ad eos in ira sua:
et in furore suo conturbabit eos.
Ego autem constitutus sum rex ab eo

Messiah.

Adonai.

super sion montem sanctum eius:
prædicans præceptū eius.
DOMINVS dixit ad me filius meus es tu:
ego hodie genui te.
Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam:
& possessionē tuā terminos terræ.
Reges eos in virga ferrea:
& tanq̄ vas figuli confringes eos.
Et nunc reges intelligite:
erudimini qui iudicatis terram.
Seruite DOMINO in timore:
& exultate ei cū tremore.
Osculamini filiū neqñ irascat — DNS: * Apphēdite disciplinā neqñ irascatur dñs:
& pereatis de via — iusta.
Cū exarserit in breui ira eius:
beati omnes qui confidunt in eo.

super sion montē sanctū eius:
prædicās præceptū ipsius.
Dominus dixit ad me filius meus es tu: 7
ego hodie genui te.
Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: 8
& possessionem tuā terminos terræ.
Reges eos in virga ferrea: 9
& tanq̄ vas figuli conteres eos.
Et nunc reges intelligite: 10
& erudimini qui iudicatis terram. 11
Seruite domino in timore:
& exultate ei cū tremore.
& pereatis de via iusta. 12 13
Cū exarserit in breui ira eius:
beati ōnes qui confidunt in eo.

ARGVMENTVM. Psalmus de Christi dñi persecutiōe/exauditiōe/dormitiōe/ resurrectione/vltione hostiū & benedictiōe fideliū. Et ne mireris hic & in sequētibus si tetragrāmaton/ Adonai/Elohim noīa pluralitatē signantia nūc patri/ nūc filio tribuātur. hoc diuinarū personarū imanentiā & inseparabilitatē designat. Et cū Christus secūdū dispēsationē carnis orat: non modo patrē sed & diuinū verbū/& spiritū sanctū orat. nā deū orat. non est autē sine verbo & paracleto deus vt neq; sine paterna fœcunditate deus.

¶Psalmus Dauidi. III.
DNE qd mltiplicati sūt q tribulāt me:
multi insurgunt aduersū me.
Multi dicunt animæ meæ:
non est salus ipsi in DEO eius. Elohim.
Tu autē DOMINE susceptor meus es:
gloria mea & exaltans caput meū.
Voce mea ad DOMINVM clamaui:
& exaudiuit me de mōte sācto suo. Selah.
Ego dormiui & soporatus sū et exurrexi:
quia DOMINVS suscepit me.
Nō timebo milia populi circūdantis me:
exurge DNE saluū me fac DEVS meus. Eloha.
Qm tu percussisti oēs aduersātes michi sine cā:
dentes peccatorū contriuisti.
DOMINI est salus:
& super ppm tuū benedictio tua. Selah.

¶Psalmus Dauid. III.
Domie qd mltiplicati sūt q tribulāt me: 1
multi insurgūt super me.
Multi dicunt animæ meæ: 2
non est salus illi in deo eius.
Tu autem dñe susceptor meus es: 3
gloria mea & exaltans caput meū.
Voce mea ad dominū clamaui: 4
& exaudiuit me de monte sancto suo.
Ego dormiui & somnū cœpi et exurrexi: 5
quoniā dominus suscepit me.
Nō timebo milia populi circūdantis me: 6
exurge dñe saluū me fac deus meus.
Qm tu percussisti oēs aduersātes michi sine cā: 7
dentes peccatorū contriuisti. 8
Domini est salus:
& super populū tuū benedictio tua.

ARGVMENTVM. Psalmus de vocatione gentium relecta idolorū vanitate/ mirifica legis Christi introductione/ illuminatione gētiū/ & augmētatione ecclesiæ/ a cōmunione libamis sacrosāctę panis & vini eucharistiæ. ¶Cōciliat9 ex ānotationib9 versu prio/octauo et decio.

¶Psalmus Dauidi. IIII.
Cum inuocarem exaudisti me DEVS * Elohe.
iustitiæ meæ:
in tribulatione dilatasti michi.
Miserere mei:
& exaudi orationē meam.
Filij hominū vsquequo graui corde:
vt quid diligitis vanitatem et quæritis
mendacium? Selah.
Et scitote qm mirificauit DNS sāctū suū:
DNS exaudiet me cū clamauero ad eū.
Irascimini et nolite peccare:
quæ dicitis in cordibus vestris et in cubilibus vestris compungimini.

¶Psalmus Dauid. IIII. 1
Cum inuocarem exaudiuit me deus
iustitiæ meæ:
in tribulatione dilatasti michi. 2
Miserere mei:
et exaudi orationē meā. 3
Filij hominū vsquequo graues corde:
vt quid diligitis vanitatē et quæritis
mendacium? 4
Et scitote qm admirabilē fecit dñs sāctū suū:
dñs exaudiet me cū clamauero ad eum. 5
Irascimini et nolite peccare:
quæ dicitis in cordibus vestris et in cubilibus vestris compungimini.

6 Sacrificate sacrificiū iustitię et sperate ī dño: multi dicunt quis ostendit nobis bona?
7 Signatū est super nos lumē vultus tui dñe: dedisti lætitiam in cor meum.
8 A tempore frumenti vini & olei sui: multiplicati sunt.
9 In pace in idipsum dormiam: & somnū capiam.
10 Quoniam tu domine singulariter in spe: habitare fecisti me.

Sacrificate sacrificiū iustitiæ et spate ī DNO: multi dicunt quis ostendit nobis bona?
Signatū est super nos lumē vultꝰ tui DNE: dedisti lętitiam in corde meo.
* A fructu frumenti & vini sui: multiplicati sunt.
In pace in idipsū dormiam: & requiescam.
* Qm̄ tu DOMINE singulariter in spe: habitare fecisti me.

ARGVMENTVM. Psalmus/oratio fidelium pro directione & glorificatione spiritualium & correctione carnaliū hominū. ℂ Conciliatus versu nono.

ℂ Psalmus Dauid. V.

1 Verba mea exaudi domine: intellige clamorē meū.
2 Intende voci obsecrationis meæ: rex meus & deus meus.
3 Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam.
4 Mane astabo tibi & videbo: quoniā non deus volens iniquitatē tu es.
5 Non habitabit iuxta te malignus: neq; permanebūt iniusti ante oculos tuos.
6 Odisti dñe oēs qui operantur iniquitatē: perdes omnes qui loquuntur mendaciū.
7 Virū sāguinū & dolosū abominabitur dñs: ego autē in multitudine miserationis tuæ.
8 Introibo in domum tuam: adorabo ad tēplū sāctū tuū in timore tuo.
9 Domine deduc me in tua iustitia propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo iter meū.
10 Quoniā nō est in ore eorū veritas: cor eorum vanum est.
11 Sepulcrū patens est guttur eorū: liguis suis dolose agebāt/iudica illos deꝰ.
12 Decidant a cogitationibus suis/ scdm mltitudinē ipietatū eorū expelle eos: quoniā inamaricauerūt te domine.
13 Et lætentur ōnes qui sperant in te: in æternū exultabūt & habitabis in eis.
14 Et gloriabūt ī te oēs qui diligūt nomē tuū: quoniā tu benedices iusto.
15 Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ: coronasti nos.

ℂ Psalmus Dauidi. V.

Verba mea auribus percipe DOMINE: intellige clamorem meum.
Intende voci orationis meæ: rex meus & DEVS meus. Eloha.
Quoniā ad te orabo DOMINE: mane exaudies vocem meā.
Mane astabo tibi & videbo: qm̄ non DEVS volens iniquitatē tu es. El.
Neq; habitabit iuxta te malignus: neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos.
Odisti oēs qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendaciū.
Virū sāguinū & dolosū abominabitur DNS ego autē in multitudine misericordiæ tuæ.
Introibo in domū tuam: adorabo ad tēplū sanctū tuū in timore tuo.
DOMINE deduc me in iustitia tua propter inimicos meos: dirige in conspectu meo viam tuā.
* Quoniā non est in ore eorū veritas: cor eorū vanū est.
Sepulcrū patēs est guttur eorū: liguis suis dolose agebāt/iudica illos DEVS Elohim.
Decidant a cogitationibus suis/ scdm mltitudinē ipietatū eorū expelle eos: quoniā irritauerunt te dñe.
Et lætentur omnes qui sperant in te: in æternū exultabūt & habitabis in eis:
Et gloriabunt ī te oēs qui diligūt nomē tuū: quoniā tu benedices iusto.
DOMINE vt scuto bonæ voluntatis tuæ: coronasti nos.

ARGVMENTVM. Psalmus de Christi domini oblata pro mēbris suis deo pœnitētia/eiꝰ exauditione/& confusione inimicorū eius. ℂ Conciliatus versu decimo.

ℂ Psalmus Dauid. VI.

1 Domine ne in ira tua arguas me: nec in furore tuo corripias me.
2 Miserere mei dñe quoniā infirmus sū: sana me dñe qm̄ cōturbata sunt ossa mea.
3 Et anima mea turbata est valde: & tu domine vsquequo?
4 Conuertere domine & erue aīam meā: saluū me fac propter misericordiā tuā.
5 Qm̄ nō est in morte qui memor sit tui:

ℂ Psalmus Dauidi. VI.

Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.
Miserere mei DNE qm̄ infirmꝰ sum: sana me DNE qm̄ cōturbata sūt ossa mea.
Et anima mea turbata est valde: sed tu DOMINE vsquequo?
Conuertere DOMINE & eripe aīam meā: saluū me fac propter misericordiā tuā.
Qm̄ nō est in morte qui memor sit tui:

CONCIL.	VET.	
in inferno autem quis cõfitebitur tibi?	in inferno quis confitebitur tibi?	6
Laboraui in gemitu meo/ lauabo p singulas noctes lectũ meũ: lachrimis meis stratum meũ rigabo.	Laboraui in gemitu meo/ lauabo per singulas noctes lectũ meum: in lachrimis meis stratũ meũ rigabo.	7
Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter õnes inimicos meos.	Turbatus est ab ira oculus meus: inueteraui in õnibus inimicis meis.	8
Discedite a me oẽs q operamini iiquitatẽ:	Discedite a me oẽs qui operamini iiquitatẽ:	
qñ exaudiuit DOMINVS vocẽ fletꝰ mei.	quoniã exaudiuit dominꝰ vocẽ fletꝰ mei.	9
Exaudiuit DOMINVS deprecationẽ meã:	Exaudiuit dominus deprecationẽ meam:	
DOMINVS orationẽ meã suscepit.	dominus orationem meam suscepit.	10
Erubescãt & cõturbẽtur vehemẽter omnes inimici mei: auertantur & erubescant valde velociter.	Erubescãt & conturbentur omnes inimici mei: ✻ cõuertantur & confundantur valde velociter.	
ARGVMENTVM. Psalmꝰ/humana depcatio.	¶ Cõciliatꝰ versu octauo/decio et vndecio.	
¶ Psalmus Dauidi. VII.	¶ Psalmus Dauid. VII.	
Eloha. DOMINE DEVS meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus persequẽtibus me & libera me.	Eloha. Domine deus meus in te speraui: saluum me fac ex õnibus persequentibus me & erue me.	1
Ne quãdo rapiat vt leo animam meam: dũ nõ est qui redimat neq; qui saluũ faciat.	Ne quando rapiat vt leo animã meam: dũ nõ est qui redimat neq; qui saluũ faciat.	2
Eloha. DOMINE DEVS meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis.	Eloha. Domine deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis.	3
Si reddidi retribuentibus michi mala: decidã merito ab inimicis meis inanis.	Si reddidi retribuentibus michi mala: decidã ergo ab inimicis meis inanis.	4
Persequatur inimicus animam meam/ & cõphẽdat & cõculcet in terra vitã meã: & gloriam meam in puluerem deducat.	Persequatur ergo inimicus animam meam/ & cõphẽdat et cõculcet in terra vitã meam: & gloriam meam in puluerem deducat.	5
Exurge DOMINE in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.	Exurge domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorũ meorum.	6
Et exurge — domine deus meus •• in pręcepto quod mandasti: & synagoga populorũ circũdabit te.	Et exurge domine deus meus in præcepto quod mandasti: & congregatio populorũ circũdabit te.	7
Et propter hanc in altum regredere:	Et propter hanc in altum regredere:	8
DOMINVS iudicabit populos.	✻ dominus iudicat populos.	
Iudica me DOMINE secũdũ iustitiã meã: & secundum innocentiã meam super me.	Iudica me domine secundũ iustitiã meam: & secundũ innocentiã meam super me.	9
Consumetur nequitia peccatorum & dirriges iustum:	Consumetur autem nequitia peccatorũ et dirrige iustum:	10
Elohim. scrutans corda & renes DEVS iustus.	✻ scrutans corda & renes deus.	
Elohim. Adiutorium meum a DOMINO:	✻ Iustum auxilium meum a domino:	11
qui saluos facit rectos corde.	qui saluos facit rectos corde.	
Elohim. DEVS iudex iustus/fortis & patiens:	Deus iudex iustus/fortis & longanimis:	12
nunquid irascitur per singulos dies?	non iram adducens per singulos dies?	13
Nisi conuersi fueritis/gladiũ suũ vibrauit: arcum suum tetendit & parauit illum.	Nisi conuertimini/gladiũ suũ vibrabit: arcum suum tetendit & parauit illum.	14
Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.	Et in ipso parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus operatus est.	15
Ecce parturijt iniustitiã et concepit dolorẽ: & peperit iniquitatem.	Ecce parturiuit iniustitiã/ concepit laborem: & peperit iniquitatem.	16
Lacum aperuit & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit.	Lacum aperuit & effodit illum: incidet in foueam quam fecit.	17
Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticẽ ipsius iiquitas eius descendet.	Conuertetur labor eius in caput eius: & iniquitas eius in verticem eiꝰ descendet.	18
Confitebor DOMINO secũdũ iustitiã eius:	Confitebor domino secundum iustitiam eiꝰ:	
Elion. & psallã nomini DOMINI ALTISSIMI.	& psallam nomini domini altissimi.	
ARGVMENTVM. Psalmus de ascensione domini/laude ei facta a pueris Hebræorum/inanitione eius ratione assumptæ humanæ infirmitatis/ glorificatione/& potestate ei super om-		

nia a patre data. ¶ Concilíatus versu sexto.

¶ Psalmus Dauid. VIII.

1 DOmine dominus noster:
q̃ admirabile ē nomē tuū ī vniuersa tra
2 Quoniã eleuata est magnificẽtia tua:
super cœlos.
3 Ex ore infantium & lactantiũ psecisti laudẽ/
propter inimicos tuos:
vt destruas inimicum & defensorem.
4 Quoniã videbo cœlos opa digitorũ tuorũ:
lunam & stellas quas tu fundasti.
5 Quid est homo quia memor es eius:
aut filius hominis quoniã tu visitas eum?
6 Minuisti eum paulomin9 ab angelis/
gloria & honore coronasti eum:
et cõstituisti eũ sup oia opa manuũ tuarũ.
7 Omnia subiecisti sub pedibus eius:
oues et boues vniũsas/ĩsup et pecora cãpi.
8 Volucres cœli et pisces maris:
qui perambulant semitas maris.
9 Domine dominus noster:
q̃ admirabile est nomẽ tuũ ī vniuersa terra.

¶ Psalmus Dauidi. VIII.

DOMINE DOMinus noster: Adon.
Q̃ admirabile ē nomẽ tuũ ī vniũsa tra.
Quoniã eleuata est magnificẽtia tua:
super cœlos.
Ex ore ĩfãtiũ & lactẽtiũ perfecisti laudẽ/
propter inimicos tuos:
vt destruas inimicũ & vltorem.
Qm̃ videbo cœlos tuos opa digitorũ tuorũ:
lunam & stellas quæ tu fundasti.
Quid est homo q̃ memor es eius:
aut filius hominis quoniam visitas eum?
*Minuisti eum paulominus a DEO/ Elohim.
gloria & honore coronasti eum:
et cõstituisti eũ sup opera manuũ tuarum.
Omnia subiecisti sub pedibus eius:
oues & boues vniũsas/ĩsup et pecora cãpi.
Volucres cœli & pisces maris:
qui perambulant semitas maris.
DOMINE DOMinus noster: Adon.
q̃ admirabile est nomẽ tuũ ī vniuersa terra.

ARGVMINTVM. Psalm9/ gratiarũ actio de beneficijs a Christo dño datis/de iudicio et cõ dẽnatione pricipis tenebrarũ & cõplicũ eius/abolitione nominis gẽtiũ Christianismi nomine susceptο/persecutionibus ecclesiæ & aduersariorũ tyrãnide/ & tandẽ pauperũ afflictorum & imitatorũ Christi exauditiõe. ¶ Cõciliat9 versu tertio/vicesimotertio/vicesimonono/tricesimo/tricesimosecũdo/ tricesimotertio/ & quadragesimosecũdo. ¶ Aduerte. parti p̃ter id qđ ī ãnotatiõib9 positũ est et partī ex ãnotatiõib9 32 versũ ad trãslationẽ hebraicã adaptatũ esse.

¶ Psalmus dauid. IX.

1 COnfitebor tibi dñe in toto corde meo:
narrabo omnia mirabilia tua.
2 Lætabor et exultabo in te:
psallam nomini tuo altissime.
3 In conuertendo inimicũ meũ retrorsum:
infirmabuntur & peribunt a facie tua.
4 Quoniã fecisti iudiciũ meũ & causã meam:
sedisti sup thronũ qui iudicas æquitatem.
5 Increpasti gentes & perijt impius:
nomen eorum delesti in sæculum & in sæculum sæculi.
6 Inimici defecerunt frameæ in finem:
& ciuitates destruxisti.
7 Perijt memoria eorum cum strepitu:
& dominus in æternum permanet.
8 Parauit in iudicio sedem suam/
& ipe iudicabit orbem terrarũ ī ęquitate:
iudicabit populos cum iustitia.
9 Et factus est dominus refugium pauperi:
adiutor in oportunitatib9/ī tribulatione.
10 Et sperẽt ī te oẽs qui cognoscũt nomẽ tuũ:
quoniã non dereliquisti quęrẽtes te dñe.
11 Psallite domino qui habitat in sion:
annunciate inter gentes mirabilia eius.
12 Qm̃ requirẽs sãguinẽ eorũ memorat9 est:
non est oblitus clamorẽ pauperum.
13 Miserere mei domine:
vide humilitatem meam ab inimicis meis.

¶ Psalmus Dauidi. IX.

COnfitebor tibi DN̄E ī toto corde meo:
narrabo omnia mirabilia tua.
Lætabor & exultabo in te:
psallam nomini tuo ALTISSIME. Elion.
*Cũ cõuerteris ĩimicos meos retrorsum:
infirmabuntur & peribunt a facie tua.
Qm̃ fecisti iudiciũ meũ & causã meam:
sedisti sup thronũ qui iudicas iustitiam.
Increpasti gentes & perijt impius:
nomen eorum delesti in ęternum & in sæculum sæculi.
Inimici defecerunt frameæ in finem:
& ciuitates eorum destruxisti.
Perijt memoria eorum cum sonitu:
& DOMINVS in æternum permanet.
Parauit in iudicio thronũ suum/
& ipse iudicabit orbem terræ in æquitate:
iudicabit populos in iustitia.
Et factus est DN̄S refugiũ pauperi:
adiutor in oportunitatib9/in tribulatione.
Et sperent in te qui nouerũt nomen tuum:
qm̃ non dereliquisti quęrẽtes te DOMINE.
Psallite DOMINO qui habitat in sion:
annũciate inter gentes studia eius.
Qm̃ requirens sanguinẽ eorũ recordatus est:
non est oblitus clamorem pauperum.
Miserere mei DOMINE:
vide humilitatem meam de inimicis meis.

CONCIL.		VET.	
	Qui exaltas me de portis mortis: vt annunciem oēs laudationes tuas in portis filiæ sion.	Qui exaltas me de portis mortis: vt annunciem vniuersas laudes tuas ī portis filiæ sion.	14
Iesua.	Exultabo in SALVTARI tuo: infixę sunt gentes in interitu quē fecerunt.	Exultabo super salutare tuum: infixę sūt gētes in corruptiōe quā fecerūt.	15
	In laqueo isto quē absconderunt: compræhensus est pes eorum.	In muscipula ista quam occultauerunt: comprehensus est pes eorum.	16
☙	Cognoscetur DOMINVS iudicia faciens: in opib⁹ manuū suarū cōphēs⁹ est peccator.	Cognoscetur dominus iudicia faciens: ī opib⁹ manuū suarū apphēs⁹ est peccator.	17
Elohim.	Conuertantur peccatores in infernum: omnes gentes quæ obliuiscuntur DEVM.	Conuertantur peccatores in infernum: omnes gentes quę obliuiscuntur deum.	18
	Quoniam non in finē obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.	Quia non in finem obliuio erit pauperis: sed patientia pauperū non periet ī ęternū.	19
☙	Exurge DOMINE non confortetur homo: iudicentur gentes in conspectu tuo.	Exurge domine nō pręualeat homo: iudicentur gentes in conspectu tuo.	20
☙	Constitue DOMINE legislatorem super eos. vt sciant gentes quoniā homines sunt.	Constitue dñe legislatorem super eos: vt sciant gentes quoniam homines sunt.	21
☙	Vt quid DOMINE recessisti longe: despicis in oportunitatibus in tribulatione?	Vt quid domine discessisti longe: despicis in oportunitatib⁹ in tribulatiōib⁹?	22
	Dum superbit impius incenditur pauper: cōprehendantur in consiliis quæ cogitant. *	Dum superbit impius accenditur pauper: cōprehēdāt ī cogitatiōib⁹ suis qb⁹ cogitāt.	23
	Quā laudat peccator in desyderijs aiæ suæ: & iniquus benedicitur.	Quā laudat peccator ī desyderijs aię suæ: & qui iniqua gerit benedicitur.	24
☙	Exacerbauit DOMINVM peccator: secundum multitudinē iræ suę non quęret.	Irritauit dominum peccator: secundū multitudinē iræ suę non exquiret.	25
Elohim.	Non est DEVS in conspectu eius: inquinatę sunt vię illius in omni tempore.	Non est deus in conspectu eius: contaminantur vię eius in omni tempore.	26
	Auferuntur iudicia tua a facie eius: omnium inimicorum suorum dominabitur.	Auferuntur iudicia tua a facie eius: & omnium inimicorū suorum dominabit.	27
	Dixit enim in corde suo/non mouebor: in generatiōe & generatione ero sine malo. *	Dixit enim in corde suo: nō mouebor de gnatiōe ī gnationē sie malo	28
	Eius maledictiōe os plenum est et amaritudine et dolo: sub lingua eius labor & dolor. *	Cui⁹ maledictiōe os plenū est & amaritudine & dolo: sub lingua eius labor et dolor.	29
	Sedet in insidijs cum diuitibus: vt in occultis interficiat innocentem. *	Sedet in insidijs cum diuitibus in occultis: vt interficiat innocentem.	30
	Oculi eius in pauperem respiciunt: insidiat ī absc̄dito quasi leo in spelunca sua.	Oculi eius in pauperem respiciunt: insidiatur ī occulto velut leo in cubili suo.	31
	Insidiatur vt rapiat pauperem: rapiet pauperē dū attrahet eū ī laqueū suū. *	Insidiatur vt rapiat innocentem: rapere pauperem dum attrahit eum.	32
	Humiliabit eum/inclinabit & cadet: cum dominatus fuerit pauperum. * * *	In muscipula sua humiliabit eum: inclinabitur & cadet cū dñabit pauperum.	33
El.	Dixit enī in corde suo oblit⁹ est DEVS: auertit faciem suam ne videat in finem.	Dixit enim in corde suo oblitus est deus: auertit faciem suam ne videat vsq; in finē.	34
☙ El.	Exurge DN̄E DEVS et exaltet manus tua: ne obliuiscaris pauperum.	Exurge dñe deus & exaltetur manus tua: ne obliuiscaris pauperum in finem.	35
Elohim.	Propter quid irritauit impius DEVM? dixit enim in corde suo non requiret.	Propter quid irritauit impius deum? dixit enim in corde suo non requiret.	36
	Vides quoniā tu laborē & dolorē cōsyderas: vt tradas eos in manus tuas.	Vides quoniā tu laborē & irā consyderas: vt tradas eos in manus tuas.	37
	Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.	Tibi derelictus est pauper: pupillo tu eris adiutor.	38
	Contere brachium peccatoris & malignī: quæretur peccatum illius & non inuenietur.	Contere brachium peccatoris & malignī: requiretur delictum eius nec inuenietur.	39
☙	DN̄S regnabit in ætern ū & in sęculū sęculi: peribitis gentes de terra illius.	Dñs regnabit in æternū & in sęculū sęculi: peribitis gentes de terra illius.	40
☙	Desyderiū pauperū exaudiuit DOMINVS: prēparationē cordis eorū audiuit auris tua.	Desyderium pauperū exaudiuit dominus: p̄parationē cordis eorū exaudiuit auris tua	41

42 Iudicare pupillo & humili:
vt nō apponat vltra magnificare se homo super terram.

*Vt iudices pupillo & humili:
vt non apponat vltra magnificare se homo super terram.

ARGVMENTVM. Psalmus de solicitudine Christi dñi & de vltione gehennæ aduersariorum eius. ¶Conciliatus versu tertio & sexto. Aduerte quarto versu ad normam sermonis nostri ex hebrēo etiam posse legi dominus in templo sancto suo: dominus in cœlo throno suo.

¶Psalmus Dauid. X.

1 IN domino confido/
quomodo dicitis animę meę:
transmigra in montem sicut passer?
2 Quoniā ecce peccatores tetenderunt arcū/
parauerunt sagittas suas in pharetra:
vt sagittent in obscura luna rectos corde.
3 Q uoniam quē perfecisti destruxerunt:
iustus autem quid fecit?
4 D ominus in templo sancto suo:
dominus in cœlo sedes eius.
5 O culi eius in pauperem respiciunt:
palpebræ eius interrogant filios hominum.
6 D ominus interrogat iustum & impium:
qui autem diligit iniquitatē odit aīam suā.
7 P luit super peccatores laqueos:
ignis & sulphur & spiritus procellarū pars calicis eorum.
8 Q uoniam iustus dñs & iustitias dilexit:
æquitatem vidit facies eius.

¶ Ad victoriam Dauidi. X.

IN DOMINO confido/
quomodo dicitis animę meæ:
transmigra in montem sicut passer?
Quoniam ecce peccatores tetenderūt arcū/
parauerunt sagittas suas in pharetra:
vt sagittent in obscuro rectos corde.
*Q uoniam quæ perfecisti destruxerunt:
iustus autem quid fecit?
DOMINVS in templo sancto suo:
DONINVS in cœlo sedes eius.
O culi eius in pauperem respiciunt:
palpebræ eius interrogant filios hominū.
*DOMINVS interrogat iustum:
ipiū aūt & diligētē iniquitatem odit aīa eiꝰ.
P luet super peccatores laqueos:
ignis/sulphur & spiritus procellarū pars calicis eorum.
Q m̄ iustus DOMINVS & iustitias dilexit:
æquitatem vidit vultus eius.

ARGVMENTVM. Psalmus/piorum ad deū cōfugiū malitia carnaliū completa. Remediū per deum Christo domino salutari missō/& liberatio per eum. ¶Conciliatus versu septimo.

¶Canticum Dauid. XI.

1 SAluū me fac dñe qm̄ defecit sanctus:
quoniam diminutę sunt veritates a filijs hominum.
2 V ana locuti sūt vnusquisq; ad proximū suū:
labia dolosa in corde & corde locuti sunt.
3 D ispdat dominus vniuersa labia dolosa:
linguam magniloquam.
4 Q ui dixerūt liguam nostrā magnificabimꝰ/
labia nostra apud nos sunt:
quis noster dominus est?
5 P ropter miseriā inopū & gemitū pauperum:
nunc exurgam dicit dominus.
6 P onam in salutari:
fiducialiter agam in eo.
7 E loquia domini eloquia casta:
argētum igne examinatū terrę/purgatū septuplum.
8 T u dñe seruabis nos & custodies nos:
a generatione hac in æternum.
9 I n circuitu impij ambulant:
scdm altitudinē tuā multiplicasti filios hoim.

¶Canticum Dauidi. XI.

SAluū me fac DN̄E/qm̄ defecit sāctus:
quoniā diminutę sunt veritates a filijs hominum.
V ana locuti sūt vnusquisq; ad proximū suū:
labia dolosa in corde et corde locuti sunt.
D ispersat DN̄S vniuersa labia dolosa:
& linguam magniloquam.
Q ui dixerunt liguā nostrā magnificabimꝰ/
labia nostra a nobis sunt:
quis noster DOMinus est?
P ropter miseriā inopū & gemitū pauperū:
nunc exurgam dicit DOMINVS.
P onam in SALVTARI:
fiducialiter agam in eo.
Eloquia DOMINI eloquia casta:
* argentum igne examinatum/ probatū terra/purgatum septuplum.
T u DN̄E seruabis nos & custodies nos:
a generatione hac in æternum.
In circuitu impij ambulant:
scdm altitudinē tuā mltiplicasti filios hoim

Adon.

Iesua.

ARGVMENTVM. Psalmus/spiritualis deprecatio pro populo hebraico vt respiscat et exultet in Messiah salutari suo. ¶Conciliatus versu primo.

¶Psalmus Dauid. XII.

1 VSquequo dñe obliuiscēris me in finē:
quousq; auertis faciē tuā a me?
2 Quādiu ponā consilia in anima mea:
dolorem in corde meo per diem?

¶Psalmus Dauidi. XII.

VSq;quo DN̄E obliuiscēris me ī finē:
vsquequo auertes faciem tuā a me?
Quādiu ponā cōsilia in anima mea:
dolorem in corde meo per diem?

CONCIL.	VET.	
V sq;quo exaltabitur ĩimicus meus sup me?	V sq;quo exaltabit ĩimicus meꝰ super me?	3
Eloha. respice & exaudi me DN̄E DEVS meus.	respice & exaudi me dn̄e deꝰ meus.	
Illumia oc'los meos ne vnq̄ obdormiã i morte	Illumia oc'los meos ne vnq̄ obdormiãi morte	4
ne qñ dicat inimicꝰ/ꝑualui aduersus eum.	ne qñ dicat ĩimicꝰ meꝰ/ꝑualui aduersꝰ eũ.	
Qui tribulant me exultabunt si motꝰ fuero:	Qui tribulãt me exultabũt si motꝰ fuero:	5
ego autem in misericordia tua speraui.	ego autẽ in tua misericordia speraui.	
Iesua. Exultabit cor meum in SALVTARI tuo/	Exultabit cor meũ in salutari tuo/	6
cantabo DOMINO q bona tribuit michi:	cãtabo domino qui bona tribuit michi:	
— & psallam nomini domini altissimi. ◆◆	& psallam nomini domini altissimi.	

ARGVMENTVM. Psalmus de populo insipiẽti & dato in reprobum sensũ q̄ tẽpꝰ visitationis suę nõ agnouerit/& doctrinam pacis respuerit/negaueritq̄ ipsũ esse deũ imo et patrẽ et filiũ et spiritum sãctum. et de vocatione eius ad veri cognitionem in fine temporum. ¶Cõciliatus versu decimo.

¶Psalmus Dauidi. XIII.	¶Psalmus Dauid. XIII.	
Dixit insipiens in corde suo:	Dixit imprudens in corde suo:	1
Elohim. non est DEVS.	non est deus.	
Corrupti sunt & abominabiles facti	Corrupti sũt & abominabiles facti sũt	2
sunt in studijs suis:	in affectionibus suis:	
non est qui faciat bonum/	non est qui faciat bonum/	
— non est vsq; ad vnum. ◆◆	non est vsq; ad vnum.	
DN̄S de cœlo prospexit super filios hoim:	Dñs de cœlo prospexit sup filios hominum:	3
Elohim. vt videat si est itelligẽs aut reqrẽs DEVM.	vt videat si est intelligẽs aut reqrẽs deum.	
Oẽs declinauerũt/simul inutiles facti sunt:	Oẽs declinauerũt/simul iutiles facti sunt:	4
nõ est qui faciat bonũ/nõ est vsq; ad vnum.	nõ est qui faciat bonũ/nõ est vsq; ad vnum.	
— Sepulcrum patens est guttur eorum/	Sepulcrum patens est guttur eorum/	5
linguis suis dolose agebant:	linguis suis dolose agebant:	
venenũ aspidum sub labijs eorum.	venenum aspidum sub labijs eorum.	
Quorũ os maledictiõe et amaritudie plenũ ẽ:	Quorũ os maledictiõe et amaritudie plenũ ẽ:	6
veloces pedes eorũ ad effũdẽdũ sãguinẽ.	veloces pedes eorũ ad effundẽdũ sãguinẽ.	
Contritio & infœlicitas in vijs eorũ/	Cõtritio & infœlicitas in vijs eorum/	7
& viam pacis non cognouerunt:	& viam pacis non cognouerunt:	
non est timor dei ante oculos eorum. ◆◆	non est timor dei ante oculos eorum.	
Nõne cognoscẽt oẽs qui operanꝫ iiquitatẽ:	Nonne cognoscẽt oẽs qui operãt iniquitatẽ:	8
qui deuorãt plebẽ meã sicut escã panis?	qui deuorant populũ meũ sicut cibũ panis?	
DOMINVM non inuocauerunt:	Dominum non inuocauerunt:	9
illic trepidauerunt timore/	illic trepidauerũt timore/	
— vbi non erat timor. ◆◆	vbi nõ erat timor.	
Elohim. Quoniã DEVS in generatione iusta est:	Quoniã dñs in generatione iusta est:	10
cõsiliũ iopis cõfudistis qñ DN̄S spes eiꝰ ẽ.	cõsiliũ iopis cõfudistis qñ dñs spes eius est.	
Iesua. Quis dabit ex sion SALVTARE Israel?	Quis dabit ex sion salutare Israel?	11
cũ auerterit DN̄S captiuitatẽ plebis suæ:	cũ auerterit dñs captiuitatẽ plebis suæ:	
exultabit Iacob & lętabitur Israel.	exultabit Iacob & lętabitur Israel.	

ARGVMENTVM. Psalmus de conuersatione Christi domini/& quis eum imitans ad eundem conscendet in regnum cœlorum.

¶Psalmus Dauidi. XIIII.	¶Psalmus Dauid. XIIII.	
DN̄E qs habitabit in tabernaculo tuo:	Domĩe qs pegrinabit ĩ tabernaculo tuo	1
aut qs requiescet ĩ mõte sancto tuo?	& quis requiescet in mõte sancto tuo?	
Qui ingreditur sine macula:	Qui ingreditur sine macula:	2
& operatur iustitiam.	& operatur iustitiam.	
Qui loquitur veritatem in corde suo:	Qui loquitur veritatem in corde suo:	3
qui non egit dolum in lingua sua.	qui non egit dolum in lingua sua.	
Nec fecit proximo suo malum:	Nec fecit proximo suo malum:	4
& opprobrium non accepit aduersus pro-	& opprobrium non accepit aduersus pro-	
ximos suos.	ximos suos.	
Ad nichilũ deductꝰ ẽ ĩ cõspectu eiꝰ malignꝰ:	Ad nichilũ deductꝰ ẽ ĩ cõspectu eiꝰ malignꝰ:	5
timentes autem DOMINVM glorificat.	timentes autem dominum glorificat.	
Qui iurat proximo suo & non decipit/	Qui iurat proximo suo & non decipit/	6

qui pecuniam suam non dedit ad vsuram:
& munera super innocentes non accepit.
7 Qui facit hæc:
non commouebitur in ęternum.

qui pecuniam suam nõ dedit ad vsuram:
& munera super innocentem non accepit.
Qui facit hæc:
non mouebitur in æternum.

ARGVMENTVM. Psalmus de Christo precante & faciente semper voluntatem patris/ patre eum mirificante/ vocatione gentium post multiplicatum idololatriæ cultũ/ Christi hæreditate/ reuocatione eius ab inferis/ & incorrupti corporis resumptiõe & sempiterna in dextera diuinæ virtutis/ eius clarificatione. ℂ Conciliatus versu primo.

ℂ Psalmus Dauid. XV.

1 COnserua me dñe quoniã in te speaui/
dixi domino deus meus es tu:
quoniã bonorũ meorum non eges. *
2 Sanctis qui sunt in terra eius:
mirificauit oẽs volũtates meas in illis.
3 Multiplicatæ sunt infirmitates eorum:
postea accelerauerunt.
4 Nõ cõgregabo cõuẽticula eorũ de sãguinib9:
nec memor ero nominũ eorũ p labia mea.
5 D ñs pars hæreditatis meę & calicis mei:
tu es qui restitues michi hęreditatẽ meã.
6 Funes ceciderunt michi in pręclaris:
etenim hæreditas mea pręclara est michi.
7 Benedicã dñm qui michi tribuit intellectũ:
insuper & vsq; ad noctem emendauerunt
me renes mei.
8 Prouidebã dñm ĩ cõspectu meo semper:
quoniã a dextris est michi ne cõmouear.
9 Propter hoc iocundatũ est cor meum/
& exultauit lingua mea:
insuper & caro mea requiescet in spe.
10 Quoniã nõ derelĩques aiam meã ĩ inferno:
neq; dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ.
11 Notas michi feciſti vias vitæ/
adimplebis me lætitia cum vultu tuo:
delectationes in dextera tua vsq; in finem.

ℂ Psalmus Dauidi. XV.

CONserua me DÑE qm̃ speraui in te/ El.
dixi DOMINO DEVS meus es tu: Adonai
quoniã bonũ michi nõ est præter te.
Sanctis qui sunt in terra eius:
mirificauit omnes voluntates meas in eis.
Multiplicatę sunt infirmitates eorum:
postea acceleratierunt.
Nõ cõgregabo cõuẽticula eorũ de sãguinib9:
nec memor ero nominũ eorũ p labia mea.
DÑS pars hæreditatis meę & calicis mei:
tu es qui restitues hæreditatẽ meã michi.
Funes ceciderunt michi in præclaris:
etenim hæreditas mea præclara est michi.
Benedicã DÑM qui tribuit michi intellectũ:
insuper & vsq; ad noctem increpuerunt me
renes mei.
Prouidebã DÑM in conspectu meo semper:
quoniã a dextris est michi ne cõmouear.
Propter hoc lætatũ est cor meũ/
& exultauit lingua mea:
insuper & caro mea requiescet in spe.
Quoniã nõ derelĩques aiam meã in inferno:
nec dabis sanctũ tuũ videre corruptionem.
Notas michi feciſti vias vitæ/
adimplebis me lætitia cum vultu tuo:
delectationes in dextera tua vsq; in finem.

ARGVMENTVM. Psalmus/ oratio pij populi persecutionibus & afflictionibus pressi faciẽ dei & Christi eius videre desyderantis. ℂ Conciliatus versu vndecimo & quartodecimo.

ℂ Psalmus Dauid. XVI.

1 EXaudi domine iustitiam meam:
intende deprecationi meæ.
2 Auribus percipe orationem meam:
non in labijs dolosis.
3 A vultu tuo iudiciũ meum prodeat:
oculi mei videant æquitatem.
4 Probasti cor meũ & visitasti nocte:
igne me examiasti & nõ est iuẽta ĩ me ĩiqtas
5 Vt non loquatur os meũ opera hominũ:
propter verba labiorũ tuorum ego custodiui vias duras.
6 Ad perficiẽdos gressus meos in semitis tuis:
vt non moueantur vestigia mea.
7 Ego clamaui quoniã exaudisti me deus:
iclina aurẽ tuã michi & exaudi verba mea.
8 Mirifica misericordias tuas:
qui saluos facis sperantes in te.
9 A resistẽtib9 dexterę tuæ custodi me dñe:
vt pupillam oculi.

ℂ Oratio dauidi. XVI.

EXaudi DOMINE iustitiam meam:
intende deprecationem meam.
Auribus percipe orationem meam:
non in labijs dolosis.
De vultu tuo iudiciũ meũ prodeat:
oculi tui videant æquitates.
Probasti cor meũ & visitasti nocte:
igne me examiasti & nõ ẽ iuẽta ĩ me iiqtas.
Vt non loquatur os meũ opera hominũ:
propter verba labiorũ tuorũ ego custodiui vias duras.
Perfice gressus meos in semitis tuis:
vt non moueantur vestigia mea.
Ego clamaui qm̃ exaudisti me DEVS: El.
iclina aurẽ tuã michi & exaudi verba mea.
Mirifica misericordias tuas:
qui saluos facis sperantes in te.
A resistentibus dexteræ tuæ custodi me:
vt pupillam oculi.

CONCIL.	VET.	
Sub vmbra alarũ tuarũ protege me: a facie impiorũ qui me afflixerũt.	In tegmine alarũ tuarũ protege me: a facie impiorũ qui me afflixerũt.	10
Inimici mei animã meã circundederunt/ adipe ſuo concluſerunt: os eorũ locutũ eſt ſuperbiã.	Inimici mei animã meã circũdederunt/ * adipem ſuũ concluſerunt: os eorũ locutũ eſt ſuperbiam.	11
Proiciẽtes me nũc circũdederunt me: oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terrã.	Proiſcientes me nunc circũdederunt me: oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.	12
Suſceperũt me ſicut leo paratus ad prædã: & ſicut catulus leonis habitans in abditis.	Suſceperũt me ſicut leo paratus ad prædam: & ſicut catulus leonis habitãs in occultis.	13
Exurge DN̄E prẽueni eos & ſupplãta eos/ eripe animã meã ab impio framea tua: ab inimicis manus tuæ.	*Exurge dñe prẽueni eos & ſubuerte eos/ * erue animã meã ab impiis: frameã tuã ab inimicis manus tuæ.	14
DN̄E a paucis de fra diuide eos ī vita eorũ: de abſcõditis tuis adiplet9 eſt vẽter eorũ.	Dñe pdẽs de terra diſpartire eos ī vita eorũ: & de abſcõditis tuis adiplet9 eſt vẽter eorũ	15
Saturati ſunt filiis: & dimiſerũt reliquias ſuas paruulis ſuis.	Saturati ſunt porcina: & reliquerunt reliquias paruulis ſuis.	16
Ego aũt in iuſtitia apparebo cõſpectui tuo: ſatiabor cũ apparuerit gloria tua.	Ego aũt ī tua iuſtitia apparebo ī cõſpectu tuo ſatiabor dũ manifeſtabitur gloria tua.	17

ARGVMENTVM. Pſalmus de Chriſto dño ſecũdũ infirmitatẽ carnis aſſũptę opẽ a patre et tota diuinitate poſcẽte/ſignis in paſſione/ereptione eius ab vniuerſis malis/ aſſũpta fortitudine ad debellandos oẽs aduerſarios eius & cõtra de indeficiẽti miſeratione in ſeruos eius. ¶ Cõciliat9 verſu nono/quĩtodecimo/viceſimotertio/viceſimoſexto/viceſimonono/quadrageſimoquarto/quadrageſimoquinto & quinquageſimoquarto. ¶ Et aduerte triceſimoquĩto verſu interpretes vocabulũ SVR vertiſſe deũ/Hieronymũ aũt fortẽ. Sed verſu quĩquageſimo tã Hieronymus q̃ interpretes verterunt deũ. ¶ Quinquageſimoquinto verſu non ꝓ primo & typico ſed pro ſecundo & vero Dauid/de quo Hieremias. ſeruient domino deo ſuo & Dauid regi ſuo quem ſuſcitabo eis. Et Ezechiel. non erunt vltra duæ gentes nec diuidentur amplius in duo regna/neq; polluentur vltra in idolis ſuis. & ero eis deus & ſeruus meus Dauid rex ſuper eos & paſtor vnus erit omniũ eorum.

¶ Seruo domini Dauidi. XVII.	¶ Pſalmus dauid. XVII.	
DIligã te DOMINE fortitudo mea: DOMINVS firmamẽtũ meum et refugiũ meũ & liberator meus.	DIligã te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum & refugiũ meũ & liberator meus.	1
El. DEVS meus adiutor meus: & ſperabo in eũ.	Deus meus adiutor meus: & ſperabo in eum.	2
Protector meus & cornu ſalutis meæ: & ſuſceptor meus.	Protector meus & cornu ſalutis meæ: & redemptor meus.	3
Laudans inuocabo DOMINVM: & ab inimicis meis ſaluus ero.	Laudans inuocabo dominũ: & ab inimicis meis ſaluus ero.	4
Circũdederunt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis cõturbauerũt me.	Circũdederunt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis cõturbauerũt me.	5
Dolores inferni circũdederunt me: prẽoccupauerunt me laquei mortis.	Dolores inferni circũdederunt me: præuenerunt me laquei mortis.	6
In tribulatione mea inuocaui DOMINVM: & ad DEVM meum clamaui.	Et in preſſura mea inuocaui dominum: & ad deum meum clamaui.	7
Eloha. Et exaudiuit de tẽplo ſãcto ſuo vocẽ meã: & clamor meus in conſpectu eius introiuit in aures eius.	Et exaudiuit de tẽplo ſancto ſuo vocẽ meã: & clamor meus in conſpectu eius introiuit in aures eius.	8
Commota eſt & contremuit terra/ fũdamẽta mõtiũ cõturbata ſũt & cõmota ſũt: quoniam iratus eſt.	Et cõmota eſt & cõtremuit terra/ et fũdamẽta mõtiũ cõturbata ſũt et cõmota ſũt * quoniam iratus eſt.	9
Aſcendit fumus in ira eius/ & ignis a facie eius exarſit: carbones ſuccenſi ſunt ab eo.	Aſcendit fumus in ira eius/ & ignis a facie eius exardeſcit: carbones ſuccenſi ſunt ab eo.	10
Inclinauit cœlos et deſcendit: et caligo ſub pedibus eius.	Et inclinauit cœlos et deſcendit: et caligo ſub pedibus eius.	11
Et aſcẽdit ſuper cherubim et volauit:	Et aſcendit ſuper cherubim et volauit:	12

volauit ſuper pennas ventorũ.
13 Et poſuit tenebras latibulũ ſuũ ĩ circuitu eĩ9: tabernaculũ eius tenebroſa aqua ĩ nubibus aeris.
14 Prę fulgore ĩ cõſpctũ eĩ9 nubes ſpĩ9 trãſierũt grãdo & carbones ignis.
15 Et intonuit de cœlo dominus/ & altiſſimus dedit vocẽ ſuã:
16 Et emiſit ſagittas ſuas & diſperſit eos: & coruſcatiões mltiplicauit & cõtbauit eos
17 Et apparuerunt fontes aquarũ: & reuelata ſunt fundamenta orbis terrarũ.
18 Ab increpatione tua domine: ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ.
19 Miſit e ſũmo & accepit me: & aſſumpſit me de multitudine aquarũ.
20 Eruit me de inimicis meis fortiſſimis/ et ab ijs qui oderunt me: quoniã confortati ſunt ſuper me.
21 Præuenerunt me in die afflictionis meæ: & factus eſt dñs firmamentũ meũ.
22 Et eduxit me in latitudinẽ: eruit me quoniã voluit me.
23 Et retribuet michi dñs ſcdm iuſtitiã meã: & ſecundũ puritatem manuum mearũ retribuet michi.
24 Quia cuſtodiui vias domini: nec impie geſſi a deo meo.
25 Qm̃ oia iudicia eĩ9 ĩ cõſpectu meo ſũt ſẽp: & iuſtitias eius nõ reppuli a me.
26 Et ero immaculatus cũ eo: et obſeruabo me ab iniquitate mea.
Exquisiui DOMINVM & exaudiuit me: & ex oĩb9 tribulatiõib9 meis eripuit me.	Inquisiui dominũ et exaudiuit me: & ex oĩbus tribulatiõibus meis eripuit me.	4
Accedite ad eũ & illuminamini: & facies vestrę non confundentur.	Accedite ad eũ & illuminamini: & vultus vestri non erubescent.	5
Iste pauper clamauit & dñs exaudiuit eũ: & de oĩb9 tribulatiõib9 ei9 saluauit eũ.	Iste inops clamauit et dñs exaudiuit eũ: & ex oĩbus tribulatiõib9 ei9 saluũ fecit eũ.	6
Irruet angelus dñi in circuitũ timẽtiũ eũ: et eripiet eos.	* Immittit angelus dñi in circuitu timẽtiũ eũ: & eruet eos.	7
Gustate & videte quoniã suauis est dñs: beatus vir qui sperat in eo.	Gustate & videte quoniam suauis est dñs: beatus vir qui sperat in eum.	8
Timete DOMINVM omnes sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eũ.	Timete dominũ omnes sancti eius: quia nichil deest timentibus eum.	9
Diuites egerunt & esurierunt: inquirẽtes aũt dñm nõ minuẽt oĩ bono	Diuites egerunt & esurierunt: inquirentes aũt dñm non minuent oĩ bono.	10
Venite filij audite me: timorem DOMINI docebo vos.	Venite filij audite me: timorẽ domini docebo vos.	11
Quis est homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos?	Quis est homo qui vult vitã: & diligit dies videre bonos?	12
Prohibe linguã tuã a malo: & labia tua ne loquantur dolũ.	Contine linguã tuã a malo: & labia tua ne loquantur dolũ.	13
Diuerte a malo & fac bonũ: inquire pacẽ et persequere eam.	Declina a malo & fac bonũ: quære pacẽ et sequere eam.	14
Oculi DOMINI super iustos: & aures eius in preces eorũ.	Oculi domini super iustos: & aures eius ad preces eorum.	15
Vultus aũt dñi super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorũ.	Vultus autẽ domini super facientes mala: vt perdat de terra memoriã eorũ.	16
Clamauerũt iusti & dñs exaudiuit eos: & ex oĩb9 tribulatiõib9 eorũ liberauit eos.	Clamauerunt iusti & dñs exaudiuit eos: et ex oĩbus tribulatiõibus eorũ eruit eos:	17
Iuxta est dñs ijs qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit.	Iuxta est dñs ijs qui obtriuerunt cor: & humiles spiritu saluos faciet.	18
Multæ tribulationes iusti: & de oĩbus his liberauit eũ DOMINVS.	* Multę tribulationes iustorũ: * & de oĩbus his eruet eos.	19
Custodit dñs omnia ossa eius: vnũ ex eis non cõteretur.	* Custodit dominus omnia ossa eorum: * vnũ ex ijs non conteretur.	20
Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustũ delinquẽt.	Mors peccatorũ pessima: & qui oderunt iustũ delinquent.	21
Redimet dñs animas seruorum suorum: & non delinquent õnes qui sperãt in eo.	Redimet enim dñs aĩas seruorũ suorũ: & non delinquent oẽs qui sperant in eo.	22

ARGVMENTVM. Psalmus/inuocatio diuinæ opis a Christo in aduersarios eius/ de machinationibus & occultis dolis ad perdendũ eũ. de falsis testibus in eũ/ de pœnitentia/ ieunio/ humiliatione et oratione eius pro ijs qui ei molestias intulere et qui eũ mortali insectati sũt odio. resũptio inuocationis diuinę opis & executionis iustitiæ in aduersarios eius/ & imprecatio diuinæ consolationis & lætitiæ ijs qui optabant tranquillitatẽ eius. ¶ Cõciliatus versu sexto/ septimo/ nono/ duodecimo/ septimodecimo/ vndeuicesimo/ vicesimotertio/ vicesimoquarto/ vicesimoseptimo/ duodetricesimo. ¶ Aduerte septimũdecimũ versum ex greco conciliatũ vbi per datiuũ dicitur ὡς πλησίον ὡς ἀδελφῶ ἡμετέρο alloqui ex annotatione adiecta præpositione ad/ fuisset conciliandus/ sed absq; prępositione per datiuũ/ nichilo est deterior sensus. Interiectio vah vah versus 24 & 28 apud Hebręos dicit HEAH HEAH interpretes vero he in v conuertunt.

¶ Psalmus Dauidi. XXXIIII.	¶ Psalmus Dauid. XXXIIII.	
Iudica DOMINE nocentes me: expugna impugnantes me.	Iudica domine nocentes me: expugna impugnantes me.	1
Apprehende arma et scutum: & exurge in adiutorium michi.	Apprehende arma et scutum: & exurge in adiutorium michi.	2

VET.	CONCIL.	
3 Effunde frameã & conclude aduerſus eos qui me perſequuntur: dic animæ meæ ſalus tua ego ſum.	Effunde frameã et conclude aduerſus eos qui perſequuntur me: dic animæ meæ ſalus tua ego ſum.	
4 Confundantur & reuereantur: requirentes animã meã.	Confundantur & reuereantur: quærentes animam meã.	
5 Auertantur retrorſum et confundantur: qui cogitant michi mala.	Auertantur retrorſum & confundantur: cogitantes michi mala.	
6 Fiant tanq̃ puluis ante faciẽ venti: & angelus domini tribulans eos.	Fiant tanq̃ puluis ante faciem venti: * & angelus DOMINI coarctet eos.	
7 Fiant viæ eorũ tenebræ & lubricũ: & angelus domini perſequens eos.	Fiant viæ illorũ tenebræ & lubricũ: * & angelus DOMINI perſequatur eos.	
8 Quoniam gratis abſconderunt michi muſcipulam corruptionis ſuæ: vano exprobrauerunt animã meam.	Quoniam gratis abſconderunt michi interitum laqueí ſui: ſuperuacue exprobrauerunt animã meam.	
9 Veniat illis muſcipula quã ignorãt/ & captio quã occultauerũt cõpl̃ẽdat illos: & in muſcipula incidant in ipſa.	Veniat illi laqueus quem ignorat/ & captio quã abſcõdit apl̃ẽdat eum: * & in laqueũ cadat in ipſum.	
10 Anima autẽ mea exultabit in domino: delectabitur ſuper ſalutare eius.	Anima autẽ mea exultabit in DOMINO: & delectabitur ſuper SALVTARI ſuo.	Ieſua.
11 Omnia oſſa mea dicent: domine quis ſimilis tui?	Omnia oſſa mea dicent: DOMINE quis ſimilis tui?	
12 Eripiens inopem de manu fortioris eius: egenũ & pauperẽ a diripientibus eum.	* Eripiens inopem de manu fortiorum: egenũ & pauperẽ a diripientibus eum.	
13 Inſurgentes teſtes iniqui: quæ ignorabã interrogabãt me.	Surgentes teſtes iniqui: quæ ignorabã interrogabãt me.	
14 Retribuebant michi mala pro bonis: & ſterilitatẽ animæ meæ.	Retribuebãt michi mala pro bonis: ſterilitatem animæ meæ.	
15 Ego autẽ cũ michi moleſti eſſent: induebam me cilicio.	Ego autem cum michi moleſti eſſent: induebar cilicio.	
16 Et humiliabã in ieiunio animam meã: & oratio mea in ſinu meo conuertetur.	Humiliabã in ieiunio animã meã: et oratio mea in ſinu meo conuertetur.	
17 Sicut proximum/quaſi fratrem noſtrum ſic complacebam: tanq̃ lugens et cõtriſtatus ita humiliabar.	* Quaſi proximo et quaſi fratri meo ſic complacebam: quaſi lugens et contriſtatus ſic humiliabar.	
18 Et aduerſũ me lętati ſũt et cõuenerũt i vnũ: cõgregata ſũt i me flagella et ignorauerũt.	Et aduerſũ me lætati ſunt et conuenerunt: cõgregata ſunt ſup me flagella et ignorauí.	
19 Tẽtauerũt me ſubſãnauerũt me ſubſãnatiõe: ſtriduerunt in me dentibus ſuis.	* Diſſipauerunt me nec cõpũcti tentauerũt me/ ſubſannauerunt me ſubſannatione: frenduerunt ſuper me dentibus ſuis.	
20 Domine quando reſpicies/ reſtitue animã meã ab aſtutijs eorum: a leonibus vnicam meam.	DOMINE quando reſpicies/ reſtitue animam meã a malignitate eorum: a leonibus vnicam meam.	
21 Confitebor tibi domine in eccleſia magna: in populo graui laudabo te.	Confitebor tibi in eccleſia magna: in populo graui laudabo te.	
22 Nõ iſultẽt michi qui aduerſãt michi iniquẽ: qui oderunt me gratis annuentes oculis.	Nõ ſupgaudeãt michi q aduerſãt michi iſque qui oderunt me gratis et annuũt oculis.	
23 Quoniã michi quidẽ pacifice loquebãtur: et inſuper iram doloſe cogitabant.	* Quoniã michi non pacifice loquebantur: et i iracũdia terrę loq̃ntes/ dolos cogitabãt.	
24 Et dilatauerunt in me os ſuum: dixerunt euge euge viderunt oculi noſtri.	Et dilatauerunt ſuper me os ſuum: * dixerunt vah vah viderunt oculi noſtri.	
25 Vidiſti domine ne ſileas: domine ne diſcedas a me.	Vidiſti DOMINE ne ſileas: DOMINE ne diſcedas a me.	Adonai.
26 Exurge & intende iudicio meo deus meus: et dominus meus in cauſam meam.	Exurge et intende iudicio meo DEVS meꝰ: et DOMINVS meus in cauſam meam.	Eloha. Adonai.
27 Iudica me domine ſecundũ iuſtitiã meã: et non inſultent in me inimici mei.	* Iudica me ſcd̃ꝫ iuſtitiã meã DN̄E DEꝰ meꝰ: et non ſupergaudeant michi.	Eloha.
28 Nõ dicãt i cordibꝰ ſuis euge euge aię noſtrę	* Nõ dicãt in cordibus ſuis vah vah aię noſtrę:	

CONCIL.	VET.	
nec dicãt deuorabimus eum.	nec dicant absorbuimus eum.	29
Erubescant & reuereantur simul: qui gratulantur malis meis.	Erubescant & reuereantur simul: qui gratulantur malis meis.	
Induantur confusione & reuerentia: qui maligna loquuntur super me.	Induantur confusione & verecundia: qui maligna loquuntur aduersum me.	30
Exultent & lætentur qui volunt iustitiã meã:	Exultent et lętentur qui volũt iustitiã meam:	31
ה & dicãt semper magnificetur DOMINVS qui volunt pacem serui eius.	& dicant semper magnificetur dominus/ qui volunt pacem serui eius.	
Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam: tota die laudem tuã.	Et lingua mea meditabitur iustitiã tuam: tota die laudem tuam.	32

ARGVMENTVM. Psalmꝰ/q̄ iniustus excutiat iugũ timoris dei/de magna misericordia & iustitia dei/& de inscrutabili profunditate iudiciorũ eius/q̄ torrens voluptatis q̄ fons vitæ indeficientis & lumẽ quo omne videtur lumen apudeũ est. imprecatio misericordiæ pro fide illuminatis.& appreçatio superbiæ a qua omnis spiritualis ruina cœpta est.

	¶Ad victoriam/Dauidi. XXXV.	¶Psalmus Dauid. XXXV.	
Elohim.	Dixit iniustus vt deliquat in semetipso: non est timor DEI ante oculos eius.	Dixit iniustus vt deliquat in semetipso: non est timor dei ante oculos eius.	1
	Quoniã dolose egit in cõspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium.	Quoniã dolose egit in conspectu eiꝰ: vt inueniret iniquitatẽ suam et odisset.	2
	Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere vt bene ageret.	Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere vt bene ageret.	3
	Iniquitatẽ meditatus est in cubili suo/ astitit omni viæ non bonæ: malitiã autẽ non odiuit.	Iniquitatem meditatus est in cubili suo/ astitit omni viæ non bonæ: malitiam autem non odio habuit.	4
ה	DOMINE in cœlo misericordia tua;	Domine in cœlo misericordia tua:	5
	& veritas tua vsq; ad nubes.	& veritas tua vsq; ad nubes.	6
El	Iustitia tua sicut montes DEI: iudicia tua abyssus multa.	Iustitia tua sicut montes dei: iudicia tua sicut abyssus multa.	7
ה	Homines & iumenta saluabis DOMINE:	Homines & iumenta saluos facies domine:	
Elohim.	quẽadmodũ multiplicasti miam tuã DEVS.	sicut multiplicata est misericordia tua deꝰ.	8
	Filij autẽ hominũ: in tegmine alarũ tuarũ sperabunt.	Filij autẽ hominum: sub tegmine alarum tuarum sperabunt.	9
	Inebriabuntur ab vbertate domus tuę: & torrente voluptatis tuæ potabis eos.	Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos.	10
	Quoniã apud te est fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen.	Quoniam apud te est fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen.	11
	Prætende misericordiam tuã scientibus te: & iustitiam tuam ijs qui recto sunt corde.	Prætende misericordiã tuã scientibus te: & iustitiam tuã ijs qui recto sunt corde.	12
	Non veniat michi pes superbiæ: & manus peccatoris non moueat me.	Non veniat michi pes superbiæ: & manus peccatorum non moueat me.	
	Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulsi sunt nec potuerunt stare.	Ibi ceciderunt oẽs qui operantur iniquitatẽ: expulsi sunt nec potuerunt stare.	13

ARGVMENTVM. Psalmus/instructio spiritualis quid agendũ & a quibus abstinẽdũ/q̄ piorũ & mansuetorum hæreditas est regnũ cœlorum in æterna diuinæ pacis tranquillitate/impiorũ autẽ & immitiũ exteriores tenebræ vbi erit fletus et stridor dentiũ/& de nouissimis iustorum & iniustorũ ad finẽ vsq; psalmi deducitur. ¶Cõcilliaꝰ versu tertio et tricesimosexto:

	¶Dauidi. XXXVI.	¶Psalmus Dauid. XXXVI.	
Aleph.	Noli æmulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem.	Noli æmulari in malignantibus: neq; æmuleris facientes iniquitatem.	1
	Quoniã tanq̄ fœnũ velociter arescẽt: quẽadmodũ olera herbarũ cito decident.	Quoniã tanq̄ fœnũ velociter arescẽt: & sicut olera prati cito cadent.	2
Beth. ה	Spera in DNO et fac bonitatẽ et inhabita terrã:	Spera in dño et fac bonitatẽ et inhabita terrã:	3
	& pascere in diuitijs eius.	* & pasceris in diuitijs eius.	
ה	Delectare in DOMINO:	Delectare in domino:	4
	& dabit tibi petitiones cordis tui.	& dabit tibi petitiones cordis tui.	
Gimel ה	Reuela DOMINO viã tuã et spera in eo:	Reuela ad dominum viam tuã et spera in eũ:	5
	& ipse faciet.	& ipse faciet.	

6 Et educet sicut lumen iustitiã tuam/
& iudiciũ tuum sicut meridiem:
subditus esto domino & obsecra eum.
7 Ne subemuleris eũ qui prosperatᷣ in via sua:
in homine faciente iniquitatem.
8 Desine ab ira & derelinque furorẽ:
ne subæmuleris vt maligne facias.
9 Quoniã qui maligne agũt exterminabũtur:
sustinentes autẽ dominũ ipsi hęreditate
possidebunt terram.
10 Et adhuc pusillũ & non erit peccator:
& quæres locum eius & non inuenies.
11 Mansueti autẽ hæreditate possidebũt terrã:
& delectabuntur in multitudine pacis.
12 Obseruabit peccator iustum:
& stridebit super eũ dentibus suis.
13 Dominus autẽ irridebit eum:
quoniã prospicit ꝙ veniet dies eius.
14 Gladiũ eduxerunt peccatores:
intenderunt arcum suum.
15 Vt decipiant inopem et pauperem:
vt trucident rectos corde.
16 Framea eorum intret in corda ipsorum:
& arcus eorum conteratur.
17 Melius est modicum iusto:
super diuitias peccatorũ multas.
18 Quoniã brachia peccatorum conterentur:
confirmat autem iustos dominus.
19 Nouit dominus viã immaculatorũ:
et hæreditas eorũ in æternũ erit.
20 Non confundentur in tempore malo/
& in diebus famis saturabuntur:
quoniã peccatores peribunt.
21 Inimici autẽ domini statim vt glorificabũtur
& exaltabuntur:
deficientes sicut fumus deficient.
22 Fœneratur peccator & non soluit:
iustus autẽ miseretur & commodat.
23 Qñ bñdicẽtes eũ hęreditate possidebũt trã:
maledicentes autem ei disperient.
24 A domino gressus hominis dirigetur:
& viam eius volet.
25 Cum ceciderit iustus non conturbabitur:
quoniã dominus firmat manũ eius.
26 Iuuẽis fui & senui/ & nõ vidi iustũ derelictũ
nec semen eius quærens panem.
27 Tota die miseretur & fœneratur:
& semen illius in benedictione erit.
28 Declina a malo & fac bonum:
& inhabita in sæculũ sæculorum.
29 Quoniã dominus amat iudiciũ et non
derelinquet sanctos suos:
in æternum conseruabuntur.
30 Iniusti autẽ punientur:
& semen impiorũ peribit.
31 Iusti hęreditate possidebunt terram:
et inhabitabunt in sæculũ sęculi super eã.

Et educet quasi lumen iustitiam tuam/
& iudiciũ tuum tanq̃ meridiem:
Subditus esto DOMINO et ora eũ. ק Daleth
Noli ęmulari ī eo qui prosperatur in via sua:
in homine faciente iniustitias.
Desine ab ira & derelinque furorem: He.
noli ęmulari vt malignẽris.
Quoniam qui malignantur exterminabũtur:
sustinẽtes autẽ DOMINVM ipsi hęreditabunt terram. ק
Et adhuc pusillũ & non erit peccator: Vau.
& quæres locum eius & non inuenies.
Mansueti autẽ hæreditabunt terrã:
& delectabuntur in multitudine pacis.
Obseruabit peccator iustum: Zai.
& stridebit super eũ dentibus suis.
DOMINVS autem irridebit eum: Adonai.
quoniam prospicit ꝙ veniet dies eius.
Gladiũ euaginauerunt peccatores: Heth.
intenderunt arcum suum.
Vt decipiant pauperem et inopem:
vt trucident rectos corde.
Gladius eorum intret in corda ipsorum:
& arcus eorum confringatur.
Melius est modicum iusto: Theth.
super diuitias peccatorum multas.
Quoniam brachia peccatorum conterentur:
confirmat autem iustos DOMINVS ק
Nouit DOMINVS dies immaculatorum: ק Ioth.
& hęreditas eorum in æternũ erit.
Non confundentur in tempore malo/
& in diebus famis saturabuntur:
Quia peccatores peribunt. Caph.
Inimici vero DOMINI mox vt honorificati ק
fuerint & exaltati:
deficientes quẽadmodũ fumus deficient.
* Mutuatur peccator & non soluit: Lamed.
iustus autẽ miseretur & tribuit.
Quia benedicẽtes ei hęreditabunt terram:
maledicentes autem ei disperibunt.
A pud DOMINVM gressus hominis dirigeᷣ: ק Mem.
& viam eius volet.
Cum ceciderit non collidetur:
quia DOMINVS supponit manum suam. ק
Iunior fui eteni senui et nõ vidi iustũ derelictũ Nun.
nec semen eius quærens panem.
Tota die miseretur et cõmodat:
& semen illius in benedictione erit.
Declina a malo & fac bonũ: Samech.
& inhabita in sæculũ seculi.
Quia DOMINVS amat iudicium et non ק
derelinquet sanctos suos:
In ęternũ conseruabuntur. Ain.
Iniusti punientur:
et semen impiorum peribit.
Iusti autem hæreditabunt terram:
et inhabitabunt in sæculũ sæculi super eã.

	CONCIL.	VET.	
Phe.	O s iusti meditabitur sapientiã: & lingua eius loquetur iudiciũ.	O s iusti meditabitur sapientiã: et lingua eius loquetur iudiciũ.	32 33
Eloha.	L ex DEI eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius.	L ex dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius.	34
Sade.	C onsyderat peccator iustũ: & quærit mortificare eũ.	C onsyderat peccator iustum: & quærit mortificare eũ.	35
☙	DN̄S aũt nõ derelinquet eũ in manib9 ei9: nec dãnabit eũ cum iudicabitur illi.	D ñs aũt nõ dereliquet eũ in manibus eius; nec dãnabit eum cũ iudicabitur illi.	36
Coph. ☙	E xpecta DOMINVM & custodi viã eius/ & exaltabit te vt hæreditate capias terrã: cũ peribunt peccatores videbis.	E xpecta dominũ & custodi viam eius/ & exaltabit te vt hæreditate capias terram: * cũ pereunt peccatores videbis.	37
Res.	V idi impiũ superexaltatũ: & eleuatũ sicut cedros libani. Et transiui et ecce non erat: quæsiui eũ & non est inuentus locus eius.	V idi impiũ superexaltari: & eleuari super cedros libani. Et transiui & ecce non erat: et quæsiui eũ et nõ est inuentus locus eius.	38
Sin.	Custodi innocentiã & vide æquitatẽ: quoniã sunt reliquiæ homini pacifico. Iniusti autem disperibunt: simul reliquię impiorũ interibunt.	Custodi innocẽtiã & vide directionem: quoniã sunt reliquiæ homini pacifico. Iniusti autẽ disperient: in idipsum reliquiæ impiorũ interibunt.	39 40 41
Thau. ☙	S alus autẽ iustorũ a DOMINO: & protector eorũ in tẽpore tribulationis.	S alus autẽ iustorũ a domino: & protector eorũ est in tẽpore tribulationis.	42
☙	Et adiuuabit eos DN̄S & liberabit eos/ & eruet eos a peccatoribus & saluabit eos: quia sperauerunt in eo.	Et adiuuabit eos dominus et eruet eos/ & eximet eos a peccatorib9 & saluabit eos: quia sperauerunt in eo.	

ARGVMENTVM. Psalmus/oratio Christi pro mitigatione irę dei generi humano. Confessio peccatorum pro eodem/quanta pro hominũ satisfactione in hoc mundo dominus passus est/q; vt surdus/vt mutus/vt non habens excusationes tanq̃ ouis ad occisionem ductus est/q; voluntarie se in flagella pro nobis obtulit. noxam nostram vt suam confitetur/multiplicãtur & inualescunt hostes in eum qui peccatum non fecit/opem diuinam implorat/a qua sola eius esse poterat salus. ¶ Concilliatus versu septimodecimo & vicesimosecundo.

	¶ Psalmus Dauidi. XXXVII.	¶ Psalmus Dauid. XXXVII.	
☙	DOMINE ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Quoniã sagittæ tuæ infixæ sũt michi: & confirmasti super me manũ tuã.	DOmine ne in indignatiõe tua arguas me: neq; in ira tua emendes me. Quoniã sagittæ tuę infixę sunt michi: & confirmasti super me manũ tuã.	1 2
	Nõ est sanitas in carne mea a facie iræ tuę: non est pax ossibus meis/ a facie peccatorum meorũ.	Nõ est sanitas in carne mea a vultu irę tuę: non est pax ossibus meis/ a facie peccatorũ meorum.	3
	Qm̃ iiqtates meæ supgressæ sũt caput meũ: & sicut on9 graue grauatę sunt super me.	Qm̃ iniquitates meę sustulerũt caput meum: & sicut fascis grauis grauatę sunt super me.	4
	Putruerunt & corruptę sunt cicatrices meę: a facie insipientię meæ.	Cõputruerũt et putruerũt liuores mei: a facie insipientię meæ.	5
	Miser factus sum & curuatus sũ vsq; in finẽ: tota die contristatus ingrediebar.	Miseriis afflictus & curuatus sũ vsq; in finẽ: tota die contristatus ambulabã.	6
	Quoniã lũbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea.	Quoniã anima mea cõpleta est illusionibus: & non est sanitas in carne mea.	7
	Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebã a gemitu cordis mei.	Infirmatus & humiliatus sum vsq; nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.	8
Adonai.	D OMINE ante te õne desyderiũ meum: & gemitus meus a te non est absconditus.	Et ante te est omne desyderiũ meũ: et gemitus meus non est absconditus a te.	9 10
	Cor meũ conturbatum est/ dereliquit me virtus mea: & lumẽ oculorũ meorũ et ipsũ nõ est mecũ.	Cor meũ conturbatum est/ & deseruit me fortitudo mea: et lumen oculorum meorum nón est mecũ.	11
	Amici mei et proximi mei: aduersũ me appropiquauerũt et steterũt.	Amici mei et proximi mei: aduersũ me appropinquauerũt et steterũt.	12
	Et qui iuxta me erant de longe steterunt: et vi faciebant qui quærebãt animã meã.	Et proximi a longe steterunt: et vim faciebant qui quærebant aiam meã.	

13 Qui quęrebãt mala mea locuti sũt vanitatẽ:
et dolũ tota die meditabantur.
14 Ego autẽ velut surdus nõ audiebã:
& sicut mutus non aperiens os suũ.
15 Et factus sũ sicut homo nõ audiens:
& non habens in ore suo argutiones.
16 Quoniã in te domine speraui:
tu exaudies domine deus meus.
17 Quia dixi neqñ exultẽt in me inimici mei:
& dum cõmouentur pedes mei/
in me magna locuti sunt.
18 Quoniã ego in flagella paratus sum:
& dolor meus ante me est semper.
19 Quoniã iniquitatẽ meã pronunciabo:
& curam geram pro peccato meo.
20 Inimici aũt mei viuũt et cõfirmati sũt sup me:
et multiplicati sunt qui oderunt me iique.
21 Detrahebãt michi q retribuũt mala ꝓ bonis
quoniã persecutus sum iustitiã.
22 Ne derelinquas me domine deus meus:
ne discesseris a me.
23 Intende in adiutoriũ meũ:
domine deus salutis meæ.

Et q igrebãt mala michi locuti sunt vanitates:
et dolos tota die meditabantur.
Ego autẽ tanq̃ surdus non audiebam:
& sicut mutus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo non audiens:
& non habens in ore suo redargutiones.
Quoniã in te DOMINE speraui:
tu exaudies me DOMINE DEVS meus. Eloha.
Quia dixi neqñ supgaudeãt michi inimici mei:
& dum cõmouentur pedes mei/
* super me magna loquantur.
Quoniã ego in flagella paratus sum:
& dolor meus in conspectu meo semper.
Quoniã iniquitatẽ meã annunciabo:
& cogitabo pro peccato meo.
Inimici aũt mei viuũt et cõfirmati sũt sup me:
& multiplicati sunt qui oderunt me inique.
Qui retribuũt mala ꝓ bonis detrahebãt michi
quoniã sequebar bonitatẽ.
Ne derelinquas me DOMINE DEVS meꝰ: Eloha.
* ne discedas a me.
Intende in adiutoriũ meum:
DOMINE — deus ••salutis meæ. Adonai.

ARGVMENTVM. Psalmꝰ/instructio fidelitũ de custodia oris/ de contemptu mundi & concupiscentiarũ eius/de confugiendo ad deũ apud quẽ solũ est substantia nostra & cui omnia viuunt/& iugi postulatione vt anteq̃ ex hoc mundo abeamus dimittat nobis peccata nostra vt in hac & magis in altera vita refrigeriũ inueniamus. ¶Conciliatus versu quarto/ quartodecimo/sextodecimo/et septimodecimo.

¶Psalmus Dauid. XXXVIII.

1 Dixi custodiã vias meas:
vt non delinquã in lingua mea.
2 Ꝓposui ori meo custodiã:
cum consistit aduersus me peccator.
3 Obsurdui et humiliatus sũ/et silui a bonis:
& dolor meus renouatus est.
4 Renouatus est dolor meus:
& in meditatione mea exardescet ignis.
5 Locutus sum in lingua mea:
notũ michi fac dñe finẽ meũ.
6 Et numerũ dierũ meorũ quis est:
vt sciã quid desit michi.
7 Ecce veteres posuisti dies meos:
& substantia mea tanq̃ nichil ante te.
8 Veruntamen vniuersa vanitas:
omnis homo viuens.
9 Quãq̃ in imagine ambulet homo:
tamen vane conturbatur.
10 Thesaurizat:
& non cognoscit cui congregabit ea.
11 Ergo et nũc q̃ est expectatio mea nõne dñs?
et substãtia mea ante te semper.
12 Ab omnibus iniquitatibus meis erue me:
opprobriũ insipienti dedisti me.
13 Obsurdui et nõ aperui os meum
quoniã tu fecisti me:
amoue a me flagella tua.
14 A fortitudine manus tuæ ego defeci

¶Pro Idithum psalmus Dauidi. XXXVIII.

Dixi custodiã vias meas:
vt non delinquã in lingua mea.
Ꝓposui ori meo custodiã:
cũ consisteret peccator aduersũ me.
Obmutui et humiliatus sum/et silui a bonis:
& dolor meus renouatus est.
Concaluit cor meũ intra me:
* & in meditatione mea exarsit ignis.
Locutus sum in lingua mea:
notũ fac michi DOMINE finẽ meum.
Et numerũ dierũ meorũ quis est:
vt sciam quid desit michi.
Ecce mensurabiles posuisti dies meos:
et substãtia mea tanq̃ nichilũ añ te. Selah.
Vniuersa enim vanitas:
omnis homo viuens.
Veruntamen in imagine pertransit homo:
sed & frustra conturbatur.
Thesaurizat:
et ignorat cui congregabit ea.
Et nũc q̃ est expectatio mea nõne DN̄S? Adonai.
et substãtia mea apud te est.
Ab omnibus iniquitatibus meis erue me:
opprobriũ insipienti dedisti me.
Obmutui et non aperui os meũ
quoniam tu fecisti:
amoue a me plagas tuas.
* A fortitudine manus tuę ego defeci:

CONCIL.	VET.	
in increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem.	in argutionibus: pro iniquitate eruditi hominē.	
Et tabescere fecisti sicut araneā aīam ei9: verūtamē vane cōturbaī oīs homo. Selah.	Et contabescere fecisti sicut araneā aīa3 meā: verūtamē vane conturbaī omnis viuens.	15
Exaudi orationem meam DOMINE & deprecationē meā auribus percipe: ad lachrimas meas ne sileas.	Exaudi orationē meā & deprecationē meā: * auribus percipe lachrimas meas.	16
	*Ne sileas a me ne obsurdescas in æternum	17
Qm̄ aduena ego sū apud te et peregrin9: sicut oēs patres mei.	qm̄ inquilin9 ego sum apud te & peregrin9: sicut ōnes patres mei.	
Remitte michi vt refrigerer priusq̄ abeam: & amplius non ero.	Dimitte michi vt refrigerer priusq̄ eā: & amplius iam non ero.	18

ARGVMENTVM. Psalmus/de recognitione beneficiorū Christo domino a sūmo patre & vniuersa diuinitate concessorū/de annunciatione nouæ legis/de diuino timore & spe susceptа a multis/vanitate & insania idololatrię reiecta/de annūciatione & multiplicatiōe mirabiliū dei. de aduētu Christi ad faciēdā volūtatē patris cū veteres cęrimonię a deo fuerūt repudiatę: de libera euāgelizatione diuinę iustitię p eū/& iuocatiōe diuini auxilij et diuię iustitiæ adūs9 inumera mala q̄ nostra causa ipsū pīssere. ¶ Cōciliat9 versu octauo & vicesimoprīo.

¶ Psalmus Dauidi. XXXIX.	¶ Psalmus Dauid. XXXIX.	
EXpectans expectaui DOMINVM: & intendit michi.	SVstinens sustinui dominū: & attendit michi.	1
Et exaudiuit preces meas: et eduxit me de lacu miserię & de luto fecis	Et exaudiuit deprecationē meā: eduxit me de lacu miserię & de luto limi.	2
Et statuit supra petrā pedes meos: & direxit gressus meos.	Posuit supra petrā pedes meos: & direxit gressus meos.	3
Et immisit in os meū canticū nouū: carmen DEO nostro. Elohe.	Immisit in os meū canticū nouū: hymnū deo nostro.	4
Videbunt multi & timebunt: & sperabunt in DOMINO.	Videbunt iusti & timebunt: & sperabunt in dominū.	5
Beat9 vir cui9 est nomē DOMINI spes ei9: & nō respexit ī vanitates & īsanias falsas.	Beatus vir cuius est nomē dñi spes eius: & nō respexit ī vāltates & īsanias mēdaces	6
Mlta fecisti tu DN̄E DE9 me9 mirabilia tua: & cogitatiōib9 tuis nō est q̄ similis sit tibi. Eloha.	Multa fecisti tu dñe deus me9 mirabilia tua: & cogitatiōib9 tuis nō est qui similis sit tibi.	7
Annunciaui & locutus sum: multiplicata sunt super numerū.	Annunciaui & locutus sum: * multiplicati sunt super numerū.	8
Sacrificiū & oblationē noluisti: aures autē perfecisti michi.	Sacrificium & oblationē noluisti: corpus autē perfecisti michi.	9
Holocaustū & pro peccato nō postulasti: tunc dixi ecce venio.	Holocausta etiā pro delicto non petisti: tunc dixi ecce venio.	10
In capite libri scriptū est de me/ vt facerē voluntatē tuā DEVS me9 volui: et legē tuā in medio cordis mei. Eloha.	In capite libri scriptū est de me/ vt facerē voluntatē tuā deus meus volui: & legē tuā in medio cordis mei.	11
Annūciaui iustitiā tuā in ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo	Bene nunciaui iustitiā tuā ī ecclesia magna: ecce labia mea nō prohibebo	12
DOMINE tu scisti.	domine tu cognouisti.	13
Iustitiā tuā non abscondi in corde meo: veritatē tuā & SALVTARE tuū dixi. Iesua.	Iustitiā tuā non abscondi in corde meo: veritatē tuā & salutare tuū dixi.	
Nō abscōdi misericordiā tuā et veritatē tuā: a concilio multo.	Nō celaui misericordiā tuā et veritatē tuam: a congregatione multa.	14
Tu autē DOMINE ne longe facias miserationes tuas a me: mia tua et veritas tua sēp susceperūt me.	Tu autē domine ne elonginquaueris misericordias tuas a me: mia tua et veritas tua sēper susceperūt me.	15
Qm̄ circūdederūt me mala quorū nō ē nūer9/ cōprehenderunt me iniquitates meæ: et nō potui vt viderem.	Qm̄ circūdederūt me mala quorū nō ē nūer9/ cōprehēderunt me iniquitates meæ: & non potui vt viderem.	16
Multiplicatæ sunt sup capillos capitis mei: & cor meū dereliquit me.	Multiplicatæ sunt sup capillos capitis mei: & cor meū dereliquit me.	17

18 Placeat tibi domine/erue me:
domine in adiuuandum michi respice.
19 Cōfūdāt & reuereāt simul q̄ q̄rūt aīaz meā:
vt auferant eam.
20 Conuertantur retrorsum & reuereantur:
qui volunt michi mala.
21 Ferant confestim confusionem suam:
qui dicunt michi euge euge.
22 Exultēt & iocūdētur qui te q̄rūt domine:
& dicāt semper magnificetur dominus/
qui diligunt salutare tuum.
23 Ego autem egenus et pauper sum:
dominus curam habebit mei.
24 Adiutor meus et protector meus:
tu es deus meus ne tardaueris.

Complaceat tibi DOMINE vt eruas me:
DOMINE ad adiuuandum me respice.
Cōfūdant & reuereāt simul q̄ q̄rūt aīaz meā:
vt auferant eam.
Conuertantur retrorsum & reuereantur:
qui volunt michi mala.
Ferant confestim confusionem suam:
* qui dicunt michi vah vah.
Exultent & lętentur sup te oēs q̄rentes te:
& dicant semper magnificetur DN̄S/
qui diligunt SALVTARE tuum. Iesua.
Ego autem mendicus sum & pauper:
DOMINVS solicitus est mei. Adonai.
Adiutor meus & protector meus:
tu es DEVS meus ne tardaueris. Eloha.

ARGVMENTVM. Psalmus/q̄ beatū erat pauperem Christū agnoscere & nunc etiā q̄ beatū pauperē vitę eius cursū cogitare/cōfessio a Christo culpę nostri generis quasi proprię/de aduersantibus pauperi Christo/& Iuda domestico proditore/de saluatoris resurrectione/& constitutione in dextera patris in æternū. ¶Concilliatus versu septimo et decimo.

¶Psalmus Dauid. XXXX.

1 Beat9 q̄ itelligit sup egenū et paupē:
in die mala liberabit eū dominus.
2 Domin9 cōseruet eū et viuificet eū/
& beatum faciat eū in terra:
& non tradat eum in manus inimici eius.
3 Dn̄s opem ferat illi super lectū doloris ei9:
totū stratū eius vertisti in infirmitate ei9.
4 Ego dixi domine miserere mei:
sana aīmā meā quia peccaui tibi.
5 Inimici mei dixerunt mala michi:
quando morietur et peribit nomē eius?
6 Et īgrediebātur vt viderēt vana/locutū est
cor eorū: congregauerunt iniquitatē sibi.
7 Egrediebantur foras:
et loquebantur in idipsum.
8 Aduersū me susurrabant oēs īimici mei:
aduersū me cogitabāt mala michi.
9 Verbū iniquū dispositum aduersum me:
nūquid q̄ dormit nō adijciet vt resurgat?
10 Ecce enī homo pacis meæ in quē speraui:
qui edebat panes meos/
amplauit super me calcaneū.
11 Tu aūt dn̄e miserere mei et resuscita me:
et reddā illis.
12 In hoc cognoui quoniā voluisti me:
quoniā non gaudebit īimic9 me9 sup me.
13 Me autē propter inocētiā meā suscepisti:
et cōfirmasti me in cōspectu tuo ī ęternū.
14 Bn̄dict9 dn̄s de9 israel a sæculo et ī sæculū:
et dicet omnis populus fiat fiat.

¶Psalmus Dauidi. XXXX.

Beat9 q̄ intelligit sup egenū et pauperē:
īn die mala liberabit eum DOMINVS.
DN̄S conseruet eū et viuificet eū/
& beatum faciat eum in terra:
& non tradat eum in aīmā inimicorū eius.
DN̄S opē ferat illi super lectū doloris eius:
vniuersū stratū ei9 versasti ī infirmitate ei9.
Ego dixi DOMINE miserere mei:
sana aīmā meā quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerunt mala michi:
quando morietur & peribit nomen eius?
Et si īgrediebatur vt videret/ vana loq̄batur:
cor eius congregauit iniquitatem sibi.
* Egrediebatur foras:
* et loquebatur.
In vnū aduersū me susurrabāt oēs īimici mei
aduersum me cogitabant mala michi.
Verbum iniquum constituerunt aduersū me:
nūquid qui dormit nō adijciet vt resurgat?
Etenim homo pacis meæ in quo speraui:
* qui manducat meum panem/
leuabit contra me calcaneū suum.
Tu aūt DN̄E miserere mei et resuscita me:
et retribuā eis.
In hoc cognoui quoniam voluisti me:
quoniā non gaudebit īimic9 meus sup me.
Me autē propter innocentiam suscepisti:
et confirmasti me in cōspectu tuo ī æternū
Bn̄dict9 DN̄S DEVS israel a sc̄lo et in sc̄lm: Elohe.
fiat fiat.

ARGVMENTVM. Psalm9/de desyderio plorū ad deū trinū/et vnū vidēdū/de abundantia lachrimarū ob transgressiones et irritationes implorū/excitatione mētis ad se cōsolandū aduersus huiusmodi Zelū/de tribus salutaribus deo vno/iustis iudicijs & vltionibus dei etiā plorū mentes terrentibus/erectione iterū ad consolationē animæ ex oratiōe et beneficiorū trini salutaris/dei vnius confessione. ¶Concilliatus versu secundo/quinto/septimo/octauo/septimodecimo. ¶Aduerte septimo et septimodecimo versu Iesuoth id est salutares aut salutaribus pluraliter in hebræo dici. Similiter et sequentis psalmi versu sexto.

¶Psalmus filijs Corah. XXXXI.

Elohim. Quemadmodũ desyderat ceruus
ad fontes aquarum:
ita desyderat aia mea ad te DEVS.
Elohim. Sitiuit aia mea ad DEVM fortẽ viuũ:
Elohim. quando veniã & apparebo añ faciẽ DEI.
Fuerũt michi lachrię meę panes die ac nocte
Elohe. dũ dicit michi quotidie vbi ẽ DEVS tuꝰ?
Hęc recordatus sũ et effudi i me aiam meã:
qm̃ trãsibo i locũ tabernaculi admirabilis
Elohim. vsq; ad domum DEI.
In voce exultationis & confessionis:
soni epulantis.
Quare tristis es anima mea:
& quare conturbas me?
Elohim. Spera in DEO qm̃ adhuc confitebor illi:
Iesuoth. SALVTARES vultꝰ mei & DEVS meꝰ.
Eloha. Ad meipsũ aia mea conturbata est/
ꝓpterea mẽor ero tui de terra iordanis
& hermonijm:a monte modico.
Abyssus abyssum inuocat:
in voce cataractarũ tuarum.
Omnia excelsa tua & fluctus tui:
super me transierunt.
In die mãdauit DN̄S misericordiã suam:
& nocte canticũ eius.
El. Apud me oratio DEO vitę meæ:
El. dicam DEO susceptor meus es.
Quare oblitꝰ es mei et q̃re cõtristatꝰ ĩcedo:
dũ affligit me inimicus?
Dum confringuntur ossa mea:
exprobraue t michi q tribulãt me ĩimici mei
Dũ dicunt michi per singulos dies:
Elohe. vbi est DEVS tuus?
Quare tristis es anima mea:
& quare conturbas me?
Elohim. Spera in DEO qm̃ adhuc cõfitebor illi:
Iesuoth. SALVTARES vultꝰ mei & DEVS meꝰ.
Eloha. ARGVMENTVM. Psalmꝰ/ petitio liberationis a deo ab irritationibꝰ impiorũ/ missionis lucis & diuinæ veritatis id est visitatiõis in verbo & in spiritu sancto/ quibꝰ instruẽtibus & mõstrantibus itur ad tabernacula/ ad altare dei in nouę natiuitatis regeneratione mundũ lætificantis. insuper triodicæ laudis hymni promissio/ & afflictæ animæ in cõfessiõe trisalutaris dei consolatio. ¶Conciliatus versu tertio & sexto. ¶Aduerte nos tertio versu fœminino genere relatiuum ipsę posuisse/ vt diuinarũ hypostaseon distinctionẽ nobis insinuet: & non ipsa genere neutro ne diuinæ lucis et veritatis videatur substantiæ diuersitatis astructio. Adde et in hebræo cum lux masculini generis sit: relatiuũ quod interpretes dixere ipsa/ illic masculino genere esse et nequaq̃ neutro/ quandoquidẽ neq; neutrũ genus habent Hebręi.

¶Intellectus filijs Corah. XXXXII.

Elohim. Iudica me DEVS
et discerne cãm meã de gẽte nõ scta:
ab homine iniquo & doloso erue me.
Elohe. Quia tu es DEVS fortitudo mea/
quare me reppulisti et quare tristis ĩcedo:
dũ affligit me inimicus?
Emitte lucẽ tuã et veritatẽ tuam:
ipę me deducent et adducent
in mõtẽ sanctũ tuũ et i tabernacula tua.

¶Psalmus filijs Coræ. XXXXI.

Quemadmodũ desyderat ceruus
ad fontes aquarum:
ita desyderat anima mea ad te deus.
Sitiuit anima mea ad deum viuum:
quando veniã & apparebo añ faciẽ dei.
Fuerũt michi lachrię meę panes die ac nocte
dũ dicit michi ꝑ singulos dies vbi ẽ deꝰ tuꝰ?
Hæc meditatꝰ sũ et effudi sup me aiam meã:
qm̃ igrediar i locũ tabernaculi admirabilis
vsq; ad domum dei.
In voce exultationis & confessionis:
soni festiuitatem celebrantis.
Quare tristis es anima mea:
& quare conturbas me?
Spera in dn̄m quoniã confitebor illi:
salutare vultus mei deus meus.
Ad meipsũ anima mea turbata est/
ꝓpterea mẽorat⁹ sũ tui dn̄e de terra iordanis
& hermonijm:a monte paruo.
Abyssus abyssum inuocat:
in voce cataractarum tuarum.
Oẽs suspensiones tuæ & fluctus tui:
super me ingressi sunt.
In die mandauit dn̄s misericordiam suam:
& nocte declarauit.
Apud me oratio deo vitę meæ:
dicã domino susceptor meus es.
Quare mei oblitꝰ es & vt qd cõtristatꝰ ĩcedo:
dum affligit me inimicus?
Dum confringit ossa mea:
exprobrauerũt michi qui tribulãt me.
Dum dicunt michi per singulos dies:
vbi est deus tuus?
Quare tristis es anima mea:
& quare conturbas me?
Spera in domino quoniã adhuc cõfitebor illi:
salus vultus mei & deus meus.

¶Psalmus Dauidi. XXXXII.

Iudica me deus
et discerne causã meã in gẽte nõ sãcta:
ab homine iniquo et doloso erue me.
Quia tu es deus meus fortitudo mea/
vt quid me reppulisti et vt qd tristis ĩcedo:
dũ affligit me inimicus?
Emitte lucẽ tuã et veritatẽ tuam:
ipsa me deduxerunt et perduxerunt
in montẽ sãctũ tuũ et in tabernacula tua.

4 Et introibo ad altare dei:
ad deū qui lętificat iuuentutem meā.
5 Confitebor tibi in cithara deus meus/
vt quid tristis es anima mea:
& vt quid conturbas me?
6 Spera in deo quoniā adhuc confitebor illi:
salutare vultus mei & deus meus.

Et introibo ad altare DEI: Elohim.
ad DEVM qui lętificat iuuentutem meam. El.
Confitebor tibi ī cithara DEVS DEVS meꝰ/ Elohim.
quare tristis es anima mea: Eloha.
& quare conturbas me?
Spera in DEO qm̄ adhuc confitebor illi: Elohim.
* SALVTARE vultꝰ mei & DEVS meus, Iesuoth.

ARGVMENTVM. Psalmus/fidelis synagoge antiquorū beneficiorū dei cōfessio/ prædictio Eloha,
derelictionis hebraicæ gēris a deo/venditionis eius vili aut nullo precio/dispersionis in gen
tes/vilipensionis opprobrij & subsannationis/plorū & adhęrentium Mesiah qui apparuit ꝑ
testimonio veritatis mortificatio & non intermissa occisio/& tādem opis diuinę vt ab ijs tot
& tantis malis eripiat/ imploratio. ¶ Conciliatus versu sexto/septimo et vicesimo.

¶ Psalmus filijs Core. XXXXIII.

1 DEus auribus nostris audiuimus:
patres nostri annunciauerunt nobis.
2 Opꝰ quod operatꝰ es in diebꝰ eorū;
& in diebus antiquis.
3 Manꝰ tua gētes dispdidit et plantasti eos:
infirmasti populos & expulisti eos.
4 Nō enī i gladio suo hęreditate possederūt trā
& brachiū ipsorū nō saluos fecit eos,
5 Sed dextera tua & brachiū tuum
& illuminatio vultus tui:
quoniā complacuisti in eis.
6 Tu es ipse rex meus & deus meus:
qui mandas salutem Iacob.
7 In te inimicos nostros ventilabimus:
& i noīe tuo spernemꝰ insurgētes in nos.
8 Non enim in arcu meo sperabo:
& gladius meus non saluū faciet me.
9 Saluos eni fecisti nos ex affligētibus nos:
et eos qui oderunt nos confudisti.
10 In deo laudabimur tota die:
et in nomine tuo confitebimur in sæcula.
11 Nunc autē reppulisti & confudisti nos:
et nō egredieris deus in virtutibꝰ nostris.
12 Auertisti autē nos retrorsū p̄ inimicis nostris:
et qui nos oderunt diripiebant sibi.
13 Dedisti nos tanq̄ oues escarum:
et in nationibus dispersisti nos.
14 Vendidisti populū tuū sine precio:
et non fuit multitudo in iubilatiōibꝰ eorū.
15 Posuisti nos in opprobriū vicinis nostris:
subsannationem et derisum ijs
qui in circuitu nostro sunt.
16 Posuisti nos in similitudinē in nationibus:
cōmotionē capitis in populis.
17 Tota die verecundia mea contra me est:
& confusio vultus mei operuit me.
18 A voce exprobrantis et obloquentis:
a facie inimici et persequentis.
19 Hęc oīa venerūt sup nos et obliti nō sumꝰ te
& inique non egimus in testamēto tuo.
20 Et non recessit retro cor nostrū:
& declinasti semitas nostras de via tua.
21 Quoniā humiliasti nos de loco ifirmitatis:
& operuit nos ymbra mortis.

¶ Eruditio filijs Corah. XXXXIII.

DEVS auribus nostris audiuimus: Elohim.
patres nostri annunciauerunt nobis.
Opus quod operatꝰ es in diebꝰ eorū;
& in diebus antiquis.
Manus tua gētes disperdidit & plātasti eos:
afflixisti populos & expulisti eos.
Nec enim in gladio suo possederūt terram:
& brachiū eorū nō saluauit eos.
Sed dextera tua & brachium tuum
& illuminatio vultus tui:
quoniam complacuisti in eis.
Tu es ipse rex meus & DEVS meus: Elohim.
* manda salutes Iaacob.
In te inimicos nostros ventilabimus cornu:
* & in noīe tuo spernemus insurgētes i nos.
Non enim in arcu meo sperabo:
& gladius meus non saluabit me.
Saluasti enim nos de affligentibus nos:
& odientes nos confudisti.
In DEO laudabimur tota die: Elohim.
& ī noīe tuo cōfitebimur ī sęculū. Selah.
Nūc autē reppulisti et confudisti nos:
et nō egredieris — deꝰ ‥ī virtutibꝰ nr̄is;
Auertisti nos retrorsū post inimicos nostros:
& qui oderunt nos diripiebant sibi.
Dedisti nos tanq̄ oues escarum:
& in gentibus dispersisti nos.
Vendidisti populum tuum sine precio:
& nō fuit multitudo ī cōmutationibꝰ eorū.
Posuisti nos opprobriū vicinis nostris:
subsannationem & derisum ijs
qui sunt in circuitu nostro.
Posuisti nos in similitudinē gentibus:
cōmotionē capitis in populis.
Tota die verecundia mea contra me est:
& confusio faciei meæ cooperuit me.
A voce exprobrantis & obloquentis:
a facie inimici & persequentis.
Hęc oīa venerūt sup nos nec obliti sumus te:
& inique non egimus in testamento tuo.
Et non recessit retro cor nostrum:
* & nō declinauimꝰ semitas nostras a via tua
Quoniā humiliasti nos in loco afflictionis:
et cooperuit nos ymbra mortis.

CONCIL.		VET.	
Elohe.	Si obliti sumus nomen DEI nostri:	Si obliti sumus nomen dei nostri:	22
El Zar.	et si expādim⁹ man⁹ nostras ad deū alienū	et si expādim⁹ man⁹ nostras ad deū alienū	
Elohim.	Nonne DEVS requiret ista?	Nonne deus requiret ista?	23
	ipse enī nouit abscondita cordis.	ipse enim nouit occulta cordis.	
	Quoniā propter te mortificamur tota die:	Quoniā propter te mortificamur tota die:	24
	æstimati sumus sicut oues occisionis.	deputati sumus sicut oues occisionis.	
Adonai.	Exurge quare obdormis DOMINE?	Exurge quare obdormis domine?	25
	exurge & ne repellas in finem.	exurge & ne repellas vsq; in finem.	
	Quare faciē tuam auertis:	Quare faciem tuam auertis:	26
	obliuiscēris iopię nostrę & tribulatiōis nostrę	obliuiscēris iopiā nostrā et tribulationē nr̄az?	
	Qm̄ humiliata est in puluere anima nostra:	Qm̄ humiliata est in puluere anima nostra:	27
	cōglutinatus est in terra venter noster.	adhęsit in terra venter noster.	
	Exurge — domine •• adiuua nos:	Exurge domine adiuua nos:	28
	& redime nos propter nomen tuum.	& redime nos propter nomen tuum.	

ARGVMENTVM. Psalm⁹/de æterna & tēporali Christi gnatiōe/de efficaci eius sermōe/percussiōe mūdi virga oris ei⁹. vnctiōe eius spūali a trina & vna diuinitate/ trib⁹ apostolicis filiabus Magdalena/Maria Iacobi & Saloma q̄ corporali vnctione voluerint sepulturā domini honorare/ quam dominus resurrectionis gloria præuenit & honore. de primitiua ecclesia & ornatu eius intrinseco/de imitatricibus pijs animabus proxime eā in puritate vitę sequentibus/de duodecim apostolis loco duodecim patriarcharū filiorum Iaacob & tribuū israel ex illis progenitorū/ex quorū doctrina veri dei notitia ad sæculorum finē perdurat. ¶Cōciliatus versu septimo/tertiodecimo/quartodecimo/quitodecimo & sextodecimo et nonodecio.

¶Cāticū dilectionū filijs Corah XXXXIIII.		¶Psalmus filijs Coræ. XXXXIIII.	
	Eructauit cor meū verbū bonū:	Eructauit cor meū verbū bonū:	1
	dico ego opera mea regi.	dico ego opera mea regi.	
	Lingua mea calamus scribę:	Lingua mea calamus scribę:	2
	velociter scribētis.	velociter scribentis.	
	Speciosus forma præ filijs hominū/	Speciosus forma præ filijs hominum/	3
	diffusa est gratia in labijs tuis:	diffusa est gratia in labijs tuis:	
Elohim.	propterea benedixit te DEVS ī æternū.	propterea benedixit te deus in æternum.	
	Accingere gladio tuo super femur tuum:	Accingere gladium tuum circa femur tuum:	4
	potentissime.	potentissime.	
	Specie tua et pulchritudine tua:	Specie tua et pulchritudine tua:	5
	intende prospere/procede et regna.	& intende prospere/ procede & regna:	
	Propter veritatē & māsuetudinē & iustitiā:	Propter veritatē et mansuetudinē et iustitiā:	6
	& deducet te mirabiliter dextera tua.	& deducet te mirabiliter dextera tua.	
	Sagittæ tuæ acutę (populi sub te cadent)	Sagittę tuę acutę potētissīe ppl'i sub te cadēt:	7
	in corde inimicorum regis.	* in corde inimicorum regis.	
Elohim.	Sedes tua DEVS in sæculū sæculi:	Sedes tua deus in sęcula sęculorum:	8
	virga directionis virga regni tui.	virga directionis virga regni tui.	
	Dilexisti iustitiā & odisti iniquitatem:	Dilexisti iustitiā & odisti iniquitatē:	9
Elohim.	propterea vnxit te DEVS DEVS tuus	propterea vnxit te deus deus tuus	
Elohe.	oleo lætitiæ præ consortibus tuis.	oleo exultationis prę participibus tuis.	10
	Mirrha et gutta & casia a vestimentis tuis	Mirrha & gutta & casia a vestimentis tuis	
	a domibus eburneis:	a domibus eburneis:	
	ex qb⁹ delectauer̄t te filię regū ī honore tuo.	ex qb⁹ delectauer̄t te filię regū ī honore tuo	11
	Astitit regina a dextris tuis/	Astitit regina a dextris tuis/	
	in vestitu deaurato: circundata varietate.	in vestitu deaurato: circūdata varietate.	12
	Audi filia & vide & inclina aurem tuam:	Audi filia & vide et inclina aurē tuam:	
	et obliuiscere ppm tuū et domū patris tui	et obliuiscere populū tuū et domū patris tui	13
	Et concupiscet rex decorē tuū:	Quoniā concupiscet rex speciē tuam:	
Adonai.	qm̄ ipe ē DN̄S — de⁹ •• tu⁹ et adora eū *	quia ipse est dn̄s de⁹ tu⁹ et adorabūt eum.	14
	Et o filia tyri: ī mūerib⁹ vultū tuū deprecabūt *	Filiæ tyri in muneribus:	
	omnes diuites plebis.	vultū tuū deprecabūtur oēs diuites plebis.	
	Omnis gloria filię regis ab intus: *	Ois gl'ia ei⁹ filię regis itrisec⁹ i fimbrijs aureis	15
	fimbrijs aureis circūamicta. *	circūamicta varietate.	
	In varietatib⁹ adducēt regi virgines post eā: *	Afferentur regi virgines post eam:	16

proximę eius afferentur tibi.
17 Afferentur in lętitia et exultatione:
adducentur in templũ regis.
18 Pro patribus tuis nati sunt tibi filij:
constitues eos principes super omnẽ terrã.
19 Memores erunt nominis tui:
in omni generatione & generationẽ.
20 Propterea populi cõfitebunt tibi in ęternũ:
& in sæculum sæculi.

ARGVMENTVM. Psalm9/de persecutione fideliũ/turbatione mũdanorũ/crebrescente baptismo quo ablutio & sanctificatio facta est animarũ/inhabitatione dei in mentibus sanctificatis.turbatione gentiũ/inclinatione regnorũ/signo præsentiæ Christi in terris pace scilicet per vniuersã terrã diffusa/inuitatione ad contemplãdã in tranquillitate & pace mentis exaltationem cultus trini dei in gentibus & vniuersa terra/qui idem deus exercituum & deus Iacob est. ℂ Conciliatus versu primo.

ℂ Psalmus filijs Coræ. XXXXV.

1 DEus noster refugiũ et virtus:
adiutor in tribulationibus
quæ inuenerunt nos nimis.
2 Propterea nõ timebim9 dũ cõturbabit terra:
& transferentur montes in cor maris.
3 Sonauerunt & turbatæ sunt aquę eius:
conturbati sunt montes in fortitudine ei9.
4 Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ dei:
sanctificauit tabernaculũ suum altissimus.
5 Deus in medio eius non cõmouebitur:
adiuuabit eam deus vultu suo.
6 Cõturbatę sunt gẽtes & inclinata sũt regna:
dedit vocẽ suã altissimus & mota est terra.
7 Dominus virtutum nobiscum:
susceptor noster deus Iacob.
8 Venite & videte opera domini/
quæ posuit prodigia super terrã:
auferens bella vsq; ad fines terrę.
9 Arcũ conteret & confringet:
arma & scuta comburet igni.
10 Vacate et videte quoniam ego sum deus:
exaltabor in gentibus/
et exaltabor in terra.
11 Dominus virtutum nobiscum:
susceptor noster deus Iacob.

ARGVMENTVM. Psalmus/iuitatio gẽtiũ ad lætitiã q̃ fidẽ trinitatis mõstrãte dño IHESV superimenso & suptremendo rege pceperũt/q̃ ad gloriã æternã vocatę sũt/de ascẽsione dñi in præconizatione angelicę tubę/q̃ deo nostro & regi nostro qui ascendit psallẽdũ sit cũ patre et spũ sancto/q̃ deo regi oĩs terræ psallendũ sapienter/de regno Christi in cognitiõe trinitatis super gentes/sessione eius in regno suo/de apostolis cœlesti conuersatione supra cæteros mortales cum deo versatis & ad deum eleuatis. ℂ Conciliatus versu quarto.

ℂ Psalmus Dauid. XXXXVI.

1 OMnes gentes plaudite manibus:
iubilate deo in voce exultationis.
2 Quoniã dominus excelsus terribilis:
rex magnus super omnẽ terrã.
3 Subiecit plebes nobis:
et gentes sub pedibus nostris.
4 Elegit nobis hæreditatem suam:
speciem iacob quam dilexit.
5 Ascendit deus in iubilatione:

proximę eius afferentur tibi.
Afferentur in lætitia & exultatione:
adducentur in templum regis.
Pro patribus tuis nati sunt tibi filij:
constitues eos principes super omnẽ terrã.
* Memor ero nominis tui:
in omni generatione & generatione.
Propterea populi cõfitebũtur tibi in æternũ:
& in sæculum sæculi.

ℂ Psalmus filijs Corah. XXXXV.

* DEVS nostrũ refugiũ & virtus: Elohim.
adiutor in tribulationibus
* inuentus es plurimus.
Propterea nõ timebim9 dũ turbabitur terra:
& transferentur montes in cor maris.
Sonuerunt & turbatę sunt aquę eorum:
conturbati sũt mõtes ĩ fortitudie ei9. Selah
Fluminis impetus lætificat ciuitatem DEI: Elohim.
sctificauit tabernaculũ suũ ALTISSIMVS Elion.
DEVS in medio eius non commouebitur: Elohim.
adiuuabit eã DEVS mane diluculo. Elohim.
Cõturbatæ sunt gẽtes & inclinata sũt regna:
dedit vocẽ suam/ mota est terra.
DOMINVS VIRTVTVM nobiscum: Sebaoth
susceptor noster DEVS Iaacob. Selah. Elohe.
Venite & videte opera DOMINI/ Ea
quæ posuit prodigia super terram:
auferens bella vsq; ad finẽ terræ.
Arcum conteret & confringet:
arma & scuta comburet igni.
Vacate & videte quoniã ego sum DEVS: Elohim.
exaltabor in gentibus/
& exaltabor in terra.
DOMINVS VIRTVTVM nobiscum: Sebaoth
susceptor noster DEVS Iaacob. Selah. Elohe.

ARGVMENTVM. Psalmus/iuitatio gẽtiũ ad lætitiã q̃ fidẽ trinitatis mõstrãte dño IHESV superimenso & suptremendo rege pceperũt/q̃ ad gloriã æternã vocatę sũt/de ascẽsione dñi in præconizatione angelicę tubę/q̃ deo nostro & regi nostro qui ascendit psallẽdũ sit cũ patre et spũ sancto/q̃ deo regi oĩs terræ psallendũ sapienter/de regno Christi in cognitiõe trinitatis super gentes/sessione eius in regno suo/de apostolis cœlesti conuersatione supra cæteros mortales cum deo versatis & ad deum eleuatis. ℂ Conciliatus versu quarto.

ℂ Psalmus Dauidi. XXXXVI.

OMnes gentes plaudite manibus:
iubilate DEO in voce exultationis. Elohim.
Qm̃ DN̄S EXCELSVS terribilis: Elion.
rex magnus super omnẽ terram.
Subiecit populos nobis:
& gentes sub pedibus nostris.
Hegit nobis hęreditatẽ nostram:
* speciem iaacob quam dilexit. Selah.
Ascendit DEVS in iubilo: Elohim.

	et DOMINVS in voce tubę.	dominus in voce tubæ.	
Elohim.	Psallite DEO nostro psallite/ psallite regi nostro psallite.	Psallite deo nostro psallite/ quoniã rex omnis terræ deus: psallite intelligenter.	6 7
Elohim.	Quoniam rex omnis terræ DEVS: psallite sapienter.		
Elohim.	Regnabit DEVS super gentes:	Regnabit dominus super omnes gentes:	8
Elohim.	DEVS sedet super sedem sanctam suam.	deus sedet super sedem sanctam suam.	
Elohim.	Principes populorum congregati sunt cum DEO Abraham:	Principes populorum conuenerunt cum deo Abraham:	9
Elohim.	qm̃ dij fortes terræ vehemẽter eleuati sũt.	qm̃ dij fortes terrę valde eleuati sunt.	

Beatus quem elegisti & assumpsisti: 4
inhabitabit in atrijs tuis.
Replebimur in bonis domus tuæ: 5
sanctū est tēplū tuū/mirabile in iustitia.
Exaudi nos deus saluator noster: 6
spes oim finiū terrę & in mari longe.
Prępарās mōtes ī fortitudie sua circūcīct9 in 7
potentia: tu qui conturbas fundū maris
sonum fluctuum eius quis sufferet?
Turbabuntur gentes & timebunt omnes 8
qui inhabitant fines terræ a signis tuis:
exitus mane et vespere delectabis.
Visitasti terram & inebriasti eam: 9
multiplicasti ditare eam.
Fluuius dei repletus est aqua: 10
parasti cibū illorū quia ita est p̄paratio tua.
Sulcos ei9 iebria multiplica gnationes eius: 11
in stillicidijs suis lętabitur cum exorietur.
Benedices coronā anni benignitatis tuæ: 12
& campi tui replebuntur vbertate.
Pinguescent fines deserti: 13
et colles exultatione accingentur.
Induti sunt arietes ouium 14
et conualles abundabunt frumento:
clamabunt etenim hymnum dicent.

ARGVMENTVM. Psalmus/pij inuitant omnes terræ habitatores ad dei cultū/ad ei9 opera contemplanda/ad eius potentiam/ sapientiam & vniuersorum prouidentiam/ q̄ nequaq̄ se exaltent increduli/q̄ gentes omnes discant laudare deum/rursus pij gratias agunt q̄ de9 multipliciter eos afflictionibus probauerit & probatos in refrigerium eduxerit/sacrificia ī beneficiorum recognitionem deo oblata/q̄ mente a peccato expiata ad orandū deū sit accedēdum: tunc deus exaudit/tunc dat orandi gratiam/tunc elargitur misericordiam suam. ¶Cōciliatus versu sexto et sextodecimo.

¶Canticum psalmi. LXV.

Elohim. IVbilate DEO omnis terra:
psalmum dicite nomini eius/
date gloriam laudi eius.
Elohim. Dicite DEO q̄ terribilia sunt opera tua
— dñe: ✣✣ in multitudine virtutis tuæ
mentientur tibi inimici tui.
Omnis terra adoret te & psallat tibi:
psalmum dicat nomini tuo. Selah.
Elohim. Venite et videte opera DEI:
terribilis in cōsilijs super filios hominū.
Qui conuertit mare in aridam:
ī flumie ptrāsibūt pede/ibi lętabimur ī ipo
Qui dominatur in virtute sua sęculo:
oculi eius super gentes respiciunt:
qui exasperāt nō exaltētur in semetipsis.
Elohim. Benedicite gentes DEVM nostrum:
et auditam facite vocē laudis eius.

¶Psalmus Dauid LXV.

IVbilate deo omnis terra: 1
psallite nomini eius/
date gloriam laudi eius. 2
Dicite deo q̄ timēda sūt opera tua:
in multitudine potentiæ tuæ
mentientur tibi inimici tui. 3
Omnis terra adoret te et psallat tibi:
psallat nomini tuo altissime. 4
Venite et videte opera dñi:
terribilis in consilijs super filios hominum. 5
Qui conuertit mare in aridam:
ī flumie ptrāsibūt pede/ibi iocūdabimur ī ipo 6
Qui dominatur in virtute sua in ęternum:
oculi eius super gentes respiciunt:
qui amaricant non exaltenturī semetipsis. 7
Benedicite gentes deum nostrum:
et audite vocem laudis eius.

8 Qui posuit animã meã in vitam:
& non dedit in motum pedes meos.
9 Quoniã probasti nos deus:
igniisti nos sicut ignitur argentũ.
10 Induxisti nos in muscipulã/
posuisti tribulationes in dorso nostro:
imposuisti homines super capita nostra.
11 Transiuimus per ignẽ & aquam:
& eduxisti nos in refrigeriũ.
12 Introibo in domũ tuã in holocaustis:
reddã tibi vota mea
quæ distinxerunt labia mea.
13 Et locutũ est os meũ:
in tribulatione mea.
14 Holocausta medullata offeram tibi
cum incenso & arietibus:
offeram tibi boues cum hircis.
15 Venite audite & narrabo oẽs q timetis deũ:
quanta fecit animæ meæ.
16 Ad ipsum ore meo clamaui:
& exaltaui sub lingua mea.
17 Iniquitatẽ si aspexi in corde meo:
non exaudiet dominus.
18 Propterea exaudiuit me deus:
& intendit voci orationis meæ.
19 Benedictus deus meus qui nõ amouit
deprecationẽ meam:
& misericordiã suam a me.

Qui posuit animam meã ad vitam:
& non dedit in cõmotionem pedes meos.
Quoniam probasti nos DEVS: Elohim.
igne nos examinasti sicut examinat argẽtũ.
Induxisti nos in laqueum/
posuisti tribulationes in dorso nostro:
imposuisti homines super capita nostra.
Transiuimus per ignem & aquam:
& eduxisti nos in refrigerium.
Introibo in domum tuam in holocaustis:
reddam tibi vota mea
quæ distinxerunt labia mea.
Et locutum est os meum:
in tribulatione mea.
Holocausta medullata offeram tibi
cum incenso arietum:
offeram tibi boues cum hircis. Selah.
Vẽite audite & narrabo oẽs q timetis DEVM Elohim.
quanta fecit animæ meæ.
Ad ipsum ore meo clamaui:
* & exaltaui in lingua mea.
Iniquitatẽ si aspexi in corde meo:
non exaudiet DOMINVS. Adonai.
Propterea exaudiuit DEVS: Elohim.
& attendit voci deprecationis meæ.
Benedictus DEVS qui non amouit Elohim.
orationem meam:
& misericordiam suam a me.

ARGVMENTVM. Psalmus/oratio piorum in hymno spiritus sancti Christi aduentũ poscẽtium & pariter benedictionẽ patris æterni coæterni verbi et coæterni spiritus sancti. ¶ Aduerte ex hebreo MIZMOR SIR in titulo/proprie posse poni psalmus cantici.

¶ Psalmus cantici. LXVI.

1 Deus misereat nostri & benedicat nos:
illuminet vultũ suũ super nos.
2 Vt cognoscamus in terra viã tuam:
in omnibus gentibus salutare tuum.
3 Confiteantur tibi populi deus:
confiteantur tibi populi omnes.
4 Lætentur & exultent gentes
quoniã iudicas populos in æquitate:
& gentes in terra dirigis.
5 Cõfiteãt tibi ppli deus/cõfiteãt tibi ppli oẽs:
terra dedit fructum suum.
6 Benedicat nos deus deus noster/
benedicat nos deus:
& metuant eum omnes fines terræ.

¶ Psalmus cantici. LXVI.

DEVS misereat nostri & bñdicat nobis: Elohim.
illuminet vultum suum super nos
— et misereatur nostri. ** Selah.
Vt cognoscamus in terra viam tuam:
in omnibus gentibus SALVTARE tuum, Iesua.
Confiteantur tibi populi DEVS: Elohim.
confiteantur tibi populi omnes.
Lętentur & exultent gentes
quoniam iudicas populos in æquitate:
& gentes in terra dirigis.
Cõfiteãt tibi ppli DEVS/ cõfiteãt tibi ppli oẽs: Elohim.
terra dedit fructum suum.
Benedicat nos DEVS DEVS noster/ Elohim.
benedicat nos DEVS: Elohe.
& metuant eum omnes fines terræ. Elohim.

ARGVMENTVM. Psalmus/de excitatione domini & dispersione hostilium cateruarum/ festiuitate fidelium/de eius ascensione/requietione in regno suo cum deo patre & spiritu sãcto/ ĩuitatione gentium ad gaudiũ/vnanimi voluntate credentium in ecclesia eius/de extractione detentorũ in lacu miserię/gentium infidelitate mortuarum ad lumen vitæ vocatione/q ĩ danda prima lege terra mota est/q hymbres copiosos & tonitrua cœlum dedit: sic in danda secunda lege mouebit deus terrenorum corda/ sanctæ doctrinæ suæ hymbres compluet/ tubas & tonitrua prædicantium per orbem audita faciet/ animalia triturantia in horreo dei sebaoth mittet & eisdem euangelizantibus virtutes & signa ministrabit/electi eius erunt/ amici & delecti/ ecclesia spõsa dispensabit ad fidem adductos. forma sponsę: simplex colũba/ summis alis aureis/reliquo corpore argenteo. spõsus: mõs diuinitatẽ obũbrãs. nã excelsus/

CONCIL.		VET.	
	mons vnctus gratiã & misericordiã rorans/mons in quo diuinitatis plenitudo corporaliter inhabitat & inhabitabit in sempiternũ/de ascẽsione sponsi/curru eius & comitiua millenũ millium lætãtiũ multipliciter multiplicatorũ cũ turba e mortis carcere extractorũ/acceptiõe gẽtiũ/vltione inimicorũ eius/de primitiua ecclesia q̃ Christũ regẽ/æternũ spõsũ in carne propriis oculis vidit/de apostolis & discipulis vnde et quibus ex tribubus electi sunt/de Paulo zelo fidei & Christi IHESV charitate extra se facto/missione spiritus sancti et per ipsũ facta pectorũ solidatione: dissipata (quæ a gẽtibus intentata est) fidei contradictione/inuitatione regnorũ terrę ad laudes & gratiarũ actiones Christo regi ascendenti ad sublimia cœlorũ/de confortatione & fortitudine per eũ facta plebi suæ. ¶ Concilliatus versu quinto/octauo/decimo/tertiodecimo/quintodecimo/sextodecimo/septimodecimo/vicesimoquarto et tricesimotertio.		
	¶ Psalmus cantici Dauidi. LXVII.	¶ Psalmus cantici Dauid. LXVII.	
Elohim.	EXurgat DEVS et dissipẽt inimici eius: & fugiãt qui oderũt eũ a facie eius.	EXurgat deus & dissipẽtur inimici eius: & fugiant qui oderunt eũ a facie eius.	1
	SIcut deficit fumus deficiant: sicut fluit cæra a facie ignis:	SIcut deficit fumus deficiant: sicut fluit cæra a facie ignis:	2
Elohim.	sic pereant peccatores a facie DEI.	sic pereant peccatores a facie dei.	
Elohim.	Et iusti epulẽt & exultẽt ĩ cõspectu DEI: et delectẽtur in lætitia.	Et iusti iocundẽtur et exultẽt ĩ cõspectu dei: & delectẽtur in lætitia.	3
Elohim.	Cãtate DEO psalmũ dicite nomini eius/iter facite ei qui ascẽdit super occasũ:	Cãtate deo psallite nomini eius/iter facite ei qui ascendit super occasum:	4
Iah.	DOMINVS nomen illi.	dominus enim nomen est ei.	
	Exultate in conspectu eius: patris orphanorũ & iudicis viduarũ.	* Et exultate in conspectu eius: turbabuntur a facie eius patris orphanorũ & iudicis viduarum.	5
Elohim.	DEVS in loco sancto suo:	Dominus in loco sancto suo:	6
Elohim.	DEus q̃ ihabitare facit vnũs moris ĩ domo.	deus qui ihabitare facit vnũs modi ĩ domo.	
	Qui educit vinctos in fortitudine: siccos eos q̃ exasperãt/q̃ habitãt ĩ sepulcris.	Qui educit compeditos in fortitudine: siccos amaricãtes qui habitãt ĩ sepulcris.	7
Elohim.	DEVS cũ egredereris ĩ cõspectu populi tui: cũ pertransires in deserto. Selah.	* Deus cum egredieris corã populo tuo: * cũ transieris in deserto.	8
	Terra mota est etenim cœli distillauerunt	Terra mota est etenim cœli distillauerunt	9
Elohim.	a facie DEI sinai:	a facie dei mons sina:	
Elohim.	a facie DEI israel.	a facie dei israel.	
Elohim.	Pluuiã voluntariã segregabis DEVS hæreditati tuę: infirmatam vero tu perfeciſti eam.	Pluuiã voluntariã segregãs deus * hęreditati tuæ et infirmata est: tu vero perfeciſti eam.	10
	Animalia tua habitabunt in ea:	Animalia tua inhabitabunt in ea:	11
Elohim.	parasti in dulcedine tua pauperi DEVS.	parasti in suauitate tua egenti deus.	
Adonai.	DOMINVS dabit verbũ euangelizãtibus: virtute multa.	Dominus dabit verbũ euangelizantibus: virtute multa.	12
	Reges virtutũ dilecti dilecti: & speciei domus diuidere spolia.	* Rex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus diuidere spolia.	13
	Si dormiatis inter medios cleros pennæ colũbæ deargentatæ: & posteriora dorsi eius in pallore auri.	Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbę deargentatę: & inter scapulas eius in viriditate auri.	14
	Dum discernit cœlestis reges super eã niue dealbabuntur in Selmon:	Dum discernit supercœlestis reges super eã niues dealbabuntur in Selmon:	15
Elohim.	monte DEI monte pingui.	* montẽ dei montem vberem.	16
	Monte coagulato monte pingui: vt quid suspicamini montes coagulati?	* * Montem incaseatum vel montem pinguẽ: * & quid suspicamini montes incaseatos?	17
Elohim.	Mõte in quo bñplacitũ est DEO habitare: eteni DOMINVS habitabit in finẽ.	* Montẽ in quo placuit deo habitare in eo: eteni dominus habitabit vsq; in finem.	18
Elohim.	Currus DEI decem milibus multiplex milia lætantium:	Currus dei decẽ milium multiplex milia lętantium:	
Adonai.	DOMINVS in eis in Sinai in sancto.	dominus in illis in Sina in sancto.	19
	Ascendisti in altum cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus.	Ascendisti in altũ captiuasti captiuitatem: accepisti dona in hominibus.	

20 Etenim qui non credunt:
inhabitare.
Etenim non credentes:
inhabitare DOMINVM DEVM.

21 Benedictus dominus de die in diē:
prosperum iter faciet nobis deus
sanitatū nostrarum.
Benedictus DOMINVS die quotidie:
prosperum iter faciet nobis DEVS
salutariū nostrorum.
Iah. Elohi.
Adonai.
El.

22 Deus noster deus saluos faciendi:
& domini domini exitus mortis.
DEVS noster DEVS saluos faciēdi:
& DOMINI DOMINI exitus mortis.
El. El.
Adonai

23 Verūtn de⁹ cōq̄ssabit capita inimicorū suorū:
verticē capilli perābulātiū in delictis suis.
Verūtn DE⁹ cōfriget capita inimicorū suorū:
verticē capilli perābulātiū in delictis suis.
Elohim.

24 Dixit dominus ex basan conuertar:
conuertā in profundum maris.
Dixit DOMINVS ex basan conuertam:
* conuertam de profundis maris.
Adonai.

25 Vt intingatur pes tuus in sanguine:
lingua canū tuorū ex inimicis ab ipso.
Vt intingatur pes tuus in sanguine:
lingua canū tuorum ex inimicis ab ipso.

26 Visi sunt gressus tui deus:
gressus dei mei/regis mei qui est ī sācto.
Viderunt ingressus tuos DEVS:
īgressus DEI mei/regis mei qui est in sācto.
Elohim.
Elohim.

27 Præuenerūt principes cōiuncti psallētib⁹:
in medio adolescētularū tympanistriatū.
Præuenerunt principes coniuncti psallētib⁹:
in medio iuuēcularū tympanistriarum.

28 In ecclesijs benedicite dñm deum:
de fontibus israel.
In ecclesijs benedicite DEO DOMINO:
de fontibus israel.
Elohim.
Adonai.

29 Ibi Beniamin adolescētior:
in extasi.
Ibi Beniamin adolescentulus:
in mētis excessu.

30 Principes Iuda duces eorum:
prīcipes Zabulō & prīcipes Nephthalim.
Principes Iuda duces eorum:
principes Zabulō & prīcipes Nephthalim.

31 Manda deus virtutē tuā:
confirma deus hoc qđ operat⁹ es ī nobis.
Manda DEVS virtuti tuæ:
cōfirma hoc DEVS qđ operatus es ī nobis.
Elohe.
Elohim.

32 Atēplo tuo in Ierusalē:
tibi offerent reges munera.
A templo tuo in Ierusalem:
tibi offerent reges munera.

33 Increpa feras calami:
cōgregatio taurorū inter vaccas pp̄lorū
vt excludantur ij qui probati sunt argēto.
* Increpa feram arundinis:
* congregatio taurorū in vitulis populorum/
vt excludant eos qui probati sunt argento.

34 Disperge gētes quæ bella volunt:
venient legati ex ægypto/
æthiopia prēueniet manus eius deo.
Dissipa gentes quæ bella volunt:
venient legati ex ægypto/
æthiopia præueniet manus eius DEO.
Elohim.

35 Regna terræ cantate deo:
psallite domino.
Regna terræ cantate DEO:
psallite DOMINO. Selah.
Elohim.
Elohim.

36 Psallite deo qui ascēdit super cœlū cœlorū:
ad orientē.
— Psallite deo ·· q ascēdit sup cœlū cœli:
ad orientem.
Adonai.

37 Ecce dabit vocē suā vocē virtutis:
date gloriā deo super israel/
magnificētia eius & virtus ei⁹ in nubib⁹.
Ecce dabit voci suæ vocē virtutis:
date gloriā DEO super israel/
magnificentia eius & virtus ei⁹ in nubib⁹.
Elohim.

38 Mirabilis deus in sanctis suis:
de⁹ israel ipse dabit virtutē et fortitudinē
plebi suæ: benedictus deus.
Mirabilis DEVS in sanctis suis:
DEVS israel ipe dabit virtutē et fortitudinē
plebi suę: benedictus DEVS.
Elohim.
El.
Elohim.

ARGVMENTVM. Psalmus/oratio Christi domini in passione/quanta pro generis humani pertulerit insipiētia/quot īproperia/quot cōtēptus & irrisiones/quot ex zelo dei contabescē-tias/quanta assiduitate pro nobis ad deū clamauerit/laboraui inquit clamās/raucę factæ sūt fauces meæ/quanta se pro nobis afflixerit pœnitentia/q̄ pro nostris non pro suis qui peccatū non fecit/satisfecerit delictis/precatur ne aduersū se et suos prēualeat infernus/ q̄ in excessu eius Iudęi pro esu et potu fel & acetū illi porrexerunt/ quo anathemate & qua maledictione a diuina feriendi erant iustitia/q̄ pauperē/dolentē & derelictū misericordia diuina susceptu ra erat. q̄ sacrificiū Christi deo acceptabile supra oē sacrificiū/q̄ suis vitā largiatur ęternam/ ūuitat oīa cœlestia/terrestria/summa & ima ad laudē diuinā/ & ad gratiarū actionē/ de salute Sion & qui habitaturi sunt in ea. ¶ Cōciliatus versu secundo/sextodecimo & triceſimosexto.

¶ Ad victoriā Dauid. LXVIII.

¶ Ad victoriā Dauidi. LXVIII.

1 Saluū me fac deus:
qm̄ intrauerūt aq̄ vsq̄ ad aīam meā.
Saluum me fac DEVS:
qm̄ intrauerūt aquę vsq̄ ad aīam meā.
Elohim.

2 Infixus sum in limo profundi:
Infixus sum in limo profundi:

CONCIL.		VET.	
	& nõ eſt ſubſidẽtia.	* & non eſt ſubſtantia.	
	Veni in altitudinẽ maris:	Veni in altitudinem maris:	3
	& tẽpeſtas demerſit me.	& tẽpeſtas demerſit me.	
	Laboraui clamãs raucę factę ſũt fauces meę:	Laboraui clamãs raucæ factę ſũt fauces meę:	4
Eloha.	defecerũt oculi mei dũ ſperoĩ DEVM meũ	defecerũt oculi mei ab ſperãdo in deũ meũ.	
	Multiplicati ſũt ſup capillos capitis mei:	Multiplicati ſunt ſup capillos capitis mei:	5
	qui oderunt me gratis.	qui oderunt me gratis.	
	Cõfortati ſunt qui perſecuti ſũt me	Confortati ſunt inimici	6
	ĩimici mei iiuſte:	qui perſequuntur me iniuſte:	
	quæ non rapui tunc exoluebã.	quę nõ rapui tunc exoluebã.	
Elohim.	DEVS tu ſcis inſipiẽtiã meã:	Deus tu ſcis imprudẽtiam meam:	7
	& delicta mea a te non ſunt abſcondita.	& delicta mea a te non ſunt abſcondita.	
Adonai.	Nõ erubeſcãt in me qui expectãt te DN̄E:	Nõ erubeſcant in me qui expectant te dñe:	8
℣ ſebaoth	DOMINE VIRTVTVM.	deus virtutum.	
	Non confundantur ſuper me qui q̄runt te:	Nõ confundantur ſuper me qui quærunt te:	9
Elohe.	DEVS iſrael.	deus iſrael.	
	Quoniã propter te ſuſtinui opprobriũ:	Quoniã propter te ſuſtinui exprobrationem:	10
	operuit confuſio faciẽ meam.	operuit irreuerentia faciẽ meã.	
	Extraneus factus ſum fratribus meis:	Alienatus factus ſum fratribus meis:	11
	& peregrinus filijs matris meæ.	& hoſpes filijs matris meæ.	
	Quoniã zelꝰ domus tuæ comedit me:	Quoniã zelus domus tuę comedit me:	12
	& opprobria exprobrantium tibi	& opprobria exprobrantium tibi	
	ceciderũt ſuper me.	ciderunt ſuper me.	
	Et operui in ieiunio animã meã:	Et cooperui in ieiunio animam meam:	13
	et factũ eſt in opprobriũ michi.	& factũ eſt michi in opprobrium.	
	Et poſui veſtimẽtum meũ ciliciũ:	Et poſui veſtimẽtum meum ſaccum:	14
	et factus ſum illis in parabolã.	& factus ſum illis in parabolã.	
	Aduerſũ me loq̃bãtur qui ſedebãt in porta:	Aduerſus me inſultabãt qui ſedebãt ĩ portis:	15
	& in me pſallebant qui bibebant vinum.	& in me pſallebant qui bibebant vinum.	
℣	Mea vero oratio ad te DOMINE:	* Ego autẽ oratio mea ad te domine:	16
Elohim.	tẽpus beneplaciti DEVS.	tẽpus beneplaciti deus.	
	In multitudie miſericordie tuæ exaudi me:	In multitudine miſericordiæ tuæ exaudi me:	17
	in veritate ſalutis tuæ.	in veritate ſalutis tuæ.	
	Eripe me de luto vt non infigar:	Saluũ me fac de luto vt non inhęream:	18
	libera me ab ijs qui oderunt me	eruar ex ijs qui oderunt me	
	& de profundis aquarum.	& de profundo aquarum.	
	Non me demergat tẽpeſtas aquæ/	Non me demergat tẽpeſtas aquæ/	19
	neq; abſorbeat me profundum:	neq; abſorbeat me profundũ:	
	neq; vrgeat ſuper me puteus os ſuũ.	neq; coarctet ſuper me puteus os ſuum.	
℣	Exaudi me DN̄E qm̃ benigna eſt mia tua:	Exaudi me domine qm̃ ſuauis eſt mia tua:	20
	ſecũdum multitudinẽ miſerationũ tuarũ	ſecundũ multitudinẽ miſerationũ tuarum	
	reſpice in me.	reſpice in me.	
	Et ne auertas faciẽ tuam a puero tuo:	Ne auertas faciẽ tuam a puero tuo:	21
	quoniã tribulor velociter exaudi me.	quoniã tribulor velociter exaudi me.	
	Intẽde animæ meæ et libera eã:	Intẽde animę meę et redime eã:	22
	propter inimicos meos eripe me.	propter inimicos meos erue me.	
	Tu ſcis improperium meum	Tu enim agnoſcis opprobrium meum	23
	& confuſionẽ meam:	& cõfuſionem meam:	
	et reuerẽtiam meã.	et verecundiã meã.	
	In conſpectu tuo ſunt oẽs qui tribulãt me:	In conſpectu tuo ſunt oẽs tribulantes me:	24
	ĩproperiũ expectauit cor meũ et miſeriã.	opprobriũ expectauit cor meũ et miſeriam.	
	Et ſuſtinui qui ſimul cõtriſtareť et nõ fuit:	Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur et nõ fuit:	25
	et qui conſolaretur et non inueni.	et conſolantes et non inueni.	26
	Et dederũt in eſcam meã fel:	Et dederunt in eſcam meam fel:	
	et in ſiti mea potauerunt me aceto.	et in ſiti mea potauerunt me aceto.	
	Fiat mẽſa eorũ coram ipſis in laqueum:	Fiat mẽſa eorũ coram ipſis in muſcipulam:	27
	et in retributiones et in ſcandalu.n.	in retributionẽ.	

28 Obſcurẽtur oculi eorum ne videant:
et dorſum eorum ſẽper incurua.
29 Effunde ſuper eos iram tuam:
& indignatio iræ tuæ cõpręhendat eos.
30 Fiat habitatio eorũ deſerta:
& ĩ tabernaculis eorũ nõ ſit qui ĩhabitet.
31 Q̃m quẽ tu percuſſiſti ipſi perſecuti ſunt:
& ſuper dolorẽ vulnerũ meorũ addiderũt.
32 Appone iniquitatẽ ſuper iniquitatẽ ipſorũ:
& non intrent in tua iuſtitia.
33 Deleantur de libro viuentiũ:
& cum iuſtis non ſcribantur.
34 Pauper & dolens ego ſum:
& ſalus vultus tui deus ſuſcepit me.
35 Laudabo nomen dei cum cantico:
magnificabo eũ in laude.
36 Et placebit deo ſuper vitulũ nouellũ:
cornua producentẽ et vngulas.
37 Videant inopes & lætentur:
quęrite dominũ & viuet anima veſtra.
38 Quoniã exaudiuit pauperes dñs:
& cõpeditos ſuos non ſpreuit.
39 Laudent illum cœli & terra:
mare & omnia repentia in eis.
40 Quoniã deus ſaluam faciet ſion:
& ædificabuntur ciuitates iudæ.
41 Et inhabitabunt ibi:
& hæreditate acquirent eam.
42 Et ſemen ſeruorũ eius obtinebunt eã:
et qui diligũt nomẽ eius ĩhabitabũt in ea.

Obſcurẽtur oculi eorum ne videant:
et dorſum eorum ſemper incurua.
Effunde ſuper eos iram tuã:
& furor irę tuæ cõpræhendat eos.
Fiat habitatio eorũ deſerta:
& in tabernaculis eorũ nõ ſit qui inhabitet.
Quoniam quẽ tu percuſſiſti perſecuti ſunt:
& ſuper dolorẽ vulnerũ meorũ addiderunt.
Appone iniquitatẽ ſuper iniquitatẽ eorũ:
& non intrent in iuſtitiam tuam.
Deleantur de libro viuentiũ:
& cum iuſtis non ſcribantur.
Ego ſum pauper & dolens:
ſalus tua DEVS ſuſcepit me. Elohím.
Laudabo nomẽ DEI cũ cantico: Elohím.
& magnificabo eum in laude.
* Et placebit DNO ſuper vitulum nouellum:
cornua producentem & vngulas.
Videant pauperes & lætentur:
quærite DEVM & viuet anima veſtra. Elohím.
Q̃m exaudiuit pauperes DOMINVS:
& vinctos ſuos non deſpexit.
Laudent illum cœli & terra:
mare & omnia reptilia in eis.
Quoniã DEVS ſaluã faciet ſion: Elohím.
& ædificabuntur ciuitates iudæ.
Et inhabitabunt ibi:
& hęreditate acquirent eam.
Et ſemen ſeruorũ eius poſſidebit eam:
et qui diligunt nomẽ eius habitabũt in ea.

ARGVMENTVM. Pſalmus/reiteratio eorũ quæ de Chriſto domino triceſimuſnonus pſalmus continet. ¶Aduerte quinto verſu magnificetur dominus etſi hic interpretes et Hieronymus habeant dominus: reperio nichilominus in hebræo Elohim. At pſalmo 39 verſu 22 huic verſui reſpondente habetur magnum nomen dei יהוה.

¶Pſalmus Dauid. LXIX.

1 DEus in adiutorium meum intende:
domine vt adiuues me feſtina.
2 Confundantur et reuereantur:
qui quærunt animã meã.
3 Auertantur retrorſum et erubeſcant:
qui cogitant michi mala.
4 Auertantur ſtatim erubeſcentes:
qui dicunt michi euge euge.
5 Exultent et iocũdẽtur in te oẽs qui q̃rũt te:
et dicant ſemper magnificetur dñs/
qui diligunt ſalutare tuũ.
6 Ego vero egen9 et pauper ſum:
deus adiuua me.
7 Adiutor et erutor meus es tu:
domine ne tardaueris.

¶Ad victoriam Dauidi. LXIX.

DEVS in adiutorĩũ meũ intende: Elohím.
DOMINE ad adiuuandũ me feſtina.
Confundantur et reuereantur:
qui quærunt animam meam.
Auertantur retrorſum et erubeſcãt:
qui volunt michi mala.
Auertantur ſtatim erubeſcentes:
qui dicunt michi euge euge.
Exultent et lętentur in te oẽs qui quærũt te:
et dicãt ſemper magnificetur DOMINVS/ Elohím.
qui diligunt SALVTARE tuum. Ieſua.
Ego vero egenus et pauper ſum:
DEVS adiuua me. Elohím.
Adiutor meus et liberator meus es tu:
DOMINE ne moreris.

ARGVMENTVM. Pſalmus/ oratio Chriſti domini ſecũdum carnis diſpenſationẽ pro ſe et ſuis maxime in nouiſſimis tẽporibus vbi refriguerit multorũ charitas/q̃ dominus nõ humano more doctus ſit litteras/q̃ a deo ab ineunte ætate didicerit mirabilia quæ ad finẽ vſq̃ ſæculi euangelizanda reliquit/q̃ deus illi cũ deſcendit ad inferos oſtenderit ſupplicia quæ infideles et impij ſine fine perpeſſuri ſunt/vnde eum in vitã & indeficientem conſolationẽ reuocauit/pſallentem et confitẽtẽ iugiter beneficia dei qui animã eius redemit et inimicos eiꝰ cõfudit. ¶Conciliatus verſu viceſimoquarto et viceſimoſexto.

CONCIL.

¶ Psalmus. LXX.

℟ IN te DOMINE speraui
non confundar in æternum:
in iustitia tua libera me & eripe me.
Inclina ad me aurem tuã:
& salua me.
Sur. Esto michi in DEVM protectorem
& in locum munitum:
vt saluum me facias.
Quoniam firmamentũ meũ:
et refugiũ meũ es tu.
Elohim. DEVS meꝰ eripe me de manu peccatoris:
& de manu cõtra legẽ agẽtis & iniqui.
℟ Quoniã tu es patientia mea DOMINE:
Adonai. DOMINE spes mea a iuuentute mea.
In te confirmatus sum ex vtero:
de ventre matris meæ tu es ꝓtector meus.
In te cantatio mea sẽper/
tanq̃ prodigiũ factus sum multis:
& tu adiutor fortis.
Repleatur os meũ laude
vt cantẽ gloriã tuam:
tota die magnitudinẽ tuam.
Ne proijcias me in tẽpore senectutis
cũ defecerit virtus mea:
ne derelinquas me.
Quia dixerunt inimici mei michi:
& qui custodiebant animã meã
conciliũ fecerunt in vnũ.
Elohim. Dicentes DEVS dereliquit eũ/
persequimini & cõpræhẽdite eũ:
quia non est qui eripiat.
Elohim. DEVS ne elongeris a me:
Eloha. DEVS meus in auxiliũ meũ respice.
Cõfũdant & deficiãt detrahẽtes aię meæ:
operiantur confusione & pudore
qui quęrunt mala michi.
Ego autẽ sẽper sperabo:
& adijciã super oẽm laudẽ tuã.
Os meũ annũciabit iustitiã tuã:
Iesua. tota die SALVTARE tuũ.
Quoniã non cognoui litteraturam
Adonai. introibo in potentias DOMINI:
℟ DN̄E memorabor iustitiæ tuæ solius.
Elohim. DEVS docuisti me a iuuentute mea:
& vsq; nunc pronunciabo mirabilia tua.
Et vsq; in senectã et seniũ:
Elohim. DEVS ne derelinquas me.
Donec annunciẽ brachiũ tuũ:
generationi õni quæ ventura est.
Elohim. Potentiã tuã & iustitiã tuã DEVS
vsq; in altissima quæ fecisti magnalia:
Elohim. DEVS quis similis tibi?
Quantas ostendisti michi tribulationes
multas et malas & cõuersꝰ viuificasti me:
& de abyssis terræ iterũ reduxisti me.
Multiplicasti magnificẽtiã tuam:

VET:

¶ Psalmus. LXX.

Deus in te speraui domine 1
non confundar in æternum:
in iustitia tua erue me & exime me.
Inclina ad me aurem tuam: 2
& saluum me fac.
Esto michi in deũ protectorem 3
& in locum munitum michi esto:
vt saluũ me facias.
Quoniam firmamẽtũ meum: 4
& refugium meũ es tu.
Deus meus erue me de manu peccatoris: 5
de manu legẽ prætereuntis & iniqui.
Quoniã tu es patientia mea domine: 6
domine spes mea a iuuentute mea.
In te confirmatus sum ex vtero: 7
de ventre matris meæ tu es protector meus.
In te decantatio mea semper/ 8
tanq̃ prodigiũ factus sum multis:
sed tu es adiutor fortis.
Repleatur os meũ laude 9
vt hymnidicã gloriã tuã:
tota die magnificentiã tuã.
Ne proijcias me ĩ tẽpore senectutis . 10
cũ deficiet virtus mea:
ne derelinquas me.
Quia dixerunt inimici mei michi: 11
& qui custodiebant animã meã
conciliũ fecerunt in vnũ.
Dicentes deus dereliquit eũ/ 12
persequimini & cõpræhendite eũ:
quia nõ est qui eruat eum.
Dñe deus meus ne elonges a me: 13
deus meus in adiutoriũ meũ respice.
Confũdant & deficiãt cõmittẽtes aiam meã: 14
induantur confusione et verecundia
qui cogitant michi mala.
Ego autẽ semper in te sperabo: 15
& adijciã super oẽm laudẽ tuam.
Os meũ pronunciabit iustitiã tuã: 16
tota die salutẽ tuã.
Quoniã non cognoui negociationes 17
introibo in potentiã domini:
domine memorabor iustitiæ tuæ solius.
Deus docuisti me ex iuuentute mea: 18
& vsq; nunc annunciabo mirabilia tua.
Et vsq; in senectã & seniũ: 19
domine ne derelinquas me.
Donec annunciẽ brachiũ tuũ: 20
generationi õni superuenturæ.
Potentiã tuã et iustitiã tuã deus 21
vsq; in altissima quæ fecisti magnalia:
deus quis similis tibi? 22
Quantas ostendisti michi tribulationes
multas et malas & conuersꝰ viuificasti me:
& de abyssis terræ iterũ reduxisti me. 23
Multiplicasti iustitiã tuam:

& conuersus consolatus es me.
24 Etenim ego confitebor tibi
in vasis psalmi veritatē tuā:
psallā tibi in cithara sanctus israel.
25 Exultabunt labia mea cū psallam tibi:
& anima mea quā redemisti.
26 Adhuc autē & lingua mea tota die
meditabitur iustitiā tuā:
cum confusi fuerint & erubuerint
qui quærunt mala michi.

& conuersus consolatus es me.
* Ego autē confitebor tibi
in vasis psalmi veritatē tuā DEVS: Eloha.
psallā tibi in cithara sanctus Israel.
Exultabunt labia mea cum cantauero tibi:
& anima mea quā redemisti.
* Sed & lingua mea tota die
meditabitur iustitiam tuam:
* cū confusi & reueriti sint
qui quærunt mala michi.

ARGVMENTVM. Psalmus/prophetia de Christo dño rege Messiah filio regis æterni/de iudicio eius/de permanentia eius æterna/de descensu eius in gremiū virginis inuiolato virginitatis honore/immo supra oēm virginitatis honorē honorato/signo/& beneficio aduentus eius/iustitia/abundantia pacis & terrenorū cū cœlestibus/recōciliatione vsq; ad consummationē seculi/ de dominio eius ad terminos orbis terræ/ q; Aethiopes/reges Tharsis/Arabū & Saba dona illi essent allaturi/ q; omnes reges & gentes fidem eius sint suscepturi/ q; redempturus esset genus humanū/q; infirmos/claudos/cæcos/surdos/mutos sanatur9/animas viuificaturus/ ex publicanis discipulos/ & apostolos electurus/ q; quærente eius necem Herode viueret/q; offerendū ei aurū Arabiæ/q; adorandus semper & benedicēdus/ de sacro triticeo libo sacrificij quod in memoriā eius in capitibus sacerdotū conspectui populi leuatur/ cuius fructus & vtilitas super omnē aliū extollitur fructū & omnē aliā superexcellit vtilitatē/ q; semper nomē eius benedicendū/q; nomen eius INNON æternū/q; ille est in quo benedicendę erant omnes tribus terræ & quē omnes gentes adoraturę erant/de benedictione dei q hæc mira facit/cuius maiestate/ aduētu Messiæ omnis terra replenda erat. ¶Concilia9 versu secundo/quinto & sextodecimo.

¶ Psalmus Salomoni. LXXI.

1 DEus iudiciū tuū regi da:
& iustitiā tuā filio regis.
2 Iudicare populū tuū ī tua iustitia:
& pauperes tuos in iudicio.
3 Suscipiant montes pacē populo:
& colles iustitiā.
4 Iudicabit pauperes populi
& saluos faciet filios pauperum:
& humiliabit calūniatorē:
5 Et permanebit soli & ante lunā:
& generationes generationū.
6 Et descēdet sicut pluuia in vellus:
& sicut guttæ stillantes super terrā.
7 Orieť ī dieb9 ei9 iustitia & abūdātia pacis:
donec tollatur luna.
8 Et dñabitur a mari vsq; ad mare:
& a flumine vsq; ad terminos orbis terrę.
9 Corā illo decidēt æthiopes:
& inimici eius terrā lingent.
10 Reges tharsis & insulę munera offerent:
reges arabū et saba dona adducent.
11 Et adorabunt eū ōnes reges terræ:
omnes gentes seruient ei.
12 Quia liberauit egenum a potente:
et pauperē cui nō erat adiutor.
13 Parcet ipse inopi et pauperi:
et animas pauperū saluas faciet.
14 Ex vsuris et iniquitate redimet aias eorū:
et honorabile nomē eius corā ipsis.
15 Et viuet et dabitur ei de auro arabiæ
et orabunt de ipso semper:

¶ Salomoni. LXXI.

DEVS iudiciū tuū regi da: Elohim.
& iustitiā tuā filio regis.
* Vt iudicet populum tuū in iustitia:
& pauperes tuos in iudicio.
Suscipiant montes pacē populo:
& colles iustitiā.
Iudicabit pauperes populi
& saluos faciet filios pauperum:
& humiliabit calūniatorē.
* Et permanebit cū sole & vltra lunā:
in generatione & generatione.
Descendet sicut pluuia in vellus:
& sicut stillicidia stillantia super terrā.
Orietur in dieb9 ei9 iustitia & abūdātia pacis:
donec auferatur luna.
Et dominabitur a mari vsq; ad mare:
& a flumine vsq; ad terminos orbis terrarū.
Corā illo procident æthiopes:
& inimici eius terrā lingent.
Reges tharsis et insulæ munera offerent:
reges arabū et saba dona adducent.
Et adorabunt eū oēs reges:
omnes gentes seruient ei.
Quia liberabit pauperē a potente:
et pauperē cui non erat adiutor.
Parcet pauperi et inopi:
et animas pauperū saluas faciet.
Ex vsuris et iniquitate redimet aias eorum:
et honorabile nomē eorum corā illo.
Et viuet et dabitur ei de auro arabiæ
et adorabunt de ipso semper:

CONCIL.

tota die benedicent ei.
Erit mēorabile frumētū ī fra ī sūmis mōtiū:
superextolletur super libanū fructus eius:
& florebunt de ciuitate sicut fœnū terræ.
Sit nomē eius benedictū in sæcula:
ante solē permanet nomē eius.
Et benedicētur in ipso oēs tribus terrę:
omnes gentes magnificabunt eum.
Elohim Benedictus DOMINVS DEVS israel:
qui facit mirabilia solus.
Et benedictū nomē maiestatis eiꝰ ī ęternū:
& replebitur maiestate eius
omnis terra fiat fiat.

VET.

tota die benedicent ei.
Et erit firmamētū in terra ī sūmis montium:
superextolletur super libanū fructus eius:
& florebunt de ciuitate sicut fœnū terræ.
Sit ergo nomen eius benedictū in ęcula:
ante solem permanet nomen eius.
Et benedicētur in ipso oēs tribus terræ:
omnes gentes magnificabunt eū.
Benedictus dominus deus israel:
qui facit mirabilia solus.
Et benedictū nomē glorię eius in æternum:
& in ęculū ęculi & replebitur gloria eius
omnis terra fiat fiat.

ARGVMENTVM. Psalmus/de Nemesi/Zelo & indignatione Christi ꝙ mali longanimitate dei abutantur/ ꝙ ad mortē non cogitent/ ꝙ deus largiatur eis sana corpora/ ꝙ non multo labore viuant & sudore/ ꝙ humana euitent flagella & iccirco superbiant vnde dei benignitatē & clementiā cognoscere deberent/ ꝙ impinguari videantur ad peccandū & quicquid in concupiscētiā venerit flagitiose exequendū/ & parū est eis in humana peccare/ si etiā in deū non loquuntur blasphemiā de diuinis & humanis impie loquentes/ seducentes pios qui iter eos versantur. dicunt enim deū humana non curare/ humana nescire/ & ipsi sunt qui abundant in sæculo diuitias obtinētes/ sed vt maior indignationis Christi domini occasio cognoscatur ipse innocens in mundū venit/ sine peccato in innocentia vixit/ toto tempore vitę suæ erumnosa passus est/ flagellatus est/ ludibria & mortē turpissimā pro eis passus est. sed cum id intelligere nolint: ipse oim potestatē habēs in tēplo sancto suo in dextera patris sedens intel liget in nouissima eorū/ dignis eos in morte tradet supplicijs/ & dū eleuātur/ dum in bonis superbiunt cito corruent in laqueū mortis eruntq; illa repentini iteritus eorū causa. quid ꝙ populus eius pene in nichilum redactus est: hæc digna nemeseos occasio. attamen qui a deo sequestrarint peribunt/ qui adheserint & in eo spē suā coniecerint/ bonū adipiscentur ęternū/ & laudes dei annunciabūt in ecclesia sanctorū. ¶Cōciliatus versu tertio/ tertiodecimo/ quintodecimo & octauodecimo. ¶Aduerte octauo versu excelsū pro quo hebraice habetur MARON non esse vnū de illis quę specialiter nomina dei appellātur. sed in vndecimo versu dei nomē est. ¶Vicesimoquinto versu deus cordis mei: Hieronymus vocabulū Sur vertit robur. ¶Et vicesimoseptimo versu in domino deo spē meā. Sed tā Hieronymus q̄ interpretes vertere deū/ puto ne facerent nugationis phantasiam quæ nequaq̄ in hebręo contingere potest vbi habetur adonai יהוה.

¶Canticum Asaph. LXXII.

Elohim. QVā bonus israel DEVS:
ijs qui recto sunt corde.
Mei autē pene moti sunt pedes:
pene effusi sunt gressus mei.
Quia zelaui contra iniquos:
pacē peccatorū videns.
Quia non est respectus morti eorū:
& firmamentū in plaga eorū.
In labore hominū non sunt:
et cū hominibus non flagellabuntur.
Ideo tenuit eos superbia:
operti sunt iniquitate & impietate sua.
Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorū:
transierunt in affectum cordis.
Cogitauerunt et locuti sunt næquitiam:
iniquitatē in excelsum locuti sunt.
Posuerunt in cœlum os suum:
et lingua eorū transiuit in terrā.
Ideo conuertetur populus meus hic:
et dies pleni inuenientur in eis.
Et dixerunt quomodo scit DEVS:

¶Psalmus Asaph. LXXII.

QVā bonus israel deus: 1
rectis corde.
Mei autem pene commoti sūt pedes: 2
paulominus effusi sunt gressus mei.
Quia zelaui in peccatoribus: 3
pacem peccatorū intuens.
Quia non est declinatio mortis eorū: 4
& firmamentū in flagello eorum.
In laboribus hominū nō sunt: 5
& cum hominibus non flagellabuntur.
Ideo obtinuit eos superbia: 6
circūamicti sunt iniquitate & impietate sua.
Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorū: 7
transierunt in dispositionē cordis.
Cogitauerunt et locuti sunt malignitatem: 8
iniquitatē in altum locuti sunt.
Posuerunt in cœlum os suum: 9
et lingua eorū transiuit super terram.
Ideo reuertetur populus meus huc: 10
cum dies pleni inuenientur in eis.
Et dixerunt quomodo sciuit deus: 11

El.

et ſi eſt ſcientia in altiſſimo?
12 Ecce ipſi pc̃ores et abũdãtes in ſęculo:
obtinuerunt diuitias.
13 Et dixi ſine cauſa iuſtificaui cor meũ:
& laui inter innocẽtes manus meas.
14 Et fui flagellatus tota die:
& argutio mea in matutinũ.
15 Si dicebã narrabo ſic:
ecce gñationẽ filiorũ tuorũ reprobaui.
16 Et ſuſcepi cognoſcere:
hoc labor eſt ante me.
17 Donec introeã in ſanctuariũ dei:
& intelligam in nouiſſima.
18 Veruntamẽ propter doloſitatẽ poſuiſti eis:
deleciſti eos dũ extollerẽtur.
19 Quõ facti ſũt i deſolationẽ? ſubito defecerũt:
perierunt propter iniquitatẽ ſuã.
20 Velut ſõniũ exurgẽtis dñe i ciuitate tua:
imagines eorũ ad nichilũ rediges.
21 Quia delectatũ eſt cor meũ
& renes mei mutati ſunt:
& ego ad nichilũ redact9 ſũ & nõ cognoui.
22 Quaſi pecus factus ſum ad te:
& ego ſemper tecũ.
23 Tenuiſti manũ dexteræ meæ/
in voluntate tua deduxiſti me:
& cum gloria aſſumpſiſti me.
24 Quid enĩ michi eſt in cœlo:
& a te quid volui ſuper terrã?
25 Defecit cor meũ & caro mea:
de9 cordis mei et pars mea de9 me9 i ſcła.
26 Ecce qui longe facĩũt ſe a te peribunt:
perdidiſti omnẽ qui fornicatur abs te.
27 Michi autem adhærere deo bonũ eſt:
ponere in deo ſpẽ meam.
28 Vt annunciẽ oẽs laudes tuas:
in atrijs filiæ ſion.

et ſi eſt ſcientia in EXCELSO? Ellon.
Ecce ipſi peccatores et abũdãtes in ſæculo:
obtinuerunt diuitias.
Et dixi ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum:
& laui in innocẽtia manus meas,
Et fui flagellatus tota die:
& caſtigatio mea in matutinis,
Si dicebã narrabo ſic:
ecce nationẽ filiorũ tuorũ reliqui.
Exiſtimabã vt cognoſcerẽ:
hoc labor eſt ante me.
Donec intrem in ſanctuariũ DEI: El.
& intelligam in nouiſſimis eorum.
Veruntamen propter dolos poſuiſti eis mala:
deleciſti eos dum eleuarentur.
Quõ facti ſũt i deſolationẽ? ſubito defecerũt:
perierunt propter iniquitatẽ ſuam.
Velut ſõniũ ſurgẽtiũ DN̄E in ciuitate tua: Adonai.
imaginẽ ipſorũ ad nichilũ rediges.
Quia inflãmatũ eſt cor meum
& renes mei cõmutati ſunt:
et ego ad nichilum redactus ſum et neſciui.
Vt iumẽtũ factus ſum apud te:
et ego ſemper tecũ.
Tenuiſti manũ dexterã meã/
& in voluntate tua deduxiſti me:
& cum gloria ſuſcepiſti me.
Quid enim michi eſt in cœlo:
& a te quid volui ſuper terram?
Defecit caro mea & cor meũ:
DEVS cordis mei & pars mea DE9 ī ęternũ Sur
Quia ecce qui elongãt ſe a te peribunt: Elohim.
perdidiſti omnes qui fornicantur abs te.
Michi autẽ adhærere DEO bonũ eſt: Elohim.
ponere in DOMINO DEO ſpẽ meam. Adonai.
Vt annunciẽ oes prędicationes tuas:
in portis filiæ ſion.

ARGVMENTVM. Pſalmus/de diuturna afflictione populi a gẽte beſtiali & impia/ꝙ ſit negatus propheta qui oſtendat liberationis terminũ/confeſſio beneficiorũ eius qui per lauacri purgationẽ confregit potentias dæmonũ/ imploratio auxilij eius contra tam obſcurę/ terreſtris & noxiæ hæreſeos peruerſitatẽ ne populus Chriſti domini pauperẽ vitã imitatus/tãdiu maneat cõfuſus/ſed prorumpat in laudes dei cuius beneficio de ſuperbis hoſtibus ſuis patrẽ & filiũ et ſpiritũ ſanctum blaſphemantibus & negantibus liberatus fuerit. ¶ Conciliatus verſu tertio/decimo/vndecimo/octauodecimo et viceſimoprimo.

¶ Pſalmus Aſaph. LXXIII.

1 Vt quid repuliſti nos deus in finẽ:
irat9 ẽ anim9 tu9 ſup oues gregis tui?
2 Memẽto cõgregationis tuæ:
quã poſſediſti ab initio.
3 Redemiſti virgã hęreditatis tuę:
montẽ ſion in quẽ habitaſti in ipſo.
4 Leua manũ tuã in ſuperbiã eorum in finẽ:
quãta maligne opat9 eſt inimic9 in ſãctis tuis?
5 Et gloriati ſunt omnes qui oderunt te:
in medio ſolẽnitatis tuę.
6 Poſuerũt ſigna ſua ſigna et nõ cognouerũt:
ſicut in egreſſu deſuper.

¶ Intellectus Aſaph. LXXIII.

Vt quid DEVS repuliſti in finẽ: Elohim.
irat9 eſt furor tu9 ſup oues paſcuę tuæ?
Memor eſto congregationis tuæ:
quã poſſediſti ab initio.
Redemiſti virgã hæreditatis tuæ:
montẽ ſion in quo habitaſti — in eo. **
Leua manus tuas in ſuperbias eorũ in finẽ:
quãta malignat9 eſt inimicus in ſancto?
Et gloriati ſunt qui oderunt te:
in medio ſolẽnitatis tuę.
Poſuerunt ſigna ſua ſigna & nõ cognouerũt:
ſicut in exitu ſuper ſummũ.

CONCIL.		VET.	
	Quasi in silua lignorũ securibus excidẽũt ianuas eius in idipsum:	Quasi in silua lignorũ securibus conciderunt	7
	in securi & ascia dejecerunt eam.	ianuas eius in idipsum:	
	Incenderunt igni sanctuariũ tuũ in terra:	in dolabro & in fractorio dejecerunt eam.	8
	polluerunt tabernaculũ nominis tui.	Incẽderunt igni sanctuariũ tuum:	
	Dixerũt in corde suo cognatio eorũ simul:	polluerunt in terra tabernaculũ noĩs tui.	9
El.	quiescere faciam⁹ oẽs dies festos DEI a terra.	Dixerunt in corde suo cognatio eorũ iter se:	
	Signa nostra non vidimus:	venite cõprimam⁹ oẽs solẽnitates dñi de terra	10
	iam non est propheta/	Signa nostra non vidimus:	
	& nobiscũ non est cognoscẽs vsq; quo.	iam non est propheta/	
Elohim.	Vsq; quo DEVS improperabit inimicus:	* & nos non cognoscet adhuc.	11
	irritabit aduersarius nomẽ tuũ in finẽ?	Vsq; quo deus exprobrabit inimicus:	
	Vt quid auertis manũ tuã & dexterã tuã:	* irritat aduersarius nomẽ tuum in finẽ?	12
	de medio sinu tuo in finẽ?	Vt quid auertis manũ tuã & dexterã tuam:	
Elohim.	DEVS autẽ rex noster ante sæcula:	de medio sinu tuo in finẽ?	13
	operatus est salutẽ in medio terrę.	Deus autẽ rex noster ante sæcula:	
	Tu confirmasti in virtute tua mare:	operatus est salutẽ in medio terræ.	14
	contribulasti capita draconum in aquis.	Tu confirmasti in virtute tua mare:	
	Tu confregisti capita draconis:	contriuisti capita draconũ in aqua.	15
	dedisti eũ escam populis æthiopum.	Tu confregisti caput draconis:	
	Tu dirupisti fontes & torrẽtes:	dedisti eũ in escã populis æthiopibus.	16
	tu siccasti fluuios ethan.	Tu dirupisti fontes & torrẽtes:	
	Tuus est dies & tua est nox:	tu siccasti fluuios ethan.	17
	tu fabricatus es aurorã et solẽ.	Tuus est dies & tua est nox:	
	Tu fecisti omnes terminos terrę:	tu perfecisti solẽ & lunam.	18
	æstatẽ & hiemẽ/tu plasmasti ea.	Tu fecisti oẽs terminos terræ:	
	Memor esto huius/	* æstatẽ & ver/tu fecisti ea.	19
	inimicus improperauit DOMINO:	Memor esto huius creaturæ tuæ/	
	& populus insipiẽs incitauit nomẽ tuum.	inimicus exprobrauit domino:	
	Ne tradas bestijs aias confitẽtes tibi:	& populꝰ imprudẽs exacerbauit nomẽ tuũ.	20
	& aias paupũ tuorũ ne obliuiscaris ĩ finẽ.	Ne tradideris bestijs animã confitẽtẽ tibi:	
	Respice in testamẽtũ tuum:	& aias pauperũ tuorũ ne obliuiscaris ĩ finẽ.	
	quia repletæ sunt obscuritatibus terræ/	Respice in testamentũ tuum:	21
	domus iniquitatũ.	* quoniã repleti sunt qui obscurati sunt terra/	
	Ne auertatur humilis factus confusus:	* domorum iniquarum.	22
	pauper & inops laudabunt nomẽ tuũ.	Ne reuertatur humilis confusus:	
	Exurge DEVS iudica causã tuã:	egenus & inops laudabunt nomẽ tuum.	23
Elohim.	memor esto improperiorũ tuorũ/	Exurge domine iudica causam tuam:	
	eorũ quæ ab insipiẽte sunt tota die.	memento opprobriorũ tuorũ/	
	Ne obliuiscaris voces inimicorũ tuorũ:	eorũ quæ ab imprudẽte sunt tota die.	
	superbia eorũ qui te oderũt ascẽdit sẽper:	Ne obliuiscaris voces deprecantiũ te:	24
	superbia eorũ qui te oderũt ascẽdit sẽp ad te.		

ARGVMENTVM. Psalmus/de confessione narrationeq; mirabiliũ dei ad finẽ vsq; mundi/ q; exactũ et districtũ dei iudiciũ vẽturũ sit/cõminatio ad impios ne superbiant neue superbiã suam eleuẽt in deum quia deus omnes iudicabit/& humiliabit & exaltabit quos volet/& de fece calicis indignationis eius bibẽt peccatores terræ/& exaltabitur gloria iusti. ¶Conciliatus versũ tertio/septimo et octauo.

¶Psalmus cantici Asaph. LXXIIII.		¶Psalmus Asaph. LXXIIII.	
Elohim.	Confitebimur tibi DEVS cõfitebimur	Confitebimur tibi deꝰ cõfitebimur tibi:	1
	& inuocabimus nomẽ tuum.	& inuocabimus nomẽ tuum.	
	Narrabimus mirabilia tua:	Enarrabo omnia mirabilia tua:	2
	cũ accepero tẽpus ego iustitias iudicabo.	cũ accepero tẽpus ego iustitias iudicabo.	
	Liquefiet terra & oẽs qui habitant in ea:	* Defluxit terra & oẽs inhabitantes in ea:	3
	ego confirmaui colũnas eius. Selah.	ego confirmaui columnas eius.	
	Dixi iniquis nolite inique agere:	Dixi iniquis nolite inique agere:	4
	& delinquẽtibus nolite exaltare cornu.	& delinquẽtibus nolite exaltare cornu.	
	Nolite extollere in altũ cornu vestrum:	Nolite ergo efferri:	5
	nolite loqui — aduersꝰ deũ ++iquitatẽ.	ne loquamini aduersus deũ iniquitatẽ.	

6 Quoniã neq; ab oriente neq; ab occidẽte
neq; a deſertis montium:
quoniam deus iudex eſt.
7 Hunc humiliat & hunc exaltat:
quia calix in manu domini vini meri
plenus mixto.
8 Et inclinauit ex hoc in hoc
veruntamẽ fex eius non eſt exinanita:
bibent ex eo omnes peccatores terræ.
9 Ego autẽ annũciabo in ſæculũ gaudebo:
pſallam deo iacob.
10 Et omnia cornua peccatorum confringã:
& exaltabuntur cornua iuſti.

Quia neq; ab oriente neq; ab occidente
neq; a deſertis montibus:
quoniam DEVS iudex eſt. Elohim.
* Hunc humiliabit & hunc exaltabit:
quia calix in manu DOMINI vini meri 49
plenus mixto.
* Et inclinabit ex hoc in hoc
veruntamen fex eius non eſt exinanita:
bibent omnes peccatores terræ.
Ego autẽ annunciabo in ſæculũ:
cantabo DEO iacob. Elohe.
Et omnia cornua peccatorum confringam:
& exaltabuntur cornua iuſti.

ARGVMENTVM. Pſalmus/q̃ Chriſtus dominus & per eum pater & ſpiritus ſanctus ĩ Iudæa notus ſit/ſignum aduentus eius pax vniuerſalis & conuerſatio eius in ſion/q̃ iimici ei⁹ in mortem ſecundam ruerunt nullum a diuitijs ſuis quibus confidebant habentes auxiliũ/q̃ ex eo tempore ira dei in Iudæos perſeuerat/ de futuro iudicio vbi omnes cogitationes nudæ & apertæ erunt/quapropter ſi homines ſapiunt/deum votis & oblationibus placabunt/ quia & illi qui eum in gloria circunſtant offerunt laudum & gratiarũ actionum dona/ nam ille eſt qui ſuper omnem principatum habet poteſtatem & qui tremendus eſt regibus terræ. ¶ Conciliatus verſu octauo/nono & vndecimo.

¶ Pſalmus Aſaph. LXXV.

1 NOtus in Iudæa deus:
in iſrael magnum nomen eius.
2 Et factus eſt in pace locus eius:
& habitatio eius in ſion.
3 Ibi confregit fortitudines:
arcum & ſcutũ & gladiũ & bellum.
4 Illuminãs tu mirabiliter a mõtib⁹ æternis:
conturbati ſunt oẽs inſipientes corde.
5 Dormierũt ſomnũ ſuũ & nichil inuenerũt:
oẽs viri diuitiarũ ĩ manibus ſuis.
6 Ab increpatione tua deus iacob:
dormitauerũt oẽs qui aſcenderũt equos.
7 Tu terribilis es & quis reſiſtet tibi?
nunc ab ira tua.
8 De cœlo iaculatus es iudiciũ:
terra timuit & quieuit.
9 Cum exurgeret in iudicio dominus deus:
vt ſaluos faceret oẽs mites corde.
10 Qm̃ cogitatio hominis confitebitur tibi:
et reliqę cogitatiõis ſolẽnia celebrabũt tibi
11 Vouete & reddite dño deo noſtro:
oẽs qui ĩ circuitu ei⁹ ſũt offerẽt munera.
12 Terribili et ei qui aufert ſpiritũ pricipũ:
terribili apud reges terræ.

¶ Pſalmus Aſaph. LXXV.

NOtus in Iudæa DEVS: Elohim.
in iſrael magnum nomen eius.
Et factus eſt in pace locus eius:
& habitatio eius in ſion.
Ibi confregit potentias:
arcum/ſcutũ/gladium & bellum. Selah.
Illuminans tu mirabiliter a mõtib⁹ æternis:
turbati ſunt omnes inſipientes corde.
Dormierunt ſomnũ ſuũ & nichil inuenerũt:
omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.
Ab increpatione tua DEVS iaacob: Elohe.
dormitauerunt qui aſcenderunt equos.
Tu terribilis es & quis reſiſtet tibi?
ex tunc ira tua.
* De cœlo auditũ facies iudicium:
* terra tremet & quieſcet.
* Cum exurget in iudicium DEVS: Elohim.
* vt ſaluos faciat oẽs manſuetos terrę. Selah.
Qm̃ cogitatio hois confitebitur tibi:
& reliquiæ cogitationis diẽ feſtũ agẽt tibi.
Vouete & reddite DN̄O DEO veſtro: 50 Elohe.
* oẽs qui in circuitu eius/afferẽt munera.
Terribili & ei qui aufert ſpiritũ principum:
terribili apud reges terræ.

ARGVMENTVM. Pſalmus/q̃ deus in tribulatione ſit inuocandus/q̃ memoria dei triſtificas malorũ ſpirituũ ĩmiſſiones effugat & nos reddit mente cõſolatos/exercitatio pię mentis/conſyderatio operũ dei. ¶ Conciliatus verſu primo/ſecũdo/ſexto/ octauo/nono/ vndecimo & viceſimo. ¶ Aduerte pro viceſimo verſu Hebræos Moſen ſine i/ſcribere per mem ſcilicet/olem/ſim/ſegol & he quaſi diceremus Moſeh/ſed illud he finale more noſtro conuertimus ĩ s. Quod vero cõſuetũ eſt Moyſes dici: hoc a græco mutuatũ eſt vbi plerũq; ſcriptũ reperitur μωυσῆς. verũ vocabulũ hebraicum y non recipit: cũ littera illa græco ſermoni propria ſit & nulli hebraicę litteræ reſpondeat. Quapropter æquius viſum eſt vt hæc noia Moſes & Aharon ad normã ſcribantur hebraicã, ſi tamen Aharon non aſpiras & ſcribis vt paſſim ſolet Aaron nichil reprehenſione dignum eſt: quia lenis eſt in eo aſpiratio, ſi addas etiã & leniter ꝓferas: vicinius efformas ad hebręum.

CONCIL.

¶ Psalmus Asaph. LXXVI.

Elohim. VOce mea ad DEVM clamaui:
Elohim. voce mea ad DEVM & itēdit michi.
In die tribulationis meæ
Elohim. DEVM exquisiui manibus meis:
nocte coram eo & non sum deceptus.
Renuit consolari anima mea:
Elohim. memor fui DEI & delectatus sum/
& exercitatus sum & defecit spiritus meus.
Anticipauerunt vigilias oculi mei:
turbatus sum & non sum locutus.
Cogitaui dies antiquos:
& annos sęculorum in mēte habui.
Et meditatus sum nocte:
cum corde meo exercitabar/
& scopebam spiritum meum.
Adonai Nunquid in æternum proiiciet DEVS?
aut nō apponet vt cōplacitior sit adhuc?
An in finē misericordiā suam abscindet:
a generatione in generationē?
El. An obliuiscetur misereri DEVS:
aut cōtinebit in ira sua mias suas? Selah.
Et dixi nunc cœpi:
Elion. hæc mutatio dexterę EXCELSI.
Iah. Memorabor operum DOMINI:
memor ero ab initio mirabilium tuorū.
Et meditabor in omnibus operibus tuis:
& in adinuentionibus tuis exercebor.
Elohim. DEVS in sancto via tua:
El. Elohim quis DEVS magnus sicut DEVS noster:
El. tu es DEVS qui facis mirabilia.
Notam fecisti in populis virtutem tuam/
redemisti in brachio tuo populū tuum:
filios Iaacob & Ioseph. Selah.
Elohim. Viderūt te aquæ DEVS viderūt te aquę:
& timuerūt & turbatæ sunt abyssi.
Multitudo sonitus aquarum:
vocem dederunt nubes.
Etenim sagittæ tuæ transeunt:
vox tonitrui tui in rota.
Illuxerunt coruscationes tuę orbi terræ:
cōmota est & contremuit terra.
In mari via tua & semitę tuę ī aqs multis:
& vestigia tua non cognoscentur.
Deduxisti sicut oues populum tuum:
in manu Mosis & Aharon.

VET.

¶ Psalmus Asaph. LXXVI. 1

VOce mea ad dominum clamaui:
& vox mea ad deum & attendit michi. 2
In die tribulationis meæ
deum exquisiui manibus meis:
nocte coram eo & non sum deceptus.
Negaui consolari animā meam: 3
memor fui dei & delectatus sum/
garriui & defecit spiritus meus.
Anticipauerunt vigilias omnes inimici mei: 4
conturbatus sum & non sum locutus.
Cogitaui dies antiquos: 5
& annorum æternorum memor fui. 6
Et meditatus sum nocte:
corde meo garriebam/
& scrutabar spiritum meum. 7
Nunquid in æternum repellet deus:
& nō apponet vltra vt bñplaceat ei adhuc? 8
Aut in finem misericordiam suam abscidet:
a generatione in generationem? 9
Aut obliuiscetur misereri deus:
aut cōtinebit in ira sua miserationes suas? 10
Et dixi nunc cœpi:
hæc est immutatio dexteræ excelsi. 11
Memor fui operum domini:
quia memorabor ab initio mirabilium tuorū. 12
Et meditabor in omnibus operibus tuis:
& in affectionibus tuis garriam. 13
Deus in sancto via tua:
quis deus magnus sicut deus noster?
tu es deus qui facis mirabilia solus. 14
Notam fecisti in populis virtutem tuam/
redemisti in brachio tuo populū tuum:
filios Israel et Ioseph. 15
Viderunt te aquæ deus viderunt te aquæ:
& timuerunt & conturbatę sunt abyssi. 16
Multitudo sonitus aquarum:
vocem dederunt nubes. 17
Etenim sagittę tuæ pertransierunt:
vox tonitrui tui in rota. 18
13 Quis nouit potestatem ire tuæ:
& præ timore tuo irã tuam dinumerare?
14 Dexteram tuã sic notam fac:
& cõpeditos corde in sapientia.
15 Conuertere domine/quousq;
& deprecabilis esto super seruos tuos.
16 Repleti sumus mane misericordia tua:
& exultauimus & iocundati sumus
in omnibus diebus nostris.
17 Lętati sum⁹ ꝓ dieb⁹ quib⁹ nos humiliasti:
annis quibus vidimus mala.
18 Et respice in seruos tuos & in opera tua:
& dirige filios eorum.
19 Et sit splẽdor domini dei nostri super nos:
& opera manuũ nostrarũ dirige sup nos/
& opus manuum nostrarũ dirige.

Mane sicut herba transijt/
mane floruit & transijt:
vespere decidet indurabitur & arescet.
Quia defecimus in ira tua:
& in furore tuo turbati sumus.
Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo:
sæculũ nostrũ in illuminatione vultus tui.
Quoniã omnes dies nostri defecerunt:
& in ira tua defecimus.
Anni nostri sicut aranea meditabuntur:
dies ãnorũ nostrorũ ĩ ipsis septuagita ãnis.
Si autẽ in potentatibus octoginta anni:
& amplius eorum labor & dolor.
Quoniam superuenit mansuetudo:
& corripiemur.
Quis nouit potestatem irę tuæ:
& prę timore tuo iram tuã dinumerare?
Dexterã tuam sic notam fac:
& eruditos corde in sapientia.
Conuertere DOMINE/vsquequo?
& deprecabilis esto super seruos tuos.
Repleamur mane misericordia tua:
exultabimus & delectabimur
omnibus diebus nostris.
Lętabimur pro diebus quib⁹ nos humiliasti:
annis quibus vidimus mala.
Respice in seruos tuos & in opera tua:
& dirige filios eorum.
Et sit splendor DN̄I DEI nostri super nos: Elohe.
& opus manuum nostrarũ dirige super nos/
& opus manuũ nostrarũ dirige.

ARGVMENTVM. Psalm⁹/de iug/Christi protectione a deo/liberatiõe eius a tentatiõe maligni/q; malignæ potestates nullã in eũ potestatẽ habuere/q; immunis a peccato/q; de⁹ mãdauerit angelis et ministrari & quæ obsequia prẽstarint/q; diabolũ serpentẽ antiquũ Christ⁹ dominus contriuerit/ exauditus a patre & donatus imortalitatis honore. ¶ Aduerte in annotatione secundi versus dictum fuisse posse legi dicet: dominus susceptor meus est/ sed melius ex hebrẽo dicet domino/susceptor meus es. nã in codice hebraico post verbum dicet magno dei nomini יְהוָה LA datiui casus nota adiecta est.

¶ Psalmus. LXXXX.

1 QVi habitat in adiutorio altissimi:
in protectione dei cœli cõmorabitur.
2 Dicet domino susceptor me⁹ es tu:
& refugiũ meũ deus meus sperabo in eũ.
3 Qm̃ ipse eruet me de muscipula venantiũ:
et a verbo aspero.
4 Inter scapulas suas obumbrabit tibi:
& sub alis eius sperabis.
5 Scuto circundabit te veritas eius:
nõ timebis a timore nocturno.
6 A sagitta volante per diem/
a negocio perambulante in tenebris:
a ruina & dæmonio meridiano.
7 Cadent a latere tuo mille/
& dena milia a dextris tuis:
ad te autem non appropinquabit.
8 Veruntamen oculis tuis consyderabis:
& retributionem peccatorum videbis.

¶ Psalmus. LXXXX.

QVi habitat ĩ adiutorio ALTISSIMI: Elion.
in ꝓtectione DEI cœli cõmorabitur. Sadai.
Dicet DN̄O susceptor meus es tu:
& refugiũ meũ DEVS me⁹ sperabo in eũ. Elohim.
Qm̃ ipse liberauit me de laqueo venantium:
& a verbo aspero.
Scapulis suis obumbrabit tibi:
et sub pennis eius sperabis.
Scuto circundabit te veritas eius:
non timebis a timore nocturno.
A sagitta volante in die/
a negocio perambulante in tenebris:
ab incursu & dęmonio meridiano.
Cadent a latere tuo mille/
& decem milia a dextris tuis:
ad te autem non appropinquabit.
Veruntamen oculis tuis consyderabis:
& retributionem peccatorum videbis.

CONCIL. VET.

Elion. Quoniam tu es DOMINE ſpes mea: Quoniam tu domine ſpes mea: 9
ALTISSIMVM poſuiſti refugiū tuum. altiſſimū poſuiſti refugiū tuū. 10
Non accedet ad te malum: Non accedent ad te mala:
et flagellū nō appropiq̄bit tabernaculo tuo. et flagellū nō appropiq̄bit tabernaculo tuo. 11
Quoniā angelis ſuis mandauit de te: Quoniā angelis ſuis mandauit de te:
vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. 12
In manibus portabunt te: In manibus tollent te:
ne forte offendas ad lapidē pedē tuum. ne quando offendas ad lapidē pedē tuum. 13
Super aſpidē et baſiliſcū ambulabis: Super aſpidē et baſiliſcū ambulabis:
et conculcabis leonē et draconē. et conculcabis leonē et draconem. 14
Quoniā in me ſperauit liberabo eum: Quoniā in me ſperauit eruam eū:
protegā eū qm̄ cognouit nomen meum. protegam eū quoniā cognouit nomē meū. 15
Clamauit ad me et ego exaudiā eum/ Inuocauit me et ego exaudiam eum/
cum ipſo ſum in tribulatione: cum ipſo ſum in tribulatione:
eripiam eum et glorificabo cū. et eximam eum et glorificabo eum. 16
Longitudine dierum replebo eum: Longitudine dierum replebo eum:
Ieſua. et oſtendam illi SALVTARE meum. et oſtendam illi ſalutare meum.

ARGVMENTVM. Pſalmus/q̄ homini bonū pſallere/dei veritatem et miſericordiā eius ex vtroq; teſtamento requirere/cōtemplari ꝓuidentiā eius in creatura eius/q̄ peccatores paruo tempore apparent vt intereant in ſæculum ſæculi/q̄ iuſtus exaltabitur in æternitate vitę/ et videbit inimicos ſuos depreſſos et acerbas in morte ſecūda ſtultitię ſuæ pendētes pœnas. ¶ Cōciliatus verſu ſeptimo & vndecimo. ¶ Aduerte octauo verſu altiſſimus non eſſe Elion vnum de celebratis nomibus dei: ſed in hebræo hic haberi aliud nomen MARON. ¶ Quintodecimo verſu Hieronymus vocabulum ſur interpretatur fortitudinem.

¶ Pſalmus in die ſabbati. LXXXXI. ¶ Pſalmus Dauid. LXXXXI.

Elion. BOnum eſt confiteri DOMINO: BOnum eſt confiteri domino: 1
& pſallere noi tuo ALTISSIME. tunc pſalles nomini domini altiſſimi.
Ad annunciandū mane miam tuā: Ad annunciandum mane miam tuā: 2
& veritatem tuam per noctem. & veritatem tuam per noctem.
In decachordo pſalterio: In decachordo pſalterio: 3
cum cantico in cithara. cum cantico in cithara.
Quia delectaſti me DN̄E in factura tua: Quia iocundaſti me domine in factura tua: 4
& in operibus manuū tuarū exaltabo. & in operibus manuum tuarum exultabo.
Quā magnificata ſunt opera tua DN̄E: Quā magnificata ſunt opera tua dn̄e: 5
nimis ꝓfundæ factę ſūt cogitatioēs tuæ. nimis profundæ factę ſunt cogitatiōes tuę. 6
Vir inſipiens non cognoſcet: Vir imprudens non cognoſcet:
& ſtultus non intelliget hæc. & ſtultus non intelliget ea. 7
Exorti ſunt peccatores ſicut fœnum: ✱ Cum exorſuntur peccatores ſicut fœnum:
& floruerunt oēs qui operātur iniquitatē. ✱ & proſpexerint omnes qui operāt iiquitatē. 8
Vt intereant in ſæculum ſæculi: Vt intereant in ſæculum ſæculi:
tu autē altiſſimus in ętern̄ū DOMINE. tu autē altiſſimus in ęternū es domine. 9
Quoniā ecce inimici tui DOMINE/ Quoniam ecce inimici tui domine/ 9
quoniam ecce inimici tui peribunt: quoniam inimici tui peribunt:
& diſpergētur oēs qui operantī iniquitatē. & diſpergentur oēs qui operantur iiquitatē.
Et exaltabit ſicut vnicornis cornu meū: Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum: 10
& ſenectus mea in miſericordia vberi. & ſenectus mea in miſericordia pingui.
Et deſpiciet oculus meus inimicos meos: ✱ Et reſpexit oculus meus inimicos meos: 11
& de inſurgentibus in me malignantibus ✱ & in eis qui inſurgunt in me malignantibus
audiet auris mea. audiet auris mea.
Iuſtus vt palma florebit: Iuſtus vt palma florebit: 12
ſicut cedrus libani multiplicabitur. velut cedrus q̄ in libano eſt multiplicabitur.
Plantati in domo DOMINI: Plantati in domo domini: 13
Elohe. in atrijs domus DEI noſtri florebunt. in atrijs domus dei noſtri florebunt.
Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi: Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi: 14
& bene patientes erunt vt annuncient. et tranquilli erunt vt annuncient.
Sur. Quoniam rectus DOMINVS DEVS noſter: Quoniam rectus dominus: 15
& non eſt iniquitas in eo. & non eſt iniquitas in eo.

ARGVMENTVM. Psalmus/q̄ Christus dominus regnū accepit/q̄ decore indutus et amictus fortitudine/de confirmatione orbis in sancta legis eius directione/de sessione eius a dextris virtutis diuinæ/de annūciatione doctrinę sanctæ/ de admirabili in eam reluctatiōe/ de admirabiliori Christi vincentis in suis testibus et martyribus virtute/q̄ ecclesia dei in sanctitate morū ad finē mundi debeat ei cultum exhibere.

¶Psalmus. LXXXXII.

1 Dominus regnauit decorē induit:
induit dñs fortitudinē et p̄cinct9 est.
2 Etenim confirmauit orbem terræ:
qui non cōmouebitur.
3 Parata est sedes tua deus ex illo:
a sæculo tu es.
4 Eleuauerunt flumina domine:
eleuauerunt flumina vocem suam.
5 Eleuauerunt flumina voces suas:
a vocibus aquarū multarū.
6 Mirabiles suspensuræ maris:
mirabilis in excelsis dominus.
7 Testimonia tua credita facta sunt nimis:
domum tuam decet sanctitudo dñe/
in longitudinē dierum.

¶Psalmus. LXXXXII.

DOMINVS regnauit decorē indut9 est:
indut9 ē DN̄S fortitudinē et p̄cixit se.
Etenim firmauit orbem terræ:
qui non commouebitur.
Parata sedes tua — deus ◆◆ex tunc:
a sæculo tu es.
Eleuauerunt flumina DOMINE:
eleuauerunt flumina vocem suam.
Eleuauerunt flumina fluctus suos:
a vocibus aquarū multarum.
Mirabiles elationes maris:
mirabilis in altis DOMINVS.
Testimonia tua credibilia facta sunt nimis:
domum tuam decet sanctitudo DOMINE/
in longitudinem dierum.

ARGVMENTVM. Psalm9/inuocatio diuini brachij in peccatores vexantes populū sanctū sua impietate & incredulitate/q̄ solum legis diuinę studiū beatum facit/q̄ impietatibus malorum resisti non posset nisi deus adiutor esset/nisi misereretur/nisi desolatos confortaret/ q̄ insidias Christo domino ad perdendum eum peccatores ponerent & sanguinē innocentē cōdēnarent/q̄ deus iustus iudex vices illis repensurus esset/& sempiterno eos interitu disperderet. ¶Conciliatus versu nono & quintodecimo.

¶Psalmus. LXXXXIII.

1 Deus vltionum dominus:
deus vltionum fidenter egit.
2 Exaltare qui iudicas terram:
redde retributionē superbis.
3 Vsquequo peccatores domine:
vsquequo peccatores gloriabuntur?
4 Respondent & loquentur iniquitatē:
loquentur oēs qui operantur iniustitiam?
5 Populum tuum dñe humiliauerunt:
& hæreditatem tuā vexauerunt.
6 Viduam & pupillos interfecerunt:
& proselytum occiderunt.
7 Et dixerunt non videbit dominus:
neq; intelliget deus iacob.
8 Intelligite nūc qui insipiētes estis in ppl'o:
& stulti aliquando sapite.
9 Qui plantauit aurem non audiet:
aut qui finxit oculum non consyderat?
10 Qui erudit gentes non arguet:
qui docet hominem scientiam?
11 Dominus scit cogitationes hominum:
quoniam vanæ sunt.
12 Beatus vir quem tu erudieris domine:
et ex lege tua docueris eum.
13 Vt mitiges eum a diebus malignis:
donec fodiatur peccatori fouea.
14 Quia non repellet dominus plebē suam:
& hæreditatem suam non derelinquet.
15 Quousq; iustitia tua cōuertatur in iudiciū:

¶Psalmus. LXXXXIII.

DEVS vltionum DOMINVS: El.
DEVS vltionum libere egit. El.
Exaltare qui iudicas terram:
redde retributionē superbis.
Vsquequo peccatores DOMINE:
vsquequo peccatores gloriabuntur?
Effabuntur & loquentur iniquitatem:
loquentur omnes qui operantur iniustitiā?
Populum tuum DOMINE humiliauerunt:
& hæreditatem tuam vexauerunt.
Viduam & aduenam interfecerunt:
& pupillos occiderunt.
Et dixerunt non videbit DOMINVS: Iah.
nec intelliget DEVS iaacob. Elohe.
Intelligite insipientes in populo:
& stulti aliquando sapite.
Qui plantauit aurem non audiet:
* aut qui finxit oculum non consyderabit?
Qui corripit gentes non arguet:
qui docet hominem scientiam?
DOMINVS scit cogitationes hominum:
quoniam vanæ sunt.
Beatus homo quem tu erudieris DOMINE: Iah.
& de lege tua docueris eum.
Vt mitiges ei a diebus malis:
donec fodiatur peccatori fouea.
Quia non repellet DN̄S plebem suam:
& hęreditatem suā non derelinquet.
Quoadusq; iustitia conuertatur in iudicium:

CONCIL.	VET.	
et q iuxta illud oēs recto fūt corde. Selah.	* et qui habēt eam oēs recto sunt corde.	
Quis cōsurget michi aduersus malignātes: aut qs stabit mecū adūs opātes iqtatē?	Quis exurget michi aduersus malignātes: aut qs cōsistet michi aduers opātes iqtatē?	16
Nisi quia DOMINVS adiuuit me: paulomin habitasset in inferno aīa mea.	Nisi quia dominus adiuuit me: paulomin ihabitauerat in inferno aīa mea.	17
Si dicebā motus est pes meus: mia tua DOMINE adiuuabat me.	Si dicebam motus est pes meus: mia tua domine adiuuabat me.	18
Secundū multitudinem dolorum meorū in corde meo: cōsolatiōes tuæ lætificauerūt aīam meā.	Dñe secundum multitudinem dolorū meorū in corde meo: exhortatiōes tuę iocūdauerūt aīam meam.	19
Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborē in præcepto?	Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis: qui fingis dolorem in præcepto?	20
Captabunt in animā iusti: & sanguinem innocentē condemnabunt.	Captabunt in animam iusti: & sanguinem innocentē condemnabunt.	21
Et factus est michi DNS in refugiū: & DEVS meus in adiutoriū spei meæ.	Et factus est michi dominus in refugium: & deus meus in auxilium spei meæ.	22
Et reddet illis iniquitatē ipsorum/ & in malitia eorū disperdet eos: disperdet illos DNS DEVS noster.	Et reddet illis dominus secūdū opera eorū/ & secundum malitiam eorū disperdet eos: dominus deus noster.	23

ARGVMENTVM. Psalmus/vocatio ad spiritualē exultationē/iubilationē/ confessionē bñficiorum dei/hymnidicā laudē/adorationē/ oīmodā ante deū humiliationē/ receptionē verbi dei icarnati ne ab æterna requie excludamur vt patres veteris legis qui verbo dei facti increduli in deserto periere diuina illa quiete excluſi. ¶ Conciliatus versu sexto.

¶ Psalmus. LXXXXIIII.	¶ Psalmus. LXXXXIIII.	
Venite exultemus DOMINO: iubilemus DEO salutari nostro.	Venite exultemus domino: iubilemus deo salutari nostro.	1
Prœoccupem facīē ei i cōfessiōe: & in psalmis iubilemus ei.	Pręueniam facīē eius in confessione: & in psalmis iubilemus illi.	2
Quoniā DEVS magnus DOMINVS: & rex magnus super oēs deos.	Quoniā deus magnus est dominus: & rex magnus super oēs deos.	3
Quia in manu eius fines terre: & altitudines montium ipsius sunt.	Quoniam non repellet dñs plebē suam/ quoniam i manu eius fines terræ: & altitudines montium ipsius sunt.	4
Qm ipsius est mare & ipse fecit illud: & siccā manus eius formauerunt.	Quoniā ipsius est mare et ipse fecit illud: & aridam terram manus eius finxerunt.	5
Venite adoremus & procidamus/ et ploremus ante DNM qui fecit nos: quia ipse est dns DEVS noster.	Venite adoremus & procidamus ei/ * & ploremus ante dominū qui fecit nos: qm ipse est dominus deus noster.	6
Et nos populus pascuę eius: & oues manus eius.	Nos autē populus pascuę eius: & oues manuum eius.	7
Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra.	Ergo hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra.	8
Sicut in irritatione: secundum diē tentationis in deserto.	Quēadmodum in illa amaricatione: secundum diē tentationis in deserto.	9
Vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt & viderunt opera mea.	Vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt me et viderunt opera mea.	10
Quadraginta ānis offēsus fui gnationi illi: & dixi semper hi errant corde.	Quadraginta ānis ꝓximus fui gnatiōi huic: & dixi semper isti errant corde.	11
Et isti nō cognouerūt vias meas/ vt iurauī in ira mea: si introibunt in requiem meā?	Et isti non cognouerunt vias meas/ quibus iurauī in ira mea: si introibunt in requiem meam?	12

ARGVMENTVM. Psalmus/vocatio in spiritu ad carmen nouæ legis quod est euangelium æternum ad laudandum patrem/filiū & spiritū sanctum/cultū idolorū spernendum/& cultū superdiuinæ trinitatis vbiuis gentiū recipiēdū/& p lætitia cognitionis eius vbiq; exultandū/ quia hæc est æquitas in qua iudicabitur orbis terrarum/ hæc est veritas qua totius bonitatis agnoscimus dominum/qua illi obsequimur/qua peruenimus ad eū. ¶ Conciliatus versu vndecimo & tertiodecimo.

¶Psalmus. LXXXXV.

1 CAntate domino canticum nouũ:
cantate domino omnis terra.
2 Cantate dño et benedicite nomẽ eiꝰ:
bene nunciate de die in diẽ salutare eius.
3 Annunciate in gentibus gloriã eius:
in omnibus populis mirabilia eius.
4 Q ñ magnus dominꝰ & laudabilis nimis:
terribilis est super oẽs deos.
5 Q uoniã oẽs dij gentiũ dęmonia:
dominus autẽ cœlos fecit.
6 C onfessio & pulchritudo i cõspectu eius:
sãctitas & magnificẽtia in sãctificatiõe eiꝰ.
7 Afferte domino patrię gẽtiũ/
afferte domino gloriã & honorẽ:
afferte domino gloriam nomini eius.
8 T ollite hostias & introite in atria eius:
adorate dñm in atrio sancto eius.
9 C ommoueatur a facie eius vniuersa terra:
dicite i natiõibꝰ qa dñs regnauit a ligno.
10 E teni correxit orbẽ terrę q nõ cõmouebit:
iudicabit populos in æquitate.
11 I ocundẽtur cœli & exultet terra/
cõmoueatur mare & plenitudo eius:
gaudebunt campi & oĩa quę in eis sunt.
12 T unc exultabunt oĩa ligna siluarũ
ante faciem domini quoniam venit:
quoniam venit iudicare terram.
13 I udicabit orbẽ terrarũ in ęquitate:
& populos in veritate sua.

¶Psalmus. LXXXXV.

CAntate DOMINO canticum nouum:
cantate DOMINO omnis terra.
Cantate DÑO & benedicite noĩ eiꝰ:
annũciate de die ĩ diẽ SALVTARE eiꝰ. Iesua.
Annunciate inter gentes gloriam eius:
in omnibus populis mirabilia eius.
Q ñ magnus DÑS & laudabilis nimis:
terribilis est super oẽs deos. Elohim.
Q uoniam oẽs dij gẽtiũ dæmonia: Elohei.
DOMINVS autẽ cœlos fecit.
Confessio & pulchritudo in conspectu eius:
sctimonia & magnificẽtia ĩ sãctificatiõe eiꝰ.
Afferte DOMINO patriæ gentium/
afferte DOMINO gloriam et honorem:
afferte DOMINO gloriam nomini eius.
Tollite hostias & introite in atria eius:
adorate DOMINVM in atrio sancto eius.
Cõmoueatur a facie eius vniuersa terra:
dicite in gẽtibus quia DÑS regnauit.
Etenim correxit orbẽ terrę qui nõ cõmouebit;
iudicabit populos in ęquitate.
Lętentur cœli & exultet terra/
cõmoueatur mare & plenitudo eius:
* gaudeant campi & oĩa quæ in eis sunt.
Tunc exultabunt oĩa ligna siluarum
a facie DOMINI quia venit:
quoniam venit iudicare terram.
* Iudicauit orbem terrę in ęquitate:
& populos in veritate sua.

ARGVMINTVM. Psalmꝰ/de aduentu Christi domini ad iudiciũ/signis iudicij/confusione idololatrarum/præcepto qꝰ omnes cœlites adorent Christũ/ lætitia ecclesiæ sanctorum super hoc præcepto/& animarũ sanctarum super iusto Christi dei iudicio/qꝰ tunc lux mundi intelligibilis iustis orietur semper in domino lætantibus/memoriã beneficiorũ eius celebrantibꝰ/ gratias agentibus/& deũ in sæcula sæculorũ laudãtibus. ¶Conciliatus versu quinto. ¶Aduerte septio versu vocabulũ ELILIM interpretes vertisse sculptilia: qđ p̃cedẽtis psalmi versu quinto verterũt dæmonia. ¶Itẽ octauo versu Elohim verterunt angeli et statim versu decimo deos: sed ęquius vt et octauo etiam dij vertissent quẽadmodũ et facer Hieronymus.

¶Psalmus. LXXXXVI.

1 DOminus regnauit exultet terra:
iocundentur insulę multæ.
2 Nubes et caligo in circuitu eius:
iustitia et iudiciũ directio sedis eius.
3 Ignis ante eũ præibit:
et inflãmauit in circuitu inimicos eius.
4 Apparuerunt fulgura eius orbi terrę:
vidit et cõmota est terra.
5 Montes fluxerunt sicut cęra a facie domini:
a facie domini omnis terra.
6 Annunciauerunt cœli iustitiã eius:
et viderunt omnes populi gloriã eius.
7 Confundantur oẽs qui adorãt sculptilia:
qui gloriantur in simulacris suis.
8 Adorate eum omnes angeli eius:
audiuit et iocundata est sion.
9 Et exultauerunt filiæ iudę:
propter iudicia tua domine.

¶Psalmus. LXXXXVI.

DOMINVS regnauit exultet terra:
lætentur insulæ multę.
Nubes et caligo in circuitu eius:
iustitia et iudicium correctio sedis eius.
Ignis ante ipsum pręcedet:
et inflammabit in circuitu inimicos eius.
Illuxerunt fulgura eius orbi terrę:
vidit et cõmota est terra.
Montes sicut cęra fluxerunt a facie DÑI:
a facie DOMini omnis terrę. Adon.
Annunciauerunt cœli iustitiã eius:
et viderunt omnes populi gloriam eius.
Confundãtur omnes qui adorant sculptilia:
et qui gloriantur in simulacris suis.
Adorate eũ omnes angeli eius:
audiuit et lętata est sion.
Et exultauerunt filiæ Iudę:
propter iudicia tua DOMINE.

Elion. Elohim. Qñ tu DN̄S ALTISSIM⁹ ſup oēm terrā: nimis exaltatus es ſuper oēs deos.
Q ui diligitis DOMINVM odite malum: cuſtodit — dñs.. aias ſanctorū ſuorū/ de manu peccatoris liberabit eos.
L ux orta eſt iuſto: et rectis corde lętitia.
Lętamini iuſti in DOMINO: & cōfitemini memorię ſanctificatiōis ei⁹.

Q ñ tu es dñs altiſſimus ſup oem terram: nimis exaltatus es ſuper oēs deos.
Q ui diligitis dominū odite malignum: cuſtodit dominus aias ſeruorū ſuorum/ de manu peccatoris eruet eas.
L ux orta eſt iuſto: et rectis corde iocunditas.
I ocundamini iuſti in domino: et confitemini memoriæ ſanctitatis ei⁹.

ARGVMENTVM. Pſalmus/vocatio in ſpiritu ad carmen nouę legis in narrandis mirabilibus quæ deus per Chriſtū dñm geſſit/q̄ propria virtute a mortuis ſurrexerit/ q̄ id per vniuerſos fines terræ annūciatū ſit/inuitatio gentiū oīm ad lætitiā q̄ legē Chriſti qua in iuſtitia et æquitate regerentur ſuſceperint. ¶ Conciliat⁹ verſu ſecundo.

¶ Pſalmus. LXXXXVII.

C Antate DOMINO canticū nouū: quia mirabilia fecit.
S aluauit eum dextera eius: & brachiū ſanctum eius.
N otū fecit DN̄S SALVTARE ſuū: in conſpectu gentiū reuelauit iuſtitiā ſuam.
R ecordatus eſt miſericordię ſuæ: & veritatis ſuæ domui I ſrael.
V iderunt omnes termini terrę: SALVTARE DEI noſtri.
Ieſua.
Elohe. I ubilate DOMINO omnis terra: cantate & exultate et pſallite.
P ſallite DOMINO in cithara/ in cithara & voce pſalmi: in tubis ductilibus & voce tubæ corneæ.
I ubilate in conſpectu regis DOMINI: moueatur mare & plenitudo eius/ orbis terrarū & qui habitant in eo.
F lumina plaudent manu/ ſimul mōtes exultabunt a cōſpectu DN̄I: quoniā venit iudicare terrā.
I udicabit orbē terrarum in iuſtitia: et populos in æquitate.

¶ Pſalmus. LXXXXVII.

C Antate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit dominus.
S anauit ei dextera eius: & brachium ſanctum eius.
N otum fecit dominus ſalutare ſuum: ante conſpectū gentiū reuelauit iuſtitiā ſuā.
M emor fuit miſericordię ſuæ iacob: & veritatis ſuæ domus iſrael.
V iderunt omnes fines terræ: ſalutare dei noſtri.
I ubilate deo vniuerſa terra: cantate & exultate et pſallite.
P ſallite deo noſtro in cithara/ in cithara & voce pſalmi: in tubis ductilibus & voce tubæ corneæ.
I ubilate in conſpectu regis domini: cōmoueatur mare & plenitudo eius/ orbis terræ & oēs inhabitantes in ea.
F lumina plaudent manibus/ in idipſū montes exultabunt a facie dñi: quoniam veniet iudicare terram.
I udicabit orbem terræ in iuſtitia: & populos in æquitate.

ARGVMENTVM. Pſalmus/excitatio gentiū q̄ Chriſtus dñs deus noſter qui ſedet ſup Cherubim acceperit ad eas moderandas regnū/q̄ in eccleſia regeneratorū Chriſtus dñs magn⁹ eſt & excelſus ad directionē oīm populorū/q̄ eius adoretur humanitas q̄ eſt diuinitatis eius reclinatorū & agnus pro nobis immolatus/quales ſacerdotes Chriſti eſſe debeant cuſtodiētes mandata eius/nichil innouantes/ſancti/puri et immaculati/inuocantes & exaltantes eū qui eſt ſanctus ſanctorum. ¶ Conciliatus verſu primo & quinto.

¶ Pſalmus LXXXXVIII.

D ñS regnauit cōmoueantur populi: q̄ ſedet ſup cherubim moueat terra.
D ñS in ſion magnus et excelſus: ſuper omnes populos.
C onfiteantur nomini tuo magno quoniam terribile et ſanctū eſt: & honor regis iudicium diligit.
T u paraſti directiones: iudiciū et iuſtitiā in Iaacob tu feciſti.
Elohe. E xaltate DOMINVM DEVM noſtrum/ et adorate ſcabellum pedū eius: quoniam ſanctus eſt.
M oſes et Aharon in ſacerdotib⁹ eius:

¶ Pſalmus. LXXXXVIII.

D Ominus regnauit iraſcantur populi: qui ſedes ſup cherubi cōmoueat terra.
D ñs in ſion magnus et excelſus eſt: ſuper omnes populos.
C onfiteantur nomini tuo magno quoniam terribile et ſanctum eſt: et honor regis iudicium diligit.
T u paraſti æquitatem: iuſtitiam & iudiciū in Iacob tu feciſti.
E xaltate dominum deum noſtrum/ & adorate ſcabellū pedū eius: quoniam ſanctum eſt.
M oyſes et aaron in ſacerdotibus eius:

& samuel in ijs qui inuocant nomen eiꝰ.
7 Inuocabant dñm et ipse exaudiebat eos:
& in columna nubis loquebatur ad eos.
8 Custodiebant testimonia eius:
& preçepta eius quæ dedit eis.
9 Dñe deus noster tu exaudisti eos/
deus tu propicius fuisti illis:
& vindicans in oēs affectiones eorum.
10 Exaltate dominū deū nostrū/
& adorate in monte sancto eius:
quoniā sanctus dominus deus noster.

& Samuel iter eos qui inuocāt nomen eius.
Inuocabant DN̄M & ipse exaudiebat eos:
& in columna nubis loquebatur ad eos.
Custodiebant testimonia eius:
& præceptū quod dedit illis.
DOMINE DEVS noster tu exaudiebas eos/ Elohe.
DEVS tu propicius fuisti eis: El.
& vlciscens in omnes adinuentiones eorū.
Exaltate DOMINVM DEVM nostrum/ Elohe.
& adorate in monte sancto eius:
quoniam sanctus DN̄S DEVS noster. Elohe.

ARGVMENTVM. Psalmus/cōfessio beneficiorū dei & inuitatio ad iubilationē/ lætitiam et laudem eius. ¶Conciliatus versu primo/tertio & quinto.

¶Psalmus. LXXXXIX.
1 Ivbilate deo omnis terra: *
seruite domino in iocunditate.
2 Intrate in conspectu eius:
in exultatione.
3 Scitote quoniā dominus ipse est deus:
ipse fecit nos et non ipsi nos.
4 Nos autē populus eius et oues pascuę eiꝰ/
intrate portas eius in confessione:
ī atria eiꝰ ī hymnis cōfessionū cōfitemini ei.
5 Laudate nomen eius qm̄ suauis est dn̄s/
in ęternum misericordia eius:
et vsq; ī gn̄ationē & gn̄ationē veritas eiꝰ. *

¶Psalmus Thodah. LXXXXIX.
Ivbilate DOMINO omnis terra:
seruite DOMINO in lętitia.
Introite in conspectu eius:
in exultatione.
Scitote quoniā DOMINVS ipse est DEVS: Elohim
ipse fecit nos et ipsius sumus. *
Populus eius et oues pascuæ eius/
introite portas eius in confessione:
atria eius in hymnis/ confitemini illi.
Laudate nomē eius qm̄ suauis est DN̄S/
in æternum misericordia eius:
et vsq; in gn̄ationē et gn̄ationē veritas eius. *

ARGVMENTVM. Psalmꝰ/ de conuersatione Christi domini in terris. ¶Conciliatus versu tertio/quarto/quinto/sexto/septimo/octauo/nono et decimo.

¶Psalmus Dauid. C.
1 Misericordiam & iudiciū:
cantabo tibi domine.
2 Psallā et intelligā in via imaculata:
quando venies ad me.
3 Deambulabam in innocentia cordis mei:
in medio domus meæ.
4 Nō ꝓponebā ante oculos meos rē malam:
facientes pręuaricationes odio habui.
5 Non adhęsit michi cor prauū:
cū declinaret a me malignus/
non cognoscebam.
6 Detrahentē proximo suo occulte:
hunc persequebar.
7 Superbo oculo et insatiabili corde:
huic non conuescebar.
8 Oculi mei ad fideles trę vt cōsiderēt hi mecū
ābulās ī via imaculata hic michi mistrabat
9 Nō habitauit in medio domus meę faciēs
superbiā: loquens iniqua nō direxit
in conspectu oculorum meorum.
10 In matutinis iterficiebā oēs pctōres terrę:
vt disperdam de ciuitate domini
omnes operantes iniquitatem.

¶Psalmus Dauidi. C.
Misericordiam et iudicium:
cantabo tibi DOMINE.
Psallam et intelligā in via imaculata:
quando venies ad me.
Perambulabo in innocentia cordis mei: *
in medio domus meæ.
Non proponā ante oculos meos rē iniustam: *
facientes pręuaricationes odiui.
Nec adhęserunt michi: *
cor prauum declinabit a me/ *
malignū non cognoscam.
Detrahentem secreto proximo suo: *
hunc persequar.
Superbo oculo et insatiabili corde: *
cum hoc non edam.
Oculi mei ad fideles terrę vt sedeant mecū: *
ābulās ī via imaculata hic michi ministrabit.
Nō habitabit in medio domꝰ meę qui facit *
superbiam: qui loquitur iniqua non dirigit
in conspectu oculorū meorum.
In matutino interficiā oēs peccatores terrę: *
vt disperdam de ciuitate DOMINI *
omnes operantes iniquitatem.

ARGVMENTVM. Psalmus/oratio populi fidelis ab ifidelibꝰ diu et multum oppressi vt excitetur benignissimus deus et ecclesia regeneratorum in sua puritate instauretur/ vt oēs populi ad pietatis cultū conuertantur & omnia mundi regna seruiant domino. ¶Conciliatus versu vicesimotertio et vicesimoseptimo.

¶Psalmus. CI.

¶Psalmus. CI.

CONCIL.

DOMINE exaudi orationem meã:
& clamor meus ad te veniat.
NOn auertas faciem tuam a me:
ĩ quacũq; die tribulor iclina ad me aurẽ tuã
In quacunq; die inuocauero te:
velociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus dies mei:
& ossa mea sicut cremiũ aruerunt.
Percussus sum vt fœnũ & aruit cor meũ:
quia oblitus sum comedere panem meum.
A voce gemitus mei:
adhæsit os meũ carni meæ.
Similis factus sum pelicano solitudinis:
factus sum sicut nycticorax in domicilio.
Vigilaui & factus sum sicut passer:
solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant michi inimici mei:
& qui laudabãt me aduersum me iurabãt.
Quia cinerẽ tanq̃ panẽ mãducabã:
& potũ meũ cum fletu miscebam.
A facie irę indignationis tuæ:
quia eleuans allisisti me.
Dies mei sicut vmbra declinauerunt:
& ego sicut fœnum arui.
Tu aũt DOMINE in ęternũ permanes:
& memoriale tuũ in gñatiõe & gñatione.
Tu exurgẽs — dñe .. misereberis Sion:
quia tẽpus miserendi eius quia venit tẽp9.
Quoniã placuerunt seruis tuis lapides ei9:
& terræ eius miserebuntur.
Et timebũt gẽtes nomẽ tuum DOMINE:
& omnes reges terrę gloriã tuã.
Quia ædificauit DOMINVS Sion:
& videbitur in gloria sua.
Respexit in orationẽ humiliũ:
& non spreuit precem eorum.
Scribantur hæc in generatione altera:
& populus qui creabitur laudabit DN̄M.
Iah.
Quia prospexit de excelso sancto suo:
DOMINVS de cœlo in terram aspexit.
Vt audiret gemitus cõpeditorũ:
& solueret filios interemptorũ.
Vt annuncient in Sion nomẽ DOMINI:
& laudẽ eius in Hierusalem.
Cum conuenient populi in vnũ:
& reges vt seruiant DOMINO.
Respondit ei in via virtutis suę:
paucitatẽ dierũ meorũ nuncia michi.
Nẽ reuoces me in dimidio dierũ meorũ:
in generatione & generationẽ anni tui.
Initio tu — dñe .. terram fundasti:
& opera manuum tuarum sunt cœli.
Ipsi peribunt tu autẽ permanebis:
& omnes sicut vestimentũ veterascent.
Et sicut opertoriũ mutabis eos & mutabũt:
tu aũt idem ipse es et anni tui nõ deficiẽt.
Filij seruorum tuorum habitabunt:

VET.

Omine exaudi orationẽ meam: 1
& clamor meus ad te perueniat.
Ne auertas faciem tuam a me: 2
ĩ quacũq; die tribulor iclina aurẽ tuã ad me.
In quacunq; die inuocauero te: 3
cito exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus dies mei: 4
& ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt.
Percussum est sicut fenũ & aruit cor meum: 5
quoniã oblitus sum manducare panẽ meũ. 6
A voce gemitus mei:
adhęserunt ossa mea carni meæ.
Similis fact9 sũ pelicano q̃ habitat ĩ solitudine: 7
fact9 sũ sicut nycticorax q̃ habitat ĩ parietinis 8
Vigilaui & factus sum sicut passer:
singularis in tecto.
Tota die exprobrabant michi inimici mei: 9
& qui laudabant me aduersũ me iurabant. 10
Quia cinerẽ sicut panẽ mãducaui: 11
& potũ meũ cum fletu miscebam.
A facie irę & indignationis tuæ: 12
quoniã leuasti elisisti me.
Dies mei sicut vmbra declinauerunt: 13
& ego velut fœnum arui.
Tu vero domine in æternum permanes: 14
& memoriale tuum in gñatione & gñationẽ.
Tu exurgens misereberis sion: 15
quoniã venit tempus vt miserearis eius.
Qm̃ bñplacitũ habuerũt serui tui ĩ lapides ei9 16
& pulueris eius miserebuntur.
Et timebunt gentes nomẽ tuum domine: 17
& omnes reges terræ gloriã tuam.
Quoniã ædificauit dominus sion: 18
& videbitur in gloria sua.
Et respexit in orationẽ humilium: 19
& non despexit deprecationẽ eorum.
Scribantur hæc in generationẽ alteram: 20
& popul9 qui creabitur laudabit dominum.
Quoniã prospexit ex alto sancto suo: 21
dominus de cœlo in terrã prospexit.
Vt audiret gemitũ compeditorũ: 22
vt soluat filios mortificatorũ.
Vt annũcietur in sion nomẽ domini: 23
& laus eius in hierusalem.
* In conueniendo populos in vnũ: 24
& regna vt seruiant domino.
Respondit ei in via fortitudinis suæ: 25
exiguitatem dierum meorũ annũcia michi.
Ne reuoces me in dimidium dierum meorũ: 26
in generatione generationũ anni tui.
In principio terrã tu fundasti domine: 27
& opera manuũ tuarũ sunt cœli.
* Ipsi peribunt tu autẽ permanes: 28
& omnes sicut vestimentum veterascent.
Et sicut opertoriũ mutabis eos & mutabunt: 29
tu vero idem ipse es & ãni tui non deficiẽt.
Filij seruorũ tuorũ inhabitabunt:

& semen eorũ in ſęculũ ſcl̃i dirigetur. & semen eorum in sæculũ dirigetur.

ARGVMENTVM. Psalmꝰ/beneficiorum dei agnitio/gratiarũ actio/quanta dei benignitas in nos/quanta miseratio/inuitatio supernarũ virtutũ & omnis creaturæ eius ad dei benedictionẽ/& animæ fidelis exhortatio in vniuersa creatura cui late dominatur deus ad consimilem dei benedictionem. ℂ Conciliatus versu quinto.

ℂ Psalmus Dauid. CII. ℂ Psalmus Dauidi. CII.

1 BEnedic anima mea dominum: & oĩa interiora mea nomẽ sãctũ eiꝰ
2 Benedic anima mea dominũ: & noli obliuiſci oẽs retributiones eius.
Qui propicius fit oĩbus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes languores tuos.
4 Qui redimit de corruptione vitã tuã: qui coronat te ĩ miseratiõe & misericordia.
5 Qui satiat in bonis desyderiũ tuũ: renouabitur sicut aquilę iuuentus tua.
6 Faciens misericordias dominus: & iudiciũ eis qui iniuriã accipiunt.
7 Notas fecit vias suas moysi: filijs israel voluntates suas.
8 Miserator & misericors dominus: longanimis & multæ misericordiæ.
9 Non in finem irascetur: neqꝫ in æternũ indignabitur.
10 Non secundũ peccata nostra fecit nobis: neqꝫ scd̃m iiqtates nostras retribuit nobis.
11 Quoniã secundũ altitudinẽ cœli a terra: cõfirmauit dñs miam suã sup timẽtes eũ.
12 Quantum distat oriens ab occidente: longe fecit a nobis esse peccata nostra.
13 Sicut miseretur pater filijs/ sic misertus est dñs timentibus eum: quoniã ipse cognouit figmentũ nostrũ.
14 Memento quia puluis sumus: homo tanq̃ fœnũ/dies illiꝰ sicut flos agri/ ita efflorebit.
15 Qm̃ spiritus pertransibit in eo et nõ erit: & non cognoscet amplius locum suum.
16 Mia vero dñi in sæculo & in seculum: super timentes eum.
17 Et iustitia eius super filios filiorum: custodientibus testamentũ eius.
18 Et memoria retinentibus mandata eius: vt faciant ea.
19 Dominus parauit in cœlo thronũ suũ: & regnum eius omniũ dominabitur.
20 Benedicite dñm oẽs angeli eius: potentes fortitudine/facientes verbũ eius/ ad audiendã vocẽ sermonũ eius.
21 Benedicite dñm omnes virtutes eius: ministri eius facientes voluntatẽ ipsius.
22 Benedicite dñm oĩa opera eius in omni loco dominationis eius: benedic anima mea dominũ.

BEnedic anima mea DOMINO: & oĩa q̃ intra me sunt noĩ sancto eius.
Benedic anima mea DOMINO: & noli obliuiſci omnes retributiones eius.
Qui propiciatur oĩbus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vitam tuam: q ui coronat te in mia & miserationibus.
* Qui replet bonis desyderium tuum: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.
Faciens misericordias DOMINVS: & iudiciũ omnibus iniuriã patientibꝰ.
Notas fecit vias suas Mosi: filijs Israel voluntates suas.
Miserator & misericors DOMINVS: longanimis & multũ misericors.
Non in perpetuum irascetur: neqꝫ in ęternũ comminabitur.
Nõ secundũ peccata nostra fecit nobis: neqꝫ scd̃m iiqtates nostras retribuit nobis.
Quoniã secundum altitudinẽ cœli a terra: corroborauit miam suam sup timentes se.
Quantum distat ortus ab occidente: longe fecit a nobis iniquitates nostras.
Quomodo miseretur pater filiorum/ misertus est DOMINVS timẽtibus se: quoniã ipse cognouit figmentũ nostrum.
Recordatus est quoniã puluis sumus: homo sicut fœnũ/dies eius tanq̃ flos agri/ sic efflorebit.
Qm̃ spiritus pertransibit in illo & nõ subsistet: & non cognoscet amplius locum suum.
Mia aũt DN̄I ab ęterno & vsqꝫ ī ęternũ: super timentes eum.
Et iustitia illius in filios filiorũ: ijs qui seruant testamentũ eius.
Et memores sunt mandatorum ipsius: ad faciendum ea.
DOMINVS in cœlo parauit sedem suam: & regnũ ipsius omnibus dominabitur.
Benedicite DOMINO oẽs angeli eius: potentes virtute/facientes verbũ illius/ ad audiendã vocẽ sermonum eius.
Benedicite DOMINO oẽs virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatem eius.
Benedicite DOMINO omnia opera eius in omni loco dominationis eius: benedic anima mea DOMINO.

ARGVMENTVM. Psalmus/alia laus & gratiarũ actio specialius beneficia dei & prouidentiam narrans/quod diuinũ indumentũ/quę eius opera/ qꝫ susceptus a nube ascẽderit ī cœlũ/ qꝫ angelos miserit suæ voluntatis nuncios/q̃ admirabili prouidentia singula quæqꝫ dispen-

set in terra/ q̄ tota mens nostra conuersa esse debeat in laude diuina/ et illic tota delectatio nostra/ qui autem tales non sunt: deleātur a terra vt soli laudatores dei supersint & remaneāt in ea. ¶ Conciliatus versu tertiodecimo/octauodecimo/ vndeuicesimo & triceſimoprimo.

¶ Psalmus Dauid. CIII.

Benedic anima mea DOMINO:
DN̄E D E⁹ me⁹ magnificat⁹ es vehe-
Eloha. Cōfessionē & decorē iduisti: (mēter.
amictus lumine sicut vestimento.
Extendens cœlum sicut pellem:
qui tegis aquis superiora eius.
Qui ponis nubem ascensū tuū:
qui ābulas super pēnas ventorū.
Qui facis angelos tuos spiritus:
& ministros tuos ignē vrentem.
Qui fundasti terrā super stabilitatē suā:
non inclinabitur in sæculū sęculi.
Abyssus sicut vestimentū amictus eius:
super montes stabunt aquæ.
Ab increpatione tua fugient:
a voce tonitrui tui formidabunt.
Ascendunt montes et descendunt cāpi:
in locū quē fundasti eis.
Terminū posuisti quē non transgrediētur:
nec conuertentur operire terram.
Qui emittis fontes in conuallibus:
inter mediū montiū pertransibunt aquæ.
Potabunt omnes bestię agri:
expectabunt onagri in siti sua.
Super ea volucres cœli habitabunt:
de medio nemorū dabunt voces.
Rigans montes de superioribus suis:
de fructu operū tuorū satiabitur terra.
Producens fœnū iumentis:
& herbam seruituti hominū.
Vt educas panē de terra:
& vinū lætificet cor hominis.
Vt exhilaret faciem in oleo:
& panis cor hois confirmet.
Saturabuntur ligna DOMINI
& cedri libani quas plantauit:
illic passeres nidificabunt.
Erodij domus prędet illis:
mōtes excelsi ceruis/ petra refugiū erinacijs
Fecit lunā in tēpora:
sol cognouit occasū suū.
Posuisti tenebras & facta est nox:
in ipsa pertransibunt oēs bestię siluę.
Catuli leonū rugiētes vt rapiant:
et quęrant a DEO escā sibi.
Ortus est sol et congregati sunt:
et in cubilibus suis collocabuntur.
Exibit homo ad opus suum:
et ad operationē suā vsq; ad vesperā.
Qz magnificata sunt opera tua DOMINE/
omnia in sapientia fecisti:
impleta est terra possessione tua.
Hoc mare magnū et spacioſum manibus:

¶ Psalmus Dauid. CIII.

Benedic anima mea dominum: 1
dñe de⁹ me⁹ magnificatus es nimis,
Confessionē & decorē induisti: 2
circūamictus lumen sicut vestimentum.
Extendens cœlum sicut pellem: 3
qui protegit aquis superiora eius.
Qui ponit nubes ascensū eius: 4
qui ambulat super pennas vētorū.
Qui facit angelos suos spiritus: 5
& ministros suos ignē flagrantē.
Fundauit terrā super firmitatē eius: 6
non inclinabitur in sæculum sæculi.
Abyssus sicut vestimentū amictus ipsius: 7
super montes stabunt aquæ. 8
Ab increpatione tua fugient:
a voce tonitrui tui formidabunt.
Ascendunt montes & descendunt campi: 9
in locū quem fundasti eis.
Terminū posuisti eis quē nō transgrediētur: 10
neq; reuertentur tegere terram. 11
Qui emittis fontes in conuallibus:
inter mediū montiū pertransibunt aquæ. 12
Potabunt omnes bestię agri:
suscipient onagri in sitim suam. 13
Super illos volatilia cœli inhabitabunt:
* de medio petrarū dabunt vocē suā. 14
Rigans montes de superioribus suis:
de fructu operū tuorū satiabitur terra. 15
Producens fœnum iumētis:
& herbā seruituti hominū. 16
Vt educas panē de terra:
& vinū lætificet cor hominis. 17
Vt exhilaret faciem in oleo:
& panis cor hominis confirmet. 18
* Satiabuntur omnia ligna campi
& cedri libani quas plantauit:
illic passeres nidificabūt.
* Fulicę dom⁹ dux ē eorū mōtes altissimi ceruis 19
petra refugiū heritijs & leporibus.
Fecit lunam in tempora: 20
sol agnouit occasum suū.
Posuisti tenebras & facta est nox: 21
ibi pertransibunt oēs bestiæ siluę.
Catuli leonū rugientes vt rapiant: 22
quęrentes a deo escam sibi.
Ortus est sol et congregati sunt: 23
et in cubilibus suis cubabunt.
Exiet homo ad opus suum: 24
et ad operationē suā vsq; ad vesperam.
Qz magnificata sunt opera tua domine/ 25
omnia in sapientia fecisti:
repleta est terra creatura tua.
Hoc mare magnū et spacioſum: 26

ibi repentia quorũ non est numerus.
27 Animalia pusilla & magna:
illic naues commeabunt.
28 Draco hic quẽ finxisti ad illudendũ ei:
omnia a te expectant domine/
vt des illis escam in tempore oportuno.
29 Cum dederis eis colligent:
apiẽte aũt te manũ tuã vniũsa iplebũt bonitate.
30 Auertẽte aũt te faciẽ tuã turbabũt/ (tate
auferes spiritũ eorũ & deficient:
& in puluerem suum conuertentur.
31 Emittes spiritum tuũ & creabuntur:
& innouabis faciem terræ.
32 Sit gloria domini in æternum:
lætabitur dominus in operibus suis.
33 Qui aspicit terram & facit eam tremere:
qui tangit montes & fumigabunt.
34 Cantabo domino in vita mea:
psallam deo meo q̃diu sum.
35 Suauis sit ei disputatio mea:
ego autẽ iocundabor in domino.
36 Deficiãt pc̃ores a tra/et iniq ita vt nõ sint:
benedic anima mea dominũ.

illic reptilia quorũ non est numerus.
Animalia pusilla cum magnis:
illic naues pertransibunt.
Draco iste quẽ formasti ad illudendum ei:
omnia a te expectant/
vt des illis escam in tempore.
Dante te illis colligent:
aperiẽte te manũ tuã oĩa iplebunt bonitate.
Auertente autẽ te faciẽ turbabuntur/
auferes spiritum eorũ & deficient:
& in puluerem suum conuertentur.
* Emittes spiritũ tuum & creabuntur:
& renouabis faciem terræ.
Sit gloria DOMINI in sæculum:
lætabitur DOMINVS in operib⁹ suis.
Qui respicit terram & facit eam tremere:
qui tangit montes & fumigant.
Cantabo DOMINO in vita mea:
psallam DEO meo q̃diu sum. Eloha.
Iocundum sit ei eloquium meũ:
ego vero delectabor in DOMINO.
Deficiãt pc̃ores a terra/et iniq ita vt nõ sint:
benedic anima mea DOMINO.

ARGVMENTVM. Psalmus/laus veteris synagogę historiam sacrã partim ex Genesi/ partim ex Exodo cõtinens. ¶ Conciliatus versu nonodecimo/vicesimoprimo/ vicesimoquinto/ & tricesimoquinto. ¶ Aduerte tricesimotertio versu dixit & venit locusta & bruchus: in annotatione huius versus dictus est bruchus species q̃dã aculeatę muscę. nã & in Hieremia sic legimus: adducite equũ quasi bruchum aculeatũ. verũ alij nõ muscã/ sed vermẽ illũ hirsutum significari volunt qui maxime hortenses herbas & arborũ frondes erodit: quã et Greci campen appellant. & in hac regiõe ita notus vt qui describere velit superflu⁹ ,ppemodũ videat.

¶ Psalmus. CIIII.

1 Confitemini dño & iuocate nomẽ ei⁹:
annũciate inter gentes opera eius.
2 Cantate ei & psallite ei:
narrate omnia mirabilia eius.
3 Laudamini in nomine sancto eius:
lætetur cor quærentium dominum.
4 Quærite dominũ & confirmamini:
quærite faciẽ eius semper.
5 Mementote mirabiliũ eius quę fecit:
prodigia eius et iudicia oris eius.
6 Semen Abraham serui eius:
filij iacob electi eius.
7 Ipse dominus deus noster:
in omni terra iudicia eius.
8 Memor fuit in sęculum testamẽti sui:
verbi quod mandauit in mille gñatiões.
9 Quod disposuit ad Abraham:
et iuramenti sui ad isaac.
10 Et statuit illud iacob in pręceptũ:
et israel in testamentũ ęternũ.
11 Dicẽs tibi dabo terrã chanaan:
funiculũ hęreditatis vestrę.
12 Cum essent numero breui:
pauciſſimi/et incolę in ea.
13 Transierunt de gente in gentẽ:
et de regno in populum alterum.

¶ Psalmus. CIIII.

Confitemini DÑO et iuocate nomẽ ei⁹:
annunciate inter gentes opera eius.
Cantate & psallite ei:
narrate omnia mirabilia eius.
Laudamini in nomine sancto eius:
lætetur cor quęrentiũ DOMINVM.
Quęrite DOMINVM et confirmamini:
quærite faciẽ eius semper.
Memẽtote mirabiliũ eius quæ fecit:
prodigia eius et iudicia oris eius.
Semen Abraham serui eius:
filij Iaacob electi eius.
Ipse DOMINVS DEVS noster: Elohe.
in vniuersa terra iudicia eius.
Memor fuit in sęculum testamenti sui:
verbi quod mandauit in mille generatiões.
Quod disposuit ad Abraham:
et iuramenti sui ad Isaac.
Et statuit illud Iaacob in pręceptũ:
et Israel in testamentũ ęternum.
Dicẽs tibi dabo terrã Chanaan:
funiculũ hęreditatis vestrę.
Cũ essent numero breui:
pauciſſimi/et incolę eius.
Et pertransierunt de gente in gẽtem:
et de regno ad populũ alterũ.

CONCIL.	VET.	
Non reliquit hominem nocere eis: & corripuit pro eis reges.	Non dimisit homini nocere eis: & corripuit pro eis reges.	14 15
Nolite tangere christos meos: & in prophetis meis nolite malignari.	Nolite tangere Christos meos: & in prophetis meis nolite malignari.	15 16
Et vocauit famem super terram: & omne firmamentū panis contriuit.	Et vocauit famem super terram: & omne firmamentū panis contriuit.	16 17
Misit ante eos virum: in seruum venundatus est Ioseph.	Misit ante eos virum: in seruum venundatus est ioseph.	17 18
Humiliauerunt in cōpedibus pedes eius: ferrum pertransijt animā eius/ donec veniret verbum eius.	Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrum pertransijt animā eius/ donec veniret verbū eius.	18 19
§q Eloquiū DOMINI probauit eum: misit rex & soluit eū/ princeps populorum & dimisit eū.	* Eloquiū domini inflāmauit eum: misit rex & soluit eum/ princeps populorum & dimisit eum.	19 20
Adon. Constituit eū dominū domus suæ: & principē omnis possessionis suæ.	Constituit eū dominū domus suæ: & principem omnis possessionis suæ.	20 21
Vt erudiret principes eius sicut semetipsū: & senes eius sapientiā doceret.	Vt erudiret principes eius sicut semetipsum: * & senes eius prudentiam doceret.	21 22
Et intrauit Israel in ægyptum: & Iaacob accola fuit in terra Cham.	Et intrauit israel in ægyptum: & iacob accola fuit in terra cham.	22 23
Et auxit populū suum vehementer: et firmauit eum super inimicos eius.	Et auxit populum suum vehementer: & firmauit eum super inimicos eius.	23 24
Conuertit cor eorū vt oderent populū eius: & dolum facerent in seruos eius.	Et conuertit cor eorū vt oderent populū eius: & dolum facerent in seruos eius.	24 25
Misit Moysen seruum suum: Aharon quem elegit sibi.	Misit moysen seruū suum: * & aaron quem elegit ipsum.	25 26
Posuit in eis verba signorū suorū: & prodigiorū in terra Cham.	Posuit in eis verba signorum suorum: & prodigiorum in terra cham.	26 27
Misit tenebras et obscurauit: et non exacerbauit sermones suos.	Misit tenebras & obscurauit: exacerbauerunt sermones eius.	27 28
Conuertit aquas eorum in sanguinē: & occidit pisces eorū.	Conuertit aquas eorum in sanguinem: & occidit pisces eorum.	28 29
Edidit terra eorū ranas: in penetralibus regū ipsorū.	Et dedit terram eorum ranas: in penetrabilibus regū ipsorum.	29 30
Dixit & venit cœnomia et sciniphes: in omnibus finibus eorum.	Dixit et venit cynomya et sciniphes: in omnibus finibus eorum.	30 31
Posuit pluuias eorum grandinem: ignē comburentē in terra ipsorū.	Posuit pluuias eorū in grandinē: ignē comburentem in terra ipsorum.	31 32
Et percussit vineas eorū et ficulneas eorū: et contriuit lignū finiū eorum.	Et percussit vineas eorū et ficulneas eorum: et contriuit omne lignum finium eorum.	32 33
Dixit et venit locusta et bruchus: cuius non erat numerus.	Dixit et venit locusta et bruchus; cuius non erat numerus.	33 34
Et comedit omne fœnū in terra eorū: et comedit omnē fructū terræ eorū.	Et comedit omne fœnū in terra eorum: et comedit omnē fructū terræ eorum.	34 35
Et percussit oē primogenitū in terra eorū: primitias omnis partus eorum.	Et percussit omne primogenitū in terra eorū: * primitias omnis laboris eorum.	35 36
Et eduxit eos cum argento et auro: et non erat in tribubus eorum infirmus.	Et eduxit eos in argento et auro: et non erat in tribubus eorum infirmus.	36 37
Lætata est ægyptus in profectione eorū: quia incubuit timor eorū super eos.	Lætata est ægyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorū super eos.	37 38
Expandit nubē in protectionē eorū: et ignē vt luceret eis per noctem.	Expandit nubem in protectionē eorū: et ignē vt luceret eis per noctem.	38 39
Petierunt et venit coturnix: et pane cœli saturauit eos.	Petierunt carnes et venit coturnix: et pane cœli saturauit eos.	39 40
Dirupit petrā et fluxerunt aquæ: abierunt in sicco flumina.	Dirupit petram et fluxerunt aquæ: abierunt in sicco flumina.	40 41
Quoniā memor fuit verbi sancti sui:	Quoniam memor fuit verbi sancti sui:	41

quod habuit ad abraham puerum ſuum.
42 Et eduxit populũ ſuum in exultatione:
& electos ſuos in lætitia.
43 Et dedit illis regiones gentiũ:
& labores populorũ poſſederunt.
44 Vt cuſtodiant iuſtificationes eius:
& legem eius requirant.

quod habuit ad Abraham puerum ſuum.
Et eduxit populũ ſuum in exultatione:
& electos ſuos in lætitia.
Et dedit illis regiones gentium:
& labores populorũ poſſederunt.
Vt cuſtodiant iuſtificationes eius:
& legem eius requirant.

ARGVMENTVM. Pſalmus/laus alia veteris ſynagogæ: hiſtoriã cõtinens ex Exodo cognitam. ¶ Conciliatus verſu quinto/quartodecimo & viceſimo. ¶ Aduerte octauodecimo verſu in fine ex hebræo magis legendũ Abiram vt Adam q̃ Abirom: ſed cames quandoq; tranſit in o. Et viceſimooctauo & initiati ſunt beelphegor: ex hebreo etiam potius baalphegor/ ain in g mutato, ſed illo modo interpretes vertere conſueuerunt.

¶ Pſalmus. CV.

1 COnfitemini domino quoniã bonus:
quoniã in ſæculũ miſericordia eius.
2 Quis loquetur potentias domini:
auditas faciet omnes laudes eius.
3 Beati qui cuſtodiunt iudiciũ:
& faciunt iuſtitiam in omni tempore.
4 Memento noſtri dñe in bñplacito ppli tui:
viſita nos in ſalutari tuo.
5 Ad videndũ in bonitate electorũ tuorũ
ad lętandũ in lætitia gentis tuæ:
vt lauderis cũ hęreditate tua.
6 Peccauimus cum patribus noſtris:
iniuſte egimus/iniquitatem fecimus.
7 Patres noſtri non intellexerunt in ægypto
mirabilia tua:
nõ fuerũt memores multitudinis mię tuę.
8 Et irritauerunt eũ aſcendentes in mare:
mare rubrum.
9 Et ſaluauit eos propter nomen ſuum:
vt notã faceret potentiã ſuã.
10 Et increpauit mare rubrũ & exiccatũ eſt:
& eduxit eos in abyſſis ſicut in deſerto.
11 Et ſaluauit eos de manu odiẽtiũ:
& redemit eos de manu inimici.
12 Et operuit aqua tribulantes eos:
vnus ex eis non remanſit.
13 Et crediderunt in verbis eius:
& laudauerunt laudẽ eius.
14 Cito fecerunt/obliti ſunt operũ eius:
et non ſuſtinuerunt conſiliũ eius.
15 Et concupierunt concupiſcẽtiã in deſerto:
et tentauerunt deum in inaquoſo.
16 Et dedit eis petitionẽ ipſorũ:
et miſit ſaturitatẽ in animas eorũ.
17 Et irritauerunt Moyſen in caſtris:
aaron ſanctum domini.
18 Aperta eſt terra et deglutiuit dathan:
et operuit ſuper congregationẽ abiron.
19 Et exarſit ignis in ſynagoga eorum:
et flãma combuſſit peccatores.
20 Et fecerunt vitulum in horeb:
et adorauerunt ſculptile.
21 Et mutauerunt gloriam ſuam:
in ſimilitudine vituli comedentis fœnum.

¶ Pſalmus. CV.

CONfitemini DOMINO quoniã bonus: 4ª
qm̃ in ſęculũ miſericordia eius.
Quis loquetur potentias DOMINI: 4ª
auditas faciet omnes laudes eius.
Beati qui cuſtodiunt iudiciũ:
& faciunt iuſtitiã in omni tempore.
Memẽto noſtri DN̄E ī bñplacito ppli tui: 4ª
viſita nos in SALVTARI tuo. Ieſua.
* Vt videamus bona electorũ tuorum
& lætemur in lætitia gentis tuæ:
& exultemus cum hæreditate tua.
Peccauimus cum patribus noſtris:
iniuſte egimus/iniquitatem fecimus.
Patres noſtri in ægypto non intellexerunt
mirabilia tua:
nõ fuerũt memores multitudis mīæ tuę.
Et irritauerunt aſcendentes in mare:
mare rubrum.
Et ſaluauit eos propter nomen ſuum:
vt notam faceret potentiam ſuam.
Et increpuit mare rubrũ & exiccatũ eſt:
& deduxit eos in abyſſis ſicut in deſerto.
Et ſaluauit eos de manu odientium:
& redemit eos de manu inimici.
Et operuit aqua tribulantes eos:
vnus ex eis non remanſit.
Et crediderunt verbis eius:
et laudauerunt laudem eius.
* Cito obliti ſunt operum eius:
et non ſuſtinuerunt conſilium eius.
Et concupierunt concupiſcentiã in deſerto:
et tentauerunt DEVM in inaquoſo. El.
Et dedit eis petitionẽ ipſorum:
et miſit ſaturitatẽ in animas eorum.
Et irritauerunt Moſen in caſtris:
Aharon ſanctum DOMINI. 4ª
Aperta eſt terra et deglutiuit Dathan:
et operuit ſuper congregationem Abirom.
Et exarſit ignis in ſynagoga eorum:
flamma combuſſit peccatores.
Et fecerunt vitulum in Horeb:
* et adorauerunt conflatile.
Et mutauerunt gloriam ſuam:
in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum.

CONCIL.

Ps. Obliti sunt DEVM qui saluauit eos/
qui fecit magnalia in ęgypto:
mirabilia in terra Cham/
terribilia in mari rubro.
Et dixit vt disperderet eos:
si non Moses electus eius stetisset
in confractione in conspectu eius.
Vt auerteret irā eius ne disperderet eos:
& ꝓ nichilo habuerūt terrā desyderabilē.
Non crediderunt verbo eius
& murmurauerunt in tabernaculis suis:
non exaudierunt vocē DOMINI.
Et eleuauit manum suam super eos:
vt prosterneret eos in deserto.
Et vt deiiceret semen eorū in nationibus:
& disperderet eos in regionibus.
Et initiati sunt beelphegor:
& comederunt sacrificia mortuorum.
Et irritauerunt eū in adinuētionib⁹ suis:
& multiplicata est in eis ruina.
Et stetit phinees & placuit:
& cessauit quassatio.
Et reputatum est ei in iustitiam/
in generationem & generationē:
vsqꝫ in sempiternum.
Et irritauerunt eū ad aquas contradictiōis/
& vexatus est Moses propter eos:
quia exacerbauerunt spiritū eius.
Et distinxit in labijs suis:
non disperdiderunt gentes
quas dixit DOMINVS illis.
Et cōmixti sunt inter gentes
& didicerunt opera eorum:
& seruierunt sculptilibus eorū/
& factum est illis in scandalum.
Et immolauerunt filios suos:
& filias suas dæmonijs.
Et effuderunt sanguinē innocētē/
sanguinē filiorū suorum et filiarū suarū:
quas sacrificauerūt sculptilib⁹ chanaan.
Et infecta est terra in sanguinibus:
& cōtaminata est in operibus eorum:
& fornicati sunt in adinuentionibus suis.
Et iratus est furore DNS in populum suū:
& abominatus est hæreditatem suam.
Et tradidit eos in manus gentium:
& dominati sunt eorū qui oderunt eos.
Et tribulauerunt eos inimici eorū/
& humiliati sunt sub manibus eorum:
sæpe liberauit eos.
Ipsi autē exacerbauerunt eū in cōsilio suo:
& humiliati sunt in iniquitatibus suis.
Et vidit cum tribularentur:
et audiuit orationē eorū.
Et memor fuit testamenti sui:
et pœnituit eū scdm mltitudinē miæ suæ.
Et dedit eos in misericordias:

VET.

Obliti sunt deum qui saluauit eos/ 22
qui fecit magnalia in ægypto:
mirabilia in terra cham/
terribilia in mari rubro.
Et dixit vt disperderet eos: 23
si non moyses electus eius stetisset
in confractione in conspectu eius.
Vt auerteret irā eius ne disperderet eos: 24
& pro nichilo habuerunt terrā desyderabilē.
Non crediderunt in verbis eius 25
& murmurabant in tabernaculis suis:
non exaudierunt vocē domini. 26
Et eleuauit manum suam super eos:
vt prosterneret eos in deserto.
Et vt deiiceret semen eorum in nationibus: 27
& disperderet eos in regionibus. 28
Et initiati sunt beelphegor:
& manducauerunt sacrificia mortuorum.
Et irritauerunt eū in adinuētionibus suis: 29
& multiplicata est in eis ruina. 30
Et stetit phinees & placuit:
& cessauit quassatio. 31
Et reputatum est ei in iustitiam/
in generatione & generationem:
vsqꝫ in sempiternum.
Et irritauerunt eum ad aquam cōtradictiōis/ 32
& vexatus est moyses propter eos:
quia exacerbauerunt spiritum eius. 33
Et distinxit in labijs suis:
non disperdiderunt gentes
quas dixit dominus illis. 34
Et commixti sunt inter gentes
& didicerunt opera eorum:
& seruierunt sculptilibus eorum/
& factum est illis in scandalum. 35
Et immolauerunt filios suos:
& filias suas dæmonijs. 36
Et effuderunt sanguinem innocentem/
sanguinē filiorum suorum & filiarū suarū:
quas sacrificauerunt sculptilibus chanaan. 37
Et interfecta est terra in sanguinibus:
& contaminata est in operibus eorum:
& fornicati sunt in adinuentionibus suis. 38
Et iratus est furore dñs in populo suo:
& abominatus est hæreditatem suam. 39
Et tradidit eos in manus gentium:
& dominati sunt eorum qui oderunt eos. 40
Et tribulauerunt eos inimici eorum/
& humiliati sunt sub manibus eorum:
sæpe liberauit eos.
Ipsi autē exacerbauerunt eū in consilio suo: 41
& humiliati sunt in iniquitatibus suis. 42
Et vidit cum tribularentur:
cum audiret orationem eorum. 43
Et memor fuit testamenti sui:
et pœnituit eū secūdū mltitudinē miæ suæ. 44
Et dedit eos in misericordias:

in conſpectu oim qui ceperant eos.
45 Saluos nos fac domine deus noſter:
& congrega nos de nationibus.
46 Vt confiteamur nomini ſancto tuo:
& gloriemur in laude tua.
47 Benedictus dominus deus iſrael
a ſæculo & vſq; in ſæculum:
& dicet omnis populus fiat fiat.

in conſpectu omniũ qui ceperant eos.
Saluos nos fac DOMINE DEVS noſter: ℟ Elohe.
& congrega nos de nationibus.
Vt confiteamur nomini ſancto tuo:
& gloriemur in laude tua.
Benedictus DOMINVS DEVS iſrael ℟ Elohe.
a ſæculo & vſq; in ſæculum:
& dicet omnis populus fiat fiat.

ARGVMENTVM. Pſalmus laus veteris ſynagogæ partim hiſtoriã continens ex exodo cognitam, partim prophetiam de mirabilibus q̃ Chriſtus dominus geſſit imperando ventis & mari, de relictę gẽtis cultu ad afferẽdũ verũ religiõis fructũ, et de derelictiõe gẽtis hebręorũ.

℣ Pſalmus. CVI.

1 COnfitemini dño quoniã ſuauis eſt:
quoniã in ſæculũ miſericordia eius.
2 Dicant qui redempti ſunt a dño
quos redemit de manu inimicorum:
de regionibus congregauit eos.
3 A boriente & occaſu:
ab aquilone & mari.
4 Errauerunt in ſolitudine in ſiccitate:
viã ciuitatis habitationis nõ inuenerunt.
5 Eſurientes & ſitientes erant:
anima eorũ in ipſis defecit.
6 Et exclamauerunt ad dñm cũ tribularẽtur:
de neceſſitatibus eorum eripuit eos.
7 Et deduxit eos in viam rectam:
vt irent in ciuitatem habitationis.
8 Confiteantur domino miſerationes eius:
& mirabilia eius filijs hominũ.
9 Quoniam ſatiauit animã inanem:
& animam eſurientem impleuit bonis.
10 Sedentes in tenebris & vmbra mortis:
cõpeditos in mendicitate & ferro.
11 Quoniã iamaricauerunt eloquiũ domini:
et conſiliũ altiſſimi exacerbauerunt.
12 Et humiliatũ eſt in laboribus cor eorũ:
infirmati ſunt / nec fuit qui adiuuaret eos.
13 Et exclamauerunt ad dñm cum tribularent:
et de neceſſitatibus eorũ ſaluos fecit eos.
14 Et eduxit eos de tenebris et vmbra mortis:
et vincula eorum dirupit.
15 Confiteantur dño miſerationes eius:
et mirabilia eius filijs hominũ.
16 Quia contriuit portas æreas:
et vectes ferreos confregit.
17 Suſcepit eos de via iniquitatis eorum:
propter iuſtitias eni ſuas humiliati ſunt.
18 Omnem eſcam abominata eſt aia eorũ:
et appropiquauerũt vſq; ad portas mortis.
19 Et exclamauerunt ad dñm cũ tribularẽtur:
et de neceſſitatibus eorũ liberauit eos.
20 Miſit verbum ſuum et ſanauit eos:
et eripuit eos de corruptela eorũ.
21 Cõfiteantur domino miſerationes eius:
et mirabilia eius filijs hominum.
22 Et ſacrificent ſacrificiũ laudis:
et nuncient opera eius in exultatione.

℣ Pſalmus. CVI.

CONfitemini DOMINO quoniã bonus: ℟
quoniã in ſæculũ miſericordia eius.
Dicant qui redempti ſunt a DN̄O ℟
quos redemit de manu inimici:
de regionibus congregauit eos.
A ſolis ortu et occaſu:
ab aquilone et mari:
Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo:
viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.
Eſurientes & ſitientes:
anima eorum in ipſis defecit.
Et clamauerunt ad DN̄M cũ tribularentur: ℟
& de neceſſitatibus eorum eripuit eos.
Et deduxit eos in viam rectam:
vt irent in ciuitatem habitationis.
Confiteantur DOMINO miſericordiæ eiꝰ: ℟
& mirabilia eius filijs hominum.
Quia ſatiauit animã inanem:
& animam eſurientem ſatiauit bonis.
Sedentes in tenebris & in vmbra mortis:
vinctos in mendicitate et ferro.
Quia exacerbauerunt eloquia DEI: El.
et conſilium ALTISSIMI irritauerunt. Elion.
Et humiliatũ eſt in laboribus cor eorum:
et infirmati ſunt / nec fuit qui adiuuaret.
Et clamauerunt ad DN̄M cum tribularẽtur: ℟
et de neceſſitatibus eorũ liberauit eos.
Et eduxit eos de tenebris et vmbra mortis:
et vincula eorum dirupit.
Confiteantur DOMINO miſericordię eius: ℟
et mirabilia eius filijs hominum.
Quia contriuit portas æreas:
et vectes ferreos confregit.
Suſcepit eos de via iniquitatis eorum:
propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſũt.
Oẽm eſcã abominata eſt anima eorum:
et appropinquauerũt vſq; ad portas mortis.
Et clamauerunt ad DN̄M cũ tribularentur: ℟
& de neceſſitatibus eorũ liberauit eos.
Miſit verbum ſuum et ſanauit eos:
et eripuit eos de interitionibus eorum.
Confiteantur DOMINO miſericordię eius: ℟
et mirabilia eius filijs hominum.
Et ſacrificent ſacrificium laudis:
et annuncient opera eius in exultatione.

CONCIL.	VET.	
Qui descendunt mare in nauibus:	Qui descendunt mare in nauibus:	23
facientes operationem in aquis multis.	facientes operationem in aquis multis.	24
Ipsi viderunt opera DOMINI:	Ipsi viderunt opera domini:	
& mirabilia eius in profundo.	& mirabilia eius in profundo.	25
Dixit & surrexit spiritus procellę:	* Dixit & stetit spiritus procellæ:	
& exaltati sunt fluctus eius.	& exaltati sunt fluctus eius.	26
Ascendunt vsq; ad cœlos	Ascendunt vsq; ad cœlos	
& descendunt vsq; ad abyssos:	descendunt vsq; ad abyssos:	
anima eorum in malis tabescebat.	anima eorum in malis tabescebat.	27
Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius:	Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius:	
& omnis sapientia eorum deuorata est.	& omnis sapientia eorum absorpta est.	28
Et clamauerunt ad DNM cũ tribularẽtur:	Et exclamauerunt ad dominũ cũ tribularent:	
& de necessitatibus eorũ eduxit eos.	& de necessitatibus eorũ eduxit eos.	29
Et statuit procellam eius in aurã:	Et imperauit procellæ & stetit in auram:	
& siluerunt fluctus eius.	& siluerunt fluctus eius.	30
Et lætati sunt quia siluerunt:	Et iocundati sunt quia siluerunt:	
& deduxit eos in portũ voluntatis eorũ.	& deduxit eos in portũ voluntatis eorum.	31
Confiteantur DOMINO misericordię ei9:	Confiteantur domino miserationes eius:	
& mirabilia eius filijs hominũ.	& mirabilia eius filijs hominum.	32
Et exaltent eum in ecclesia plebis:	Et exaltent eum in ecclesia populi:	
et in cathedra seniorum laudent eum.	& in cathedra seniorum laudent eũ.	33
Posuit flumina in desertum:	Posuit flumina in desertum:	
et exitus aquarum in sitim.	et exitus aquarum in sitim.	34
Terram fructiferam in salsuginẽ:	Terram fructiferam in salinas:	
a malitia inhabitantiũ in ea.	a malitia inhabitantium in ea.	35
Posuit desertũ in stagna aquarum:	Posuit desertum in stagna aquarum:	
et terram sine aqua in exitus aquarum.	et terram sine aqua in exitus aquarum.	36
Et collocauit illic esurientes:	Et habitare fecit illic esurientes:	
et constituerunt ciuitatem habitationis.	et constituerunt ciuitatem habitationis.	37
Et seminauerũt agros et plantauerũt vineas:	Et seminauerũt agros et plantauerũt vineas:	
et fecerunt fructum natiuitatis.	et fecerunt fructũ frumenti.	38
Et benedixit eis multiplicati sunt nimis:	Et benedixit eos et multiplicati sunt nimis:	
et iumenta eorum non minorauit.	et iumenta eorum non sunt diminuta.	39
Et pauci facti sunt et vexati sunt:	Et pauci facti sunt et vexati sunt:	
a tribulatione malorum et dolore.	a tribulatione malorum et dolore.	40
Effusa est contentio super principes:	Effusus est contemptus super principes:	
et errare fecit eos in inuio et non in via.	et seduxit eos in inuio et non in via.	41
Et adiuuit pauperem de inopia:	Et adiuuit pauperẽ a mendicitate:	
et posuit sicut oues familias.	et posuit sicut oues familias.	42
Videbunt recti et lætabuntur:	Ergo videbunt recti et iocundabuntur:	
et omnis iniquitas opilabit os suum.	et omnis iniquitas opilabit os suum.	43
Quis sapiens et custodiet hæc:	Qui sapiens et custodiet hæc:	
et intelliget misericordias DOMINI?	et intelliget miserationes domini?	

ARGVMENTVM. Psalmus/q̃ promptus Christus dominus ad laudandũ deũ et omnia pro obedientia patris exequendum/ surrectione eius matutina/annunciatione veri dei patris et filij et spiritus sancti in gentibus/exaltatione filij cũ patre et spiritu sancto super cœlos/ eorũ additione ad ecclesiã quę psalmo 59 addita fuerant ad synagogã/ virtus ecclesiæ a deo trino quẽ tremit/adorat et colit/et ipse conteret inimicos eius. ¶Cõciliatus versu 12. ¶Aduerte quod hic dicitur Sichima/ conuallis tabernaculorum/Galaad/Manasses Idumęa:i hebręo dicuntur Sechem/Succhot/Gilead/Menaseh/Edom.

¶Canticum psalmi Dauidi. CVII.

Paratũ cor meũ D E9 paratũ cor meũ: cantabo et psallã in gloria mea.
Exurge psalterium et cithara: exurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis DOMINE: et psallam tibi in nationibus.

Elohim.

¶ Psalmus. CVII.

Paratũ cor meũ deus paratũ cor meũ: cantabo & psallam in gloria mea. 1
Exurge gloria mea exurge psalterium et cithara: exurgam diluculo. 2
Confitebor tibi in populis domine: et psallam tibi in gentibus. 3

4 Quia magnificata ē vſq; ad cœlos mia tua:
et vſq; ad nubes veritas tua.
5 Exaltare ſuper cœlos deus/
et ſuper omnē terrā gloria tua:
vt liberentur dilecti tui.
6 Saluum me fac dextera tua et exaudi me:
deus locutus eſt in ſancto ſuo.
7 Lætabor & diuidam ſichimam:
& conuallē tabernaculorū dimetiar:
8 Meus eſt galaad & manaſſes:
& ephrem fortitudo capitis mei.
9 Iuda rex meus:
moab olla ſpei meæ.
10 In idumeā extendā calciamētū meū:
michi allophili ſubditi ſunt.
11 Quis deducet me in ciuitatē circunſtantiæ:
quis deducet me vſq; ad idumeā?
12 Nonne tu deus qui repuliſti nos:
& non egredieris de⁹ in virtutib⁹ noſtris.*
13 Da michi auxilium de tribulatione:
& vana ſalus hominis.
14 In deo faciemus virtutē:
& ipe ad nichilū deducet īimicos noſtros.

Q uia magna eſt ſup cœlos mia tua:
et vſq; ad nubes veritas tua.
E xaltare ſuper cœlos DEVS/ Elohim.
et ſuper oēm terrā gloria tua:
vt liberentur dilecti tui.
S aluum fac dextera tua et exaudi me:
DEVS locutus eſt in ſancto ſuo. Elohim.
E xultabo & diuidam ſichimam:
& conuallem tabernaculorum dimetiar.
M eus eſt Galaad & meus eſt Manaſſes:
& Ephraim ſuſceptio capitis mei.
I uda rex meus:
Moab lebes ſpei meæ.
In Idumeā extendam calciamentum meum:
michi alienigenæ amici facti ſunt.
Q uis deducet me in ciuitatem munitam:
quis deducet me vſq; in Idumeam?
N onne tu DEVS qui repuliſti nos: Elohim.
& nōne exibis DEVS in virtutib⁹ noſtris? Elohim.

D a nobis auxiliū de tribulatione:
quia vana ſalus hominis.
In DEO faciemus virtutem: Elohim.
& ipſe ad nichilū deducet īimicos noſtros.

ARGVMENTVM. Pſalm⁹/de detractoribus & blaſphemis in Chriſtū dñm/de Iuda domeſtico proditore/quæ diuinæ execrationes ipſi Iudæ & turbæ quæ innocentem Chriſtum voluit per implacabile odium & inuidiam mortem immeritam ſubire venturę erant/deprecatio ſaluatoris vt ab eorū liberaretur næquitia/q̄ pater (non ipſi) Chriſtum dominum pro ſalute omnium tradidit immolandum/q̄ deus benedicebat ei cui maledicebant & ideo maledictionibus & execrationibus dei ipſi ſubiacebunt/ille vero gratias aget & laudabit deum in eccleſia multorum. ¶ Conciliatus a verſu quinto in quintūdecimū & verſu octauodecimo/viceſimotertio & viceſimooctauo et hæc ſunt conciliata imprecatorio aut optandi modo in enunciatiuum modū mutato: qui propheticiū & prædictiuū ſermonem eſſe potius inſinuat q̄ deuouendi aut optandi ſtudio dictum. Quod præſertim factum eſt ob impios/ vanos et ſceleratos quoſdam: qui hoc diuino oraculo abutentes/alios deuouere & execrari volunt. tales autem maledicunt & deus benedicit: & maledictiones quas illi intendunt in eorum capita merito retorquentur/vt eorum periculo diſcant alij diuinis non abuti. cum ergo legimus aſſerēdo et prænunciando: huiuſmodi ſtultis et inſanis amouetur abuſionis huius pſalmi occaſio.

¶ Pſalmus Dauid. CVIII.

1 DEus laudem meam ne tacueris:
quia os peccatoris et os doloſi
ſuper me apertum eſt.
2 Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa/
et ſermonibus odij circundederunt me:
& expugnauerunt me gratis.
3 Pro eo vt diligerent me detrahebāt michi:
ego autē orabā.
4 Et poſuerunt aduerſū me mala pro bonis:
& odium pro dilectione mea.
5 Conſtitue ſuper eū peccatorem:
& diabolus ſtet a dextris eius.
6 Cum iudicatur exeat condemnatus:
& oratio eius fiat in peccatum.
7 Fiant dies eius pauci:
& epiſcopatū eius accipiat alter.
8 Fiant filij eius orphani:
& vxor eius vidua.
9 Nutātes tranſferantur filij eius et mēdicēt:

¶ Pſalmus Dauidi. CVIII.

DEVS laudem meam ne tacueris: Elohe.
quia os peccatoris & os doloſi
ſuper me apertum eſt.
Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa/
et ſermonibus odij circundederunt me:
et expugnauerunt me gratis.
Pro eo vt me diligerent detrahebant michi:
ego autem orabam.
Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis:
& odium pro dilectione mea.
* Conſtitues ſuper eum peccatorem:
& diabolus ſtabit a dextris eius.
* Cum iudicabitur exibit condemnatus:
& oratio eius fiet in peccatum.
* Fient dies eius pauci:
& epiſcopatum eius accipiet alter.
* Fient filij eius orphani:
& vxor eius vidua.
* Nutantes tranſferent filij ei⁹ et mēdicabūt:

CONCIL.	VET.	
eiſcientur de habitationibus ſuis.	eiſciantur de habitationibus ſuis.	
Scrutabitur exactor omnẽ ſubſtantiã eiꝰ:	* Scrutetur fœnerator oẽm ſubſtantiã eius:	10
& diripient alieni labores eius.	& diripiant alieni labores eius.	11
Non erit illi adiutor:	* Non ſit illi adiutor:	
nec erit qui miſereatur pupillis eius.	nec ſit qui miſereatur pupillis eius.	12
Fient nati eius in interitum:	* Fiant nati eius in interitum:	
in generatione vna delebitur nomẽ eius.	in generatione vna deleatur nomen eius.	13
In memoriã redibit iniquitas patrũ eius	* In memoriam redeat iniquitas patrum eius	
in conſpectu DOMINI:	in conſpectu domini:	
& peccatum matris eius non delebitur.	& peccatum matris eius non deleatur.	14
Fient contra DOMINVM ſemper:	* Fiant contra dominum ſemper:	
& diſperibit de terra memoria eorum/	diſpereat de terra memoria eorum/	
pro eo qꝺ nõ eſt recordatus facere miam.	pro eo qꝺ nõ eſt recordatus facere miam.	
Et perſecutus eſt hoiem inopẽ & mẽdicũ:	Quia perſecutus eſt hoiem inopẽ et mẽdicũ:	15
& compunctũ corde mortificare.	& compunctum corde mortificare.	16
Et dilexit maledictionẽ & veniet ei:	Et dilexit maledictionẽ et veniet ei:	
& noluit benedictioem & elõgabit ab eo.	& noluit benedictionem et elongabit ab eo.	17
Et induit maledictionẽ ſicut veſtimentũ/	Et induit maledictionẽ ſicut veſtimentũ/	
& intrauit ſicut aqua in interiora eius:	& intrauit ſicut aqua in interiora eius:	
& ſicut oleũ in oſſibus eius.	& ſicut oleum in oſſibus eiꝰ.	18
Fiet ei ſicut veſtimentũ quo operitur:	* Fiat ei ſicut veſtimentũ quo operitur:	
& ſicut zona qua ſemper prẽcingitur.	& ſicut zona qua ſemper præcingitur.	19
Hoc opus eorum qui detrahunt michi	Hoc opus eorum qui detrahunt michi	
apud DOMINVM:	apud dominum:	
& qui loquũtur mala aduerſꝰ aiam meã.	& qui loquũtur mala aduerſus animã meã.	20
Adonai Et tu DOMINE DOMINE fac mecum	Et tu domine domine fac mecum	
propter nomen tuum:	propter nomen tuum:	
quia ſuauis eſt miſericordia tua.	quia ſuauis eſt miſericordia tua.	
Libera me quia egenus & pauper ego ſũ:	Libera me quia egenus et pauper ego ſum:	21
& cor meũ conturbatum eſt intra me.	& cor meũ conturbatũ eſt intra me.	22
Sicut vmbra cum declinat ablatus ſum:	Sicut vmbra cum declinat ablatus ſum:	
et excuſſus ſum ſicut locuſta.	et excuſſus ſum ſicut locuſtæ.	23
Genua mea infirmata ſunt a ieiunio:	Genua mea infirmata ſunt a ieiunio:	
& caro mea imutata eſt præter oleum.	* et caro mea immutata eſt propter oleum.	24
Et ego factus ſum opprobrium illis:	Et ego factus ſum opprobrium illis:	
viderunt me et mouerunt capita ſua.	viderunt me et mouerunt capita ſua.	25
Eloha. Adiuua me DOMINE DEVS meus:	Adiuua me domine deus meus:	
ſaluũ me fac propter miſericordiã tuam.	ſaluum me fac ſecundum miſericordiã tuã.	26
Et ſciant quia manus tua hæc:	Et ſciant quia manus tua hæc:	
et tu DOMINE feciſti eam.	et tu domine feciſti eam.	
Maledicent illi et tu benedices:	Maledicent illi et tu benedices:	
qui inſurgunt in me confundentur/	qui inſurgunt in me confundantur/	27
ſeruus autem tuus lætabitur.	ſeruus autem tuus lætabitur.	
Induentur qui detrahunt michi pudore:	* Induantur qui detrahunt michi pudore:	28
et operientur ſicut diploide confuſiõe ſua.	et operiantur ſicut diploide confuſiõe ſua.	
Confitebor DOMINO nimis in ore meo:	Confitebor domino nimis in ore meo:	29
et in medio multorum laudabo eum.	et in medio multorum laudabo eum.	
Quia aſtitit a dextris pauperis:	Quia aſtitit a dextris pauperis:	30
vt ſaluam faceret a perſequentibus	ſed vt ſaluam faceret a perſequentibus	
animã meam.	animam meam.	

ARGVMENTVM. Pſalmus/de ſeſſione Chriſti domini in dextera patris donec facto iudicio capiat regnum ęternum/ de humanitate eius qꝫ miſſa eſt euangelizare regnum dei in medio Iudęorũ/de generatione æterna eius/et temporali ex ſacroſancto virginis vtero/ de ſacerdotio eius æterno libaminis panis et vini/de vltione quam deus in principe huiꝰ mundi et complicibus eius facturus eſt/et qꝫ Chriſtus torrentem paſſionis pro noſtra ſalute ĩ hoc mundo bibiturus erat.

℣ Pſalmus Dauidi. CVIIII. ℣ Pſalmus Dauid. CVIIII.

1 Dixit dominus domino meo:
sede a dextris meis.
2 Donec ponã inimicos tuos:
scabellũ pedũ tuorũ.
3 Virgam virtutis tuæ emittet dñs ex sion:
et dominaberis ĩ medio inimicorũ tuorũ.
4 Tecũ principiũ in die virtutis tuæ
in splendore sanctorũ:
ex vtero ante luciferum genui te.
5 Iurauit dñs & non pœnitebit eũ:
tu es sacerdos in æternum
secundũ ordinẽ melchisedech.
6 Dominus a dextris tuis:
conquassauit in die irę suæ reges.
7 Iudicabit in gentibus/replebit ruinas:
conquassabit capita super terram multã.
8 De torrente in via bibet:
propterea exaltabit caput.

Dixit DOMINVS DOMINO meo: Adon.
sede a dextris meis.
Donec ponam inimicos tuos:
scabellum pedũ tuorum.
Virgã virtutis tuę emittet DN̄S ex Sion:
dominare in medio inimicorũ tuorum.
Tecũ principiũ in die virtutis tuæ
in splendoribꝰ sanctorũ:
ex vtero ante luciferũ genui te.
Iurauit DN̄S & non pœnitebit eũ:
tu es sacerdos in æternum
secundum ordinẽ melchisedech.
DOMINVS a dextris tuis: Adonai.
confregit in die iræ suæ reges.
Iudicabit in nationibus implebit ruinas:
conquassabit capita in terra multorum.
De torrente in via bibet:
propterea exaltabit caput.

ARGVMENTVM. Psalmus/de magnifica sacramẽti diuinę eucharistię institutiõe ĩ memoriã mirabiliũ q̃ Christus dñs ꝓ nobis gessit/de hęreditate gẽtiũ/fidelitate oĩm mãdatorũ eiꝰ/redẽptione gentiũ/prœceptione obseruationis euangeliorũ in æternũ/ q̃ primus ad sapiẽtiã ingressus est timere offendere deum. ℂ Conciliatus versu secundo.

ℂ Psalmus. CX.

1 Confitebor tibi dñe ĩ toto corde meo:
in concilio rectorũ et congregatione.
2 Magna opera domini:
exquisita in oẽs voluntates eius.
3 Confessio & magnificentia opus eius:
iustitia enim eius manet in sęculũ sęculi.
4 Memoriã fecit mirabiliũ suorũ
misericors & miserator dominus:
escam daret timentibus se.
5 Memor enim erit in sęculũ testamenti sui:
fortitudinẽ opũ suorũ ãnũciabit ppl'o suo.
6 Vt det illis hæreditatẽ gentiũ:
opera manuũ eius veritas et iudiciũ.
7 Fidelia oĩa mãdata eiꝰ/cõfirmata ĩ scl'm scl'i:
facta in veritate & in iustitia.
8 Redemptionẽ misit populo suo:
mandauit in æternũ testamentũ suum.
9 Sanctũ et terribile nomen eius:
initium sapientiæ timor domini.
10 Bonus est intellectus facientibus:
laus eius manet in sęculum sęculi.

ℂ Psalmus. CX. Halelu Iah.

Confitebor tibi DN̄E ĩ toto corde meo:
in concilio iustorũ & congregatione.
Magna opera DOMINI:
* exquirenda in oẽs voluntates eius.
Confessio & magnificentia opus eius:
& iustitia eius manet in sęculũ sæculi.
Memoriã fecit mirabiliũ suorum
misericors et miserator DOMINVS:
escam dedit timentibus se.
Memor erit in sæculũ testamenti sui:
virtutẽ operũ suorũ ãnũciabit ppl'o suo.
Vt det illis hæreditatẽ gentiũ:
opera manuũ eius veritas & iudicium.
Fidelia oĩa mãdata eiꝰ/cõfirmata ĩ scl'm scl'i:
facta in veritate et æquitate.
Redẽptionẽ misit — dñs ** populo suo:
mandauit in æternum testamentũ suum.
Sanctũ et terribile nomẽ eius:
initium sapientię timor DOMINI.
Intellectus bonus oĩbus facientibus eũ:
laudatio eius manet in sęculũ sęculi.

ARGVMENTVM. Psalmꝰ/de beatitudine viri timẽtis deũ/generatiõe/gloria et diuitijs iustorum/quę cõditiões iusti/& q̃ impij contrarię/cuius desyderiũ in ęternũ peribit.

ℂ Psalmus. CXI.

1 Beatus vir qui timet dominũ:
in mandatis eius volet nimis.
2 Potens in terra erit semen eius:
generatio rectorum benedicetur.
3 Gloria & diuitię in domo eius:
huius iustitia manet in sęculũ sęculi.
4 Exortũ est in tenebris lumẽ rectis corde:
misericors & miserator & iustꝰ dñs deus.
5 Suauis autẽ vir qui miseretur & cõmodat/
disposuit sermones suos in iudicio:

ℂ Psalmus. CXI. Halelu Iah.

Beatus vir qui timet DOMINVM:
in mandatis eius volet nimis.
Potens in terra erit semen eius:
generatio rectorũ benedicetur.
Gloria et diuitiæ in domo eius:
& iustitia eius manet in seculum sęculi.
Exortũ est in tenebris lumen rectis:
misericors & miserator et iustus.
Iucundus homo qui miseretur et cõmodat/
disponit sermones suos in iudicio:

CONCIL.	VET.	
quia in æternum non cõmouebitur.	quoniã in æternũ nõ cõmouebitur.	
In memoria ęterna erit iustus:	In memoria æterna erit iustus:	6
ab auditione mala non timebit.	et ab auditu malo non timebit.	
℟ Paratũ cor eius sperare in DOMINO/	Paratũ est cor eius sperare in domino/	7
confirmatũ est cor eius:	confirmatũ est cor eius:	
nõ cõmouebit donec despiciat ĩimicos suos	nõ cõmouebit dõec videat sup ĩimicos suos.	
Dispersit dedit pauperibus/	Sparsit dedit pauperibus/	8
iustitia eius manet in sęculũ sæculi:	iustitia eius manet in sęculum seculi:	
cornu eius exaltabitur in gloria.	cornu eius exaltabitur in gloria.	
Peccator videbit & irascetur/	Peccator videbit & irascetur/	9
dentibus suis fremet & tabescet:	dentibus suis frendet & tabescet:	
desyderium peccatorum peribit.	desyderium peccatorum peribit.	

ARGVMENTVM. Psalmus/hymnꝰ saluatoris quẽ peracta cœna ĩstituto corporis et sãguis sui sacramẽto cũ discipulis suis dixit/de laude et bñdictione dei/exaltatiõe dei super gẽtes/ qꝑ oĩa illi sunt hũilia/qꝑ genꝰ humanũ redemerit vt hæreditatẽ capiat cum potestatibꝰ regni cœlestis/qꝑ deus sterilẽ gentilitatẽ multorũ filiorum fœtura fecerit in ecclesia lętantem.

CPsalmus. CXII. Halelu Iah.	CPsalmus. CXII.	
℟ LAudate pueri DOMINVM:	LAudate pueri dominum:	1
℟ laudate nomen DOMINI.	laudate nomen domini.	
℟ Sit nomen DOMINI benedictum:	Sit nomen domini benedictum:	2
ex hoc nunc & vsqꝫ in sæculum.	ex hoc nunc & vsqꝫ in sęculum.	
Asolis ortu vsqꝫ ad occasum:	Asolis ortu vsqꝫ ad occasum:	3
℟ laudabile nomen DOMINI.	laudate nomen domini.	
℟ Excelsus super oẽs gentes DOMINVS:	Excelsus super omnes gentes dominus:	4
& super cœlos gloria eius.	super cęlos gloria eius.	
℟ Elohe. Quis sicut DNS DEꝰ nr̃ qui ĩ altis habitat:	Quis sicut dñs deꝰ noster qui ĩ altis habitat:	5
& humilia respicit in cęlo & in terra?	& humilia respicit in cęlo & in terra?	6
Suscitans a terra inopem:	Qui erigit a terra inopẽ:	
& de stercore erigens pauperem.	& de stercore exaltat pauperem.	7
Vt collocet eũ cum principibus:	Vt collocet eum cum principibus:	
cum principibus populi sui.	cum principibus populi sui.	8
Qui habitare facit sterilem in domo:	Habitare facit sterilem in domo:	
matrem filiorum lætantem.	matrem filiorum letantem.	

ARGVMENTVM. Psalmus/veteris synagogę agnitio beneficiorũ dei ex exodo notã continens historiam. ¶Conciliatus versu secundo/vicesimoprimo & vicesimosecundo.

CPsalmus. CXIII. Halelu Iah.	CPsalmus. CXIII.	
IN exitu Israel de ęgypto:	INexitu israel de ægypto:	1
domus Iaacob de populo barbaro.	domus Iacob de populo barbaro.	
Factus est Iudas sanctificatio eius: *	Facta est iudęa sanctificatio eius:	2
Israel potestas eius.	israel potestas eius.	
Mare vidit et fugit:	Mare vidit & fugit:	3
Iordanis conuersus est retrorsum.	Iordanis conuersus est retrorsum.	
Montes exultauerunt vt arietes:	Montes gestierunt velut arietes:	4
& colles sicut agni ouium.	& colles velut agni ouium.	
Quid est tibi mare qꝫ fugisti:	Quid est tibi mare qꝫ fugisti:	5
& tu Iordanis quia conuersus es retrorsũ?	& tu Iordanis quia conuersus es retrorsum?	6
Montes exultastis sicut arietes:	Montes quare gestistis velut arietes:	
& colles sicut agni ouium?	& colles velut agni ouium?	7
Adon. A facie DOMINI mota est terra:	A facie domini cõmota est terra:	
Eloha. a facie DEI Iaacob.	a facie domini dei Iacob.	8
Qui conuertit petram in stagna aquarum:	Qui conuertit petram in stagna aquarum:	
& rupem in fontes aquarum.	& rupem in fontes aquarum.	9
℟ Non nobis DOMINE non nobis:	Non nobis domine non nobis:	
sed nomini tuo da gloriam.	sed nomini tuo da gloriam.	10
Super misericordia tua & veritate tua:	Super miam tuam & veritatem tuam:	
Elohe. nequãdo dicãt gẽtes vbi est DEVS eorũ.	nequando dicant gentes vbi est deꝰ eorũ.	11
Elohe. DEVS autem noster in cęlo:	Deus autem noster in cęlo:	

oĩa quæ voluit fecit.
12 Simulachra gentiũ argentum & aurum:
opera manuum hominũ.
13 Os enim habent & non loquentur:
oculos habent & non videbunt.
14 Aures habent & non audient:
nares habent & non odorabunt.
15 Manus habent & non contrectabunt/
pedes habent & non ambulabunt:
non clamabunt in faucibus suis.
16 Similes illis fiant omnes qui facĩt ea:
& omnes qui confidunt in eis.
17 Domus autẽ israel sperauit in domino:
adiutor eorum & protector eorum est.
18 Domus aaron sperauit in domino:
adiutor et protector eorum est.
19 Vtriq; enĩ timent dñm et sperauerũt ĩ dñm:
adiutor eorũ et protector eorũ est.
20 Dominus memor fuit nostri:
et benedixit nos.
21 Benedixit domum Israel:
benedixit domum aaron.
22 Benedixit omnes timentes dominum:
pusillis cum magnis.
23 Adijciat dominus super vos:
super vos et super filios vestros.
24 Benedicti vos a domino:
qui fecit cœlum et terram.
25 Cœlum cœli domino:
terram autem dedit filijs hominum.
26 Non mortui laudabunt te domine:
neq; oẽs qui descendunt in infernum.
27 Sed nos qui viuimus benedicimus dño:
ex hoc nunc et vsq; in ſeculum.

omnia quæcunq; voluit fecit.
Simulachra gentium argentum & aurum:
opera manuum hominum.
Os habent & non loquentur:
oculos habent & non videbunt.
Aures habent & non audient:
nares habent & non odorabunt.
Manus habent & non palpabunt/
pedes habent & non ambulabunt:
non clamabunt in gutture suo.
Similes illis fiant qui faciunt ea:
et omnes qui confidunt in eis.
Domus Israel sperauit in DOMINO:
adiutor eorũ et protector eorũ est.
Domus Aharon sperauit in DOMINO:
adiutor eorum et protector eorũ est.
Qui timent DN̄M sperauerũt in DN̄O:
adiutor eorum et protector eorum est.
DOMINVS memor fuit nostri:
et benedixit nobis.
* Benedicet domui israel:
benedicet domui Aharon.
* Benedicet oĩbus qui timent DOMINVM:
pusillis cum maioribus.
Adijciat DOMINVS super vos:
super vos et super filios vestros.
Benedicti vos a DOMINO:
qui fecit cœlum et terram.
Cęlum cęli DOMINO:
terram autẽ dedit filijs hominum.
Non mortui laudabunt te DOMINE: Iah.
neq; oẽs qui descendunt in infernum.
Sed nos qui viuimus benedicimus DN̄O: Iah.
ex hoc nunc et vsq; in ſæculum.

ARGVMENTVM. Psalmus/q; Christus in inuocationibus suis semper fuerit a deo audit9/ de tribulationibus eius/refugio eius ad deũ/consolatione aĩę eius in beneficijs dei/ de liberatione eius a regione mortuorũ/acceptatione eiusdẽ et collocatione in regione viuentium.

℣ Psalmus. CXIIII.
1 Dilexi quoniã exaudiet dominus:
vocẽ deprecationis meæ.
2 Quoniam inclinauit aurẽ suã michi:
et in diebus meis inuocaui.
3 Circundederunt me dolores mortis:
pericula inferni inuenerunt me.
4 Tribulationẽ et dolorem inueni:
et nomen domini inuocaui.
5 O domine erue animã meã
misericors dominus et iustus:
et deus noster miseretur.
6 Custodiens paruulos dominus:
humiliatus sum et saluũ me fecit.
7 Conuertere anima mea in requiem tuam:
quia dominus benefecit tibi.
8 Quoniã exemit animã meã a morte/
oculos meos a lachrimis:
pedes meos a lapsu.
9 Placebo in conspectu domini:

℣ Psalmus CXIIII. Halelu Iah.
Dilexi quoniã exaudiet DOMINVS:
vocem orationis meæ.
Quia inclinauit aurẽ suam michi:
et in diebus meis inuocabo.
Circundederunt me dolores mortis:
et pericula inferni inuenerunt me.
Tribulationem et dolorem inueni:
et nomen DOMINI inuocaui.
O DOMINE libera animã meã
misericors DOMINVS et iustus:
et DEVS noster miseretur. Elohe.
Custodiens paruulos DOMINVS:
humiliatus sum et liberauit me.
Conuertere anima mea in requiem tuam:
quia DOMINVS benefecit tibi.
Quia eripuit animã meã de morte/
oculos meos a lachrimis:
pedes meos a lapsu.
Placebo DOMINO:

in regione viuorum. in regione viuorum.

ARGVMENTVM. Psalmus/q̄ semper Christus certus esset exaudiri a deo/de eius extasi in qua omniū hoim errata nouit/de nimia humiliatione eius et passionis calice quē pro nobis redimendis suscepit/q̄ hanc purā sui corporis hostiā vidēte vniuerso Isrēlis populo/ in medio populi Ierusalem deo patri et superdiuinæ trinitati obtulerit.

¶ Psalmus. CXV.

Credidi propter quod locutus sum:
ego autē humiliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo:
omnis homo mendax.
Quid retribuam DOMINO:
pro omnibus quæ retribuit michi?
Calicem salutaris accipiam:
et nomen DOMINI inuocabo.
Vota mea DN̄O reddā corā oi populo eiꝰ:
p̄ciosa i cōspectu DN̄i mors sāctorū eius.
O DOMINE quia ego seruus tuus:
ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ.
Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiā (laudis:
& nomen DOMINI inuocabo.
Vota mea DOMINO reddam
in conspectu omnis populi eius:
in atrijs domꝰ DN̄i in medio tui Ierusalē.

¶ Psalmus. CXV.

Credidi propter quod locutus sum: 1
ego autē humiliatus sum nimis.
Ego autē dixi in extasi mea: 2
omnis homo mendax.
Quid retribuam domino: 3
pro omnibus quę retribuit michi?
Calicem salutaris accipiam: 4
et nomen domini inuocabo.
Pretiosa in conspectu domini: 5
mors sanctorum eius.
O domine ego seruus tuus: 6
ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ.
Dirupisti vincula mea: 7
tibi sacrificabo sacrificiū laudis.
Vota mea domino reddā in atrijs domꝰ dn̄i: 8
in conspectu omnis populi eius/
in medio tui hierusalem.

ARGVMENTVM. Psalmus/inuitatio gentiū ad laudē dei/patris/filij/& spiritꝰ sancti/de misericordia dei eis facta & æterna veritate illis manifestata.

¶ Psalmus. CXVI. Halelu Iah.

Laudate DOMINVM omnes gētes:
laudate eū omnes populi.
Qm̄ cōfirmata est super nos mia eiꝰ:
& veritas DOMINI manet in ęternum.

¶ Psalmus. CXVI.

Laudate dominū omnes gentes: 1
laudate eum omnes populi.
Qm̄ confirmata est sup nos mia eiꝰ: 2
& veritas dn̄i manet in æternū.

ARGVMENTVM. Psalmus/laus & gratiarū actio populi fidelis ad deū trinū & Christum dn̄m cōfitētis eiꝰ bonitatē/miam/propiciationē/auxiliū/fortitudinē/benignitatē/salutē/q̄ lapis reprobatus a pōtificibus/ scribis et pharisēis quorū intererat instruere & ędificare/factus est angulus vtrūq; parietē nectēs & Hebręos & Gētes vnā efficiēs ecclesiā/ quanta lætitia/ quāta celebritas pro illa vniōe quā cęlestis pater/verbū & spiritus sanctus per Christū dn̄m lapidē a Iudęis reprobatū fecit/habēda sit/& qua laude sit in illa venerādus deꝰ/ et qua bn̄dictione bn̄dicendi qui in ea fuerint cōgregati/& qua laude & confessiōe vlteriꝰ sit persistēdū.

¶ Aduerte vicesimoquarto versu quater obsecrātis interiectionē esse positā q̄ apud Hebręos nūc NA nūc ANA dicitur quā Hieronymꝰ obsecro/nōnulli alij eia interpretātur. Quia igitur hac laude crediderim Israęliticā plebē & pueros Hebręorū honorasse dn̄m: prętat hūc locū vti hebręo tacet hic exprimere. sic enim habēt ANA הוֹשִׁיעָה נָּא HOSIAH NA ANA הוֹשִׁיעָה נָּא ASELIHAH NA. quod teste Hieronymo ita recte interpretatur. obsecro dn̄e/ salua obsecro: obsecro domine/beneprosperare obsecro. sicq; quater hic habeť obsecro. Sed dices quo modo pronunciabimus hoc hebraice quod nomen dei cōtinet ineffabile & īpronūciabile? Alias diximus hebręos vbicūq; illud magnū & tremēdū nomē vident solere ADONAI pronūciare. itaq; pnūciabis(si id tibi cordi fuerit) ana adonai hosiah na ana adonai aselihah na. verū quia in hosiah in principio & fine & in aselihah in fine aspirationes lenes sunt: si fine aspiratiōibus illa scribas/nichil incōmodi fuerit. & legas ana adonai osia na adonai aselha na. Ex quo intellige illud osianna quod in mysterio canitur in ecclesia quoties in sacrificio Christus IHESVS descensurus est & (qui semper in veritate adest) sacramētaliter venturus: esse illud quod dictū est hosiah na. cuius ana nō est per se particula sed na duntaxat/ quod perinde tamen significat atq; ana. quare si paulisper interpausas: ante na/interpausādū est nō post osi. vt fieri posset accepta occasione ex epistola Hieronymi ad Damasū de interpratiōe osanna scisscitantē. iuxta quā occasionē priorib⁹ psalteriis ānotatio facta est: hic aūt secūdū veritatē/ vbi paucula hebręa diligentius discutiuntur. nā osia vt iā dictū est salua significat & na obsecro/nō vt verbū sed vt interiectio. & na & ana in hoc sacro oraculo bis vtrūq; cōtinetur. Nichil igitur in sacrificio verēdū/vt dicatur osia na in excelsis. ¶ Rursus forsan quęres an ana

n simplo an duplo potius scribẽdũ? Si simplo scribis: nichil erras. nã in hebreo vnicũ NVN id est n/habet. si etiã duplo: nõ merito argueris. quia illud NVN habet punctũ dages: quod potẽtiã geminãdę litterę cõtinet. scripsi tamen hic simplo n: qa na æque dages habet vt ana/ & absurdũ nobis esset scribere Nna duplo n. Sed hęc pro extranea lĩgua plura forsitan q̃ par est. oportuit tamen pro vocabulo summæ laudis & quod in sũmo & augustissimo sacrificio as sumitur/tãta dici. in quo vocabulo/ ferme oẽs (q̃uis Hieronymus ãmonuerit) aberramus.

℣ Psalmus. CXVII.

1 Confitemini dño quoniã bonus est:
q̃m in sæculũ misericordia eius.
2 Dicat autẽ dom⁹ israel quoniã bon⁹:
quoniã in sęculũ misericordia eius.
3 Dicat autẽ domus aaron quoniã bonus:
quoniã in sęculũ misericordia eius.
4 Dicãt nũc oẽs qui timent dominũ:
quoniã in sæculũ misericordia eius.
5 In tribulatione inuocaui dominũ:
& exaudiuit me in latitudine.
6 Dominus michi adiutor est:
non timebo quid faciat michi homo.
7 Dominus michi adiutor est:
& ego despiciam inimicos meos.
8 Bonum est confidere in domino:
q̃ confidere in homine.
9 Bonum est sperare in domino:
q̃ sperare in principibus.
10 Omnes gentes circũdederunt me:
& in nomine domini vltus sum eos.
11 Circũdantes circũdederunt me:
& in nomine dñi vltus sum eos.
12 Circũdederũt me sicut apes fauũ/
& exarserũt sicut ignis in spinis:
et in nomine dñi vltus sũ eos.
13 Tanq̃ cumulus harenę sum vt caderem:
& dominus suscepit me.
14 Fortitudo mea & laudatio mea dominus:
& factus est michi in salutem.
15 Vox lætitiæ & salutis:
in tabernaculis iustorum.
16 Dextera dñi fecit virtutẽ/ dexta dñi exaltauit me:
dextera dñi fecit virtutẽ.
17 Non moriar sed viuam:
& enarrabo opera domini.
18 Emendans emendauit me dominus:
& morti non tradidit me.
19 Aperite michi portas iustitiæ/
ingressus in eas confitebor domino:
hæ portæ domini/ iusti intrabũt in eas.
20 Cõfitebor tibi dñe q̃m exaudisti me:
& factus es michi in salutem.
21 Lapidẽ quẽ reprobauerunt ędificantes:
hic factus est in caput anguli.
22 A domino factum est ei:
& est mirabilis in oculis nostris.
23 Hic est dies quem fecit dominus:
exultemus & iocundemur in eo.
24 O dñe saluũ me fac/o dñe beneprosperare:
benedictus qui venit in nomine domini.

℣ Psalmus. CXVII. Halelu iah.

Confitemini DOMINO q̃m bonus:
quoniã in sæculũ misericordia eius.
Dicat nũc Israel quoniã bonus:
quoniã in sæculũ misericordia eius.
Dicat nunc domus Aharon quoniã bonus:
quoniã in sæculũ misericordia eius.
Dicant nunc qui timent DOMINVM:
quoniam in sæculũ misericordia eius.
De tribulatione inuocaui DOMINVM: Iah.
& exaudiuit me in latitudine DOMINVS. Iah.
DOMINVS michi adiutor:
non timebo quid faciat michi homo.
DOMINVS michi adiutor:
& ego despiciam inimicos meos.
Bonum est confidere in DOMINO:
q̃ confidere in homine.
Bonum est sperare in DOMINO:
q̃ sperare in principibus.
Omnes gentes circuierunt me:
& in noie DOMINI vltus sum in eos.
Circũdantes circũdederunt me:
& in nomine DOMINI vltus sum in eos.
Circũdederũt me sicut apes/
& exarserunt sicut ignis in spinis:
et in nomine DOMINI vltus sum in eos.
Impulsus euersus sum vt caderem:
& DOMINVS suscepit me.
Fortitudo mea & laus mea DOMINVS:
& factus est michi in salutem.
Vox exultationis & salutis:
in tabernaculis iustorum.
Dexta DN̄I fecit virtutẽ/ dextera DN̄I exaltauit me:
dextera DN̄I fecit virtutem. (tauit me:
Non moriar sed viuam:
& narrabo opera DOMINI. Iah.
Castigans castigauit me DOMINVS: Iah.
& morti non tradidit me.
Aperite michi portas iustitiæ/
ingressus in eas confitebor DOMINO: Iah.
hæc porta DOMINI/ iusti intrabunt in eã.
Cõfitebor tibi quoniam exaudisti me:
& factus es michi in salutem.
Lapidẽ quẽ reprobauerũt ędificãtes:
hic factus est in caput anguli.
A DOMINO factũ est istud:
& est mirabile in oculis nostris.
Hęc dies quam fecit DOMINVS:
exultemus & lętemur in ea.
O DN̄E saluũ me fac/o DN̄E bñprosperare:
bñdictus qui venit in nomine DOMINI.

CONCIL.		VET.	
	Benedixim⁹ vobis de domo DOMINI:	Benedixímus vos de domo domini:	25
El.	DEVS DOMINVS & illuxit nobis.	deus dominus & illuxit nobis.	
	Conſtituite diē ſolennē in condenſis:	Conſtituite diē feſtū in confrequētationibus:	26
	vſq; ad cornu altaris.	vſq; ad cornu altaris.	
El.	DEVS meus es tu & confitebor tibi:	Deus meus es tu & confitebor tibi:	27
Eloha.	DEVS meus es tu et exaltabo te.	deus meus es tu & exaltabo te.	
	Confitebor tibi quoniã exaudiſti me:	Cõfitebor tibi dñe quoniã exaudiſti me:	28
	& factus es michi in ſalutē.	& factus es michi in ſalutem.	
	Confitemini DOMINO qm̃ bonus:	Confitemini domino quoniam bonus:	29
	qm̃ in ſeculū miſericordia eius.	quoniam in ſæculum miſericordia eius.	

ARGVMENTVM. Pſalmus hic ſpũales meditatiões vigintiduob⁹ octonarijs iuxta numerũ elemẽtorũ hebraicorũ cõtinet. ¶ Cõciliat⁹ GIMEL verſu prio. VAV verſu quito/ſexto & ſeptio. ZAI verſu octauo. TETH verſu quito. IOTH verſu ſecũdo & ſeptio. CAPH verſu tertio. LAMED verſu tertio. NVN verſu ſexto. SAMECH verſu octauo. PHE verſu ſexto. SADE verſu quito, QVOPH verſu tertio. SIN verſu ſecũdo & ſexto. THAV verſu ſeptio.

א	¶ Pſalm⁹ CXVIII. HALELV IAH. Aleph	¶ Pſalmus. CXVIII.	
I	Beati immaculati in via:	Beati immaculati in via:	1
	qui ambulant in lege DN̄I. Aleph.	qui ambulant in lege domini.	
	B eati qui ſcrutantur teſtimonia ei⁹:	Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius:	2
	in toto corde exquirũt eũ. Aleph.	in toto corde exquirunt eum.	
	Non enim qui operantur iniquitatē:	Non enim qui operantur iniquitatem:	3
	in vijs eius ambulauerunt. Aleph	in vijs eius ambulauerunt.	
	Tu mandaſti mandata tua:	Tu præcepiſti mandata tua:	4
	cuſtodiri nimis. Aleph.	cuſtodiri nimis.	
	Vtinam dirigantur viæ meæ:	Vtinam dirigantur viæ meę:	5
	ad cuſtodiẽdas iuſtificatiões tuas. Aleph.	ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.	
	Tunc non confundar:	Tunc non confundar:	6
	cũ pſpexero in oib⁹ mãdatis tuis. Aleph.	dũ inſpicio in omnia mandata tua.	
	Confitebor tibi in directione cordis:	Confitebor tibi dñe in directiõe cordis mei:	7
	i eo qđ didici iudicia iuſtitiæ tuæ. Aleph.	i eo quod didicerim iudicia iuſtitiæ tuę.	
	Iuſtificationes tuas cuſtodiã:	Iuſtificationes tuas cuſtodiã:	8
	non me derelinquas vſquequaq;. Beth.	ne derelinquas me vſq; valde.	
ב	IN quo corrigit adoleſcentior viã ſuã?	IN quo corrigit iunior viã ſuam?	1
II	in cuſtodiẽdo ſermones tuos. Beth.	in cuſtodiendo verba tua.	
	In toto corde meo exquiſiui te:	In toto corde meo exquiſiui te:	2
	ne repellas me a mandatis tuis. Beth.	ne repellas me a mandatis tuis.	
	In corde meo abſcondi eloquia tua:	In corde meo abſcondi eloquia tua:	3
	vt non peccem tibi. Beth.	vt non peccem tibi.	
	Benedictus es DOMINE:	Benedictus es domine:	4
	doce me iuſtificationes tuas. Beth.	doce me iuſtificationes tuas.	
	In labijs meis pronunciaui:	In labijs meis pronunciaui:	5
	omnia iudicia oris tui. Beth.	omnia iudicia oris tui.	
	In via teſtimoniorũ tuorũ delectatus ſũ:	In via teſtimoniorũ tuorũ iocundatus ſum:	6
	ſicut in omnibus diuitijs. Beth.	quaſi in omnibus diuitijs.	
	In mandatis tuis exercebor:	In mandatis tuis garriam:	7
	& conſyderabo vias tuas. Beth.	& conſyderabo vias tuas.	
	In iuſtificationibus tuis meditabor:	In iuſtificationibus tuis meditabor:	8
	non obliuiſcar ſermones tuos. Gimel.	non obliuiſcar verborũ tuorum.	
ג	TRibue ſeruo tuo/ viuifica me: *	REtribue ſeruo tuo/ viuam:	1
III	& cuſtodiam ſermones tuos. Gimel.	& cuſtodiam verba tua.	
	R euela oculos meos:	Reuela oculos meos:	2
	& cõſyderabo mirabilia de lege tua. Gimel.	& conſyderabo mirabilia de lege tua.	
	Incola ego ſum in terra:	Inquilinus ego ſum in terra:	3
	non abſcondas a me mandata tua. Gimel.	ne abſcondas a me mandata tua.	
	Cõcupiuit aĩa mea deſyderare iuſtificatiões	Cõcupiuit aĩa mea deſyderare iuſtificatiões	4
	in omni tempore. (tuas: Gimel.	in omni tempore. (tuas:	
	Increpaſti ſuperbos:	Increpaſti ſuperbos:	5

maledicti qui declinant a mandatis tuis.
6 A ufer a me opprobriũ & contemptũ:
quia teſtimonia tua exquiſiui.
7 Ł teni ſederũt pricipes & adũſũ me loq̃bãť:
ſeruꝰ autem tuus exercebatur in tuis
iuſtificationibus.
8 N ã & teſtimonia tua meditatio mea eſt:
& conſiliũ meũ iuſtificationes tuę.
1 ADhęſit pauimento anima mea:
viuifica me ſecundũ verbũ tuũ.
2 VIas meas enũciaui & exaudiſti me:
doce me iuſtificationes tuas.
3 Viã iuſtificationũ tuarũ inſinua michi:
& exercebor in mirabilibus tuis.
4 Dormitauit anima mea præ tedio:
confirma me in verbis tuis.
5 Viã iniquitatis amoue a me:
& lege tua miſerere mei.
6 Viam veritatis elegi:
iudicia tua non ſum oblitus.
7 Adhęſi teſtimoniis tuis domine:
noli me confundere.
8 Viã mandatorũ tuorũ cucurri:
cum dilataſti cor meũ.
1 LEgẽ pone michi domine
viã iuſtificationũ tuarum:
et exquirã eã ſemper.
2 Da michi itellectũ et ſcrutabor legẽ tuã:
& cuſtodiã illã in toto corde meo.
3 Deduc me in ſemita mãdatorũ tuorum:
quia ipſam volui.
4 Inclina cor meũ in teſtimonia tua:
& non in auaritiam.
5 Auerte oculos meos ne videãt vanitatẽ:
in via tua viuifica me.
6 Statue ſeruo tuo eloquiũ tuũ:
in timore tuo.
7 Amputa opprobriũ meũ qđ ſuſpicaꝰ ſum:
quia iudicia tua ſuauia.
8 Ecce concupiui mandata tua:
in tua iuſtitia viuifica me.
1 ET veniat ſup me mia tua domine:
ſalutare tuum ſecundum eloquium
tuum.
2 Et reſpõdebo exprobrãtibus michi verbũ:
quoniã ſperaui in verbis tuis.
3 Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſq; valde:
quia in iudiciis tuis ſperaui.
4 Et cuſtodiam legẽ tuam ſemper:
in ſęculũ & in ſæculũ ſæculi.
5 Et ambulabã in latitudine:
quia mandata tua exquiſiui.
6 Et loq̃bar ĩ teſtionijs tuis ĩ cõſpectu regũ:
& non confundebar.
7 Et meditabar in mandatis tuis:
quæ dilexi.

maledicti q declinãt a mãdatis tuis. Gimel.
A ufer a me opprobrium & contemptũ:
quia teſtimonia tua exquiſiui. Gimel.
E teni ſederũt pricipes & adũſũ me loq̃banť:
ſeruus autẽ tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis. Gimel.
N am & teſtimonia tua meditatio mea eſt:
& conſiliũ meũ iuſtificationes tuæ. Daleth.
ADhęſit pauimento anima mea: ד IIII
viuifica me ſecũdũ verbũ tuũ. Daleth.
VIas meas enũciaui & exaudiſti me:
doce me iuſtificationes tuas. Daleth.
Viam iuſtificationũ tuarũ inſtrue me:
& exercebor in mirabilibꝰ tuis. Daleth.
Dormitauit anima mea prę tedio:
confirma me in verbis tuis. Daleth.
Viã iniquitatis amoue a me:
& de lege tua miſerere mei. Daleth.
Viam veritatis elegi:
iudicia tua non ſum oblitus. Daleth.
Adhęſi teſtimoniis tuis DOMINE: ה
noli me confundere. Daleth.
Viam mandatorum tuorum cucurri:
cum dilataſti cor meũ. He.
LEgem pone michi DOMINE ה
viã iuſtificationum tuarum: V
& exquirã eã ſemper. He.
Da michi intellectũ & ſcrutabor legẽ tuã:
& cuſtodiã illã in toto corde meo. He.
Deduc me in ſemita mandatorũ tuorum:
quia ipſam volui. He.
Inclina cor meũ in teſtimonia tua:
& non in auaritiam. He.
Auerte oculos meos ne videant vanitatem:
in via tua viuifica me. He.
Statue ſeruo tuo eloquium tuum:
in timore tuo. He.
Amputa opprobriũ meũ qđ ſuſpicatus ſum:
quia iudicia tua iocunda. He.
Ecce concupiui mandata tua:
in æquitate tua viuifica me. Vau.
ET veniat ſup me mia tua DOMINE: ו ה
SALVTARE tuum ſecundum VI
eloquium tuum. Vau. Ieſua.
Et reſpondebo exprobrantibꝰ michi verbũ:
quia ſperaui in ſermonibus tuis. Vau.
Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaq;:
quia in iudiciis tuis ſuperſperaui. Vau.
Et cuſtodiã legẽ tuam ſemper:
in ſæculum & in ſęculũ ſęculi. Vau.
* Et tambulabo in latitudine:
quia mandata tua exquiſiui. Vau.
* Et loquar ĩ teſtimoniis tuis in cõſpectu regũ:
* & non confundar. Vau.
* Et meditabor in mandatis tuis:
quæ dilexi. Vau.

CONCIL.		VET.	
Et leuabo manus meas ad mãdata tua quæ dilexi: & exercebor in iuſtificationibus tuis.	Zai.	* Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi: & exercebor in iuſtificationibus tuis.	8
זׄ VII Memor eſto verbi tui ſeruo tuo: in quo michi ſpẽ dediſti.	Zai.	Memento verbi tui ſeruo tuo: in quo michi ſpem dediſti.	1
Hæc me cõſolata eſt i hũilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me.	Zai.	Hæc me cõſolata eſt in hũilitate mea: quoniã verbũ tuũ viuificauit me.	2
Superbi inique agebant vſquequaq3: a lege autẽ tua nõ declinaui.	Zai.	Superbi inique agebãt vſq3 valde: a lege autem tua non declinaui.	3
זׄ Memor fui iudiciorũ tuorũ a ſęculo DN̄E: & conſolatus ſum.	Zai.	Memor fui iudiciorũ tuorũ a ſæculo dñe: & conſolatus ſum.	4
Defectio tenuit me: ꝑ pc̃oꝝ dereliquẽtib9 legẽ tuã.	Zai.	Tedium tenuit me: a peccatorib9 derelinquẽtib9 legẽ tuam.	5
Cãtabiles michi erãt iuſtificatiões tuæ: in loco peregrinationis meæ.	Zai.	Cãtabiles michi erãt iuſtificatiões tuæ: in loco incolatus mei.	6
זׄ Memor fui nocte nominis tui DOMINE: & cuſtodiui legem tuam.	Zai.	Memor fui in nocte nominis tui domine: & cuſtodiui legem tuam.	7
Hoc factũ eſt michi: quia iuſtificationes tuas exquiſiui.	Heth.	* Hęc facta eſt michi: quoniã iuſtitias tuas exquiſiui.	8
חׄ VIII Portio mea DOMINE: dixi cuſtodire legem tuam.	Heth.	Pars mea dominus: dixi cuſtodire legẽ tuam.	1
quia audierūt oia verba oris tui.	quoniam audierunt omnia verba oris tui.	
Et cantent in vijs DOMINI:	Et cantent in vijs domini:	6
quoniā magna eſt gloria DOMINI.	quoniam magna eſt gloria domini.	
Q m̄ excelſ⁹ DOMINVS et humilia reſpicit:	Q m̄ excelſus dñs & humilia reſpicit:	7
& alta a longe cognoſcit.	excelſa a longe cognoſcit.	
Si ābulauero i medio tribulatiōis viuificabis	Si ābulauero i medio tribulatiōis viuificabis	8
me: et ſup irā īimicorū meorū extēdes	me: ſup irā inimicorū meorū extendiſti	*
manū tuā/et ſaluū me faciet dextera tua.	manū tuā/et ſaluum me fecit dextera tua.	*
DOMINVS retribuet pro me/	Domine retribues pro me/	9

domine miſericordia tua in æternum:
opera manuum tuarum ne deſpicias.

DOMINE miſericordia tua in ſæculum:
opera manuum tuarum ne deſpicias.

ARGVMENTVM. Pſalmus/ de præſciẽtia dei inſcrutabili/ q̃ deus vbiq; ſit & nichil ſine eo agi poſſit/ q̃ tenebrę ſint ei lumẽ/ neq; apud eũ diſtinctio ſit lucis et tenebrarũ ſed coincidentia/ de mirabili corporis Chriſti compoſitione/ q̃ illã ſecretã ĩ abſcondito almę virginis vtero oſſiũ & hũanæ carnis cõpactionẽ ab æterno nouerit/ q̃ ĩ p̃ſciẽtia dei priuſq̃ aliqd ex eo ad operis executionẽ mãdatũ eſſet viſus ſit/ immo q̃ in diuina ſapientia(currẽtib⁹ tẽporib⁹ & adhuc nullo præuiſorum in effectũ deducto)præſcita & prędiffinita ſint oĩa/ de apoſtolis q̃honorabĩles apud eũ ſint facti/ quãtũ apud illos qui æternã hæreditatẽ eſſent accepturi/ valuit eorũ authoritas/ q̃magnus & incõpræhenſibilis ſaluandorũ numerus/ de peccatoribus qui aduerſaturi erãt Chriſto & qui aduerſabunt̃/ q̃to odio perſequat̃ illos/ & q̃ ille ipſe eſt qui ſine pcõ cu currit. ¶ Conciliatus verſu octauo/ duodecimo/ tertiodecimo/ quartodecio & quintodecimo.

¶ Pſalmus Dauid CXXXVIII.

1 DOmine probaſti me & cognouiſti me:
tu cognouiſti ſeſſionem meam & reſurrectionem meam.
2 Intellexiſti cogitationes meas de lõgĩquo:
ſemitã & limitem meũ inueſtigaſti.
3 Et omnes vias meas præuidiſti:
quoniam non eſt dolus in lingua mea.
4 Ecce domine tu cognouiſti omnia nouiſſima & antiqua:
tu finxiſti me & poſuiſti ſup me manũ tuã.
5 Mirificata eſt ſcientia tua ex me:
inualuit/ non potero ad illam.
6 Quo ibo a ſpiritu tuo:
& quo a facie tua fugiam?
7 Si aſcendero in cœlum tu ibi es:
ſi deſcendero in infernum ades.
8 Si recipiam pennas meas in directũ:
& habitauero in extremis maris.
9 Etenim illuc manus tua deducet me:
& adducet me dextera tua.
10 Et dixi fortaſſe tenebræ conculcabunt me:
& nox illuminatio mea in delicijs meis.
11 Quoniã tenebræ non obtenebrabũtur a te/
& nox tanq̃ dies illuminabitur:
ſicut tenebræ eius ita & lumen eius.
12 Quoniã tu poſſediſti renes meos domine:
ſuſcepiſti me de vtero matris meæ.
13 Cõfitebor tibi dñe qm̃ terribiliť mirificat⁹es:
mirabilia opera tua deus/
& anima mea cognoſcet valde.
14 Nõ eſt abſconditum os meum a te
quod feciſti in abſcondito:
& ſubſtantia mea in inferioribus terrę.
15 Imperfectũ viderunt oculi tui:
& in libro tuo omnes ſcribentur/
per diem errabunt & nemo in eis.
16 Michi aũt valde honorificati ſũt amici tui de⁹
valde cõfortati ſunt principatus eorum.
17 Dinumerabo eos & ſup arenã m̃tiplicabũť:
exurrexi & adhuc ſum tecum.
18 Si occideris deus peccatores:
viri ſanguinum declinate a me.
19 Quoniam dices in cogitatione:
accipient in vanitate ciuitates ſuas.

¶ Ad victoriã pſalmus Dauidi. CXXXVIII.

DOMINE ꝓbaſti me & cognouiſti me:
tu cognouiſti ſeſſionem meam & reſurrectionem meam.
Intellexiſti cogitationes meas de longe:
ſemitã meã & funiculũ meũ inueſtigaſti.
Et omnes vias meas præuidiſti:
quia non eſt ſermo in lingua mea.
Ecce DOMINE tu cognouiſti omnia nouiſſima & antiqua:
tu formaſti me & poſuiſti ſup me manũ tuã
Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me:
confortata eſt & non potero ad eam.
Quo ibo a ſpiritu tuo:
& quo a facie tua fugiam?
Si aſcendero in cœlũ tu illic es:
ſi deſcendero in infernum ades.
* Si ſumpſero pennas diluculo:
& habitauero in extremis maris.
Etenim illuc manus tua deducet me:
& tenebit me dextera tua.
Et dixi forſitan tenebræ conculcabunt me:
& nox illuminatio mea in delicijs meis.
Quia tenebrę non obſcurabuntur a te/
& nox ſicut dies illuminabitur:
ſicut tenebræ eius ita & lumen eius.
Quia tu poſſediſti renes meos:
* conflaſti me in vtero matris meæ.
* Cõfitebor tibi qa terribiliter magnificaſti me:
mirabilia opera tua /
* & anima mea cognoſcit nimis.
Non eſt occultatum os meum a te
quod feciſti in occulto:
* & effigiatus ſum in inferioribus terræ.
* Imperfectum me viderunt oculi tui:
& in libro tuo omnes ſcribentur/
dies formabuntur & nullus in eis.
Michi aũt nimis hõrificati ſũt amici tui DE⁹ El.
nimis confortatus eſt principatus eorum.
Dinumerabo eos & ſup arenã multiplicabũť
exurrexi & adhuc ſum tecum.
Si occideris DEVS peccatores: Eloha.
viri ſanguinum declinate a me.
Quia dicitis in cogitatione:
accipient in vanitate ciuitates ſuas.

CONCIL.	VET.	
Nõne qui oderunt te DOMINE oderã: & super inimicos tuos tabescebã?	Nonne eos qui oderant te odio habui: & super inimicis tuis tabescebam?	20
Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt michi.	Perfecto odio oderã illos: inimici facti sunt michi.	21
El. Proba me DEVS & scito cor meũ: interroga me & cognosce semitas meas.	Proba me deus & scito cor meum: scrutare me & cognosce semitas meas.	22
Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna.	Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna.	23

ARGVMENTVM. Psalmus/deprecatio aduersus pestiferæ doctrinæ venena seminantes & scripturarum sanctarũ intelligentias adulterantes. ¶Concliatus versu primo & nono.

¶Psalmus Dauidi. CXXXIX.	¶Psalmus Dauid. CXXXIX.	
ERipe me DOMINE ab hoie malo: a viris iniquis eripe me.	EXime me domine ab hoie maligno: * a viro iniusto erue me.	1
Qui cogitauerũt iniquitates ĩ corde: tota die constituebant prelia.	Qui cogitauerunt iniustitias in corde: tota die constituebant bella.	2
Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenũ aspidũ sub labijs eorum. Selah.	Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenũ aspidũ sub labijs eorum.	3
Custodi me DOMINE de manu pctõris: ab hominibus iniquis eripe me.	Conserua me dñe de manu peccatoris: ab hominibus iniustis erue me.	4
Qui cogitauerũt supplantare gressꝰ meos: absconderunt superbi laqueũ michi.	Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi muscipulã michi.	5
Et funes extenderunt in laqueũ: iuxta iter scandalũ posuerũt michi. Selah.	Et restes extẽderũt muscipulas pedibꝰ meis: iuxta semitas scandalum posuerũt michi.	6
El. Dixi DOMINO DEVS meus es tu: exaudi DOMINE vocẽ deprecatiõis meæ.	Dixi domino deus meus es tu: percipe domine vocẽ deprecationis meæ.	7
Adonai DOMINE DN̄E virtus salutis meæ: obumbrasti super caput meũ in die belli.	Domine domine virtus salutis meæ: obumbrasti super caput meum in die belli.	8
Non tradas DN̄E desyderium peccatori: cogitauerũt cõtra me/ne derelinquas me: ne forte exaltentur.	Non tradas me dñe a desyderio meo pctõri: * cogitauerũt aduersũ me / ne dereliquas me: ne forte exaltentur.	9
Caput circuitus eorũ: labor labiorũ ipsorũ operiet eos.	Caput circuitus eorũ: labor labiorũ ipsorũ teget eos.	10
Cadent super eos carbones/ in ignem deijcies eos: in miserijs non subsistent.	Decident super eos carbones ignis/ & deijcies eos: in miserijs non subsistent.	11
Vir linguosus non dirigetur in terra: virum iniustũ mala capient in interitu.	Vir linguosus non dirigetur super terram: virũ iniustũ mala venabuntur ĩ interitum.	12
Cognoui quia faciet DN̄S iudiciũ iopis: & vindictam pauperũ.	Cognoui quia faciet dñs iudiciũ egentis: & causam pauperum.	13
Veruntamen iusti confitebuntur noi tuo: & habitabunt recti cũ vultu tuo.	Veruntamen iusti confitebũtur nomini tuo: inhabitabunt recti cum vultu tuo.	14

ARGVMENTVM. Psalmus/oratio fidelium ĩ spiritu/vt eos custodiat deus a peccato oris/ a peccato cordis & prauis cogitationibus/ a prauorũ societatibus et cõmunicatione operũ eorũ/optant a iustis corripi/precantur pro delinquentibus & opprimentibus eos/ q̃ peccatores in rete vltionis diuinæ casuri sunt/ipsi vero euasuri. ¶Concliatus versu quinto/ sexto & vndecimo.

¶Psalmus Dauidi. CXXXX.	¶Psalmus Dauid. CXXXX.	
DOMINE clamaui ad te exaudi me: intẽde voci meæ cũ clamauero ad te.	Dñe clamaui ad te exaudi me: itẽde voci deprecatiõis meę dũ clamauero ad te.	1
Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vesptinũ.	Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vesptinũ.	2
Pone DOMINE custodiã ori meo: & ostiũ circunstantiæ labijs meis.	Pone domine custodiã ori meo: & ostium continentiæ circa labia mea.	3
Non declines cor meũ in verba malitię: ad excusandas excusationes in peccatis.	Vt non declines cor meũ in verba maligna: ad excusandas excusationes in peccatis.	4
Cum hominibus operantibus iniquitatẽ:	Cum hominibus operantibus iniquitatem:	5

& nō cōbinabo cum electis eorū.
6 Emendabit me iustus in mia et arguet me:
oleum autem peccatoris
non impinguabit caput meum.
7 Qm̄ adhuc & oratio mea in bnplacitis eorū:
absorpti sunt iuxta petrā iudices eorū.
8 Audient verba mea quoniā prævaluerunt:
sicut crassitudo terrę dirupta est sup terrā.
9 Dissipata sunt iuxta infernū ossa nostra:
quoniā ad te dñe domine oculi mei:
in te speraui non auferas animā meam.
10 Custodi me a muscipula quā statuerūt michi
& ab scandalis qui operantur iniquitatē.
11 Cadent in retia eius peccatores:
singularis ego sum donec transeam.

* neq; ad cōmunicandū cum electis eorum.
* Corripiat me iustus in mia & increpet me:
oleum autem peccatoris
non impinguet caput meum.
Qm̄ adhuc & oratio mea in bnplacitis eorū:
absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum.
Audient verba mea quoniā potuerunt:
sicut crassitudo terræ erupta est sup terram.
Dissipata sunt ossa nostra secus infernum:
quia ad te DOMINE DN̄E oculi mei: 59 Adonai
in te speraui non auferas animam meam.
Custodi me a laqueo quē statuerunt michi:
& a scandalis operantium iniquitatem.
* Cadent in retiaculū eius peccatores:
singulariter sum ego donec transeam.

ARGVMENTVM. Psalmus/oratio Christi domini secundū carnis dispensationē/ quo modo Iudęi ex lege quā inoffenso calle cucurrit voluerūt Christū dñm morti adiudicari/ q derelictus sit etiam a notis & apostolis/ q nullus ex notis eius pro eo intercessor fuerit vt a morte liberaretur/ q persequentibus eū data est potestas inualescēdi in eū/ q ad ergastulum mortis pro nobis satisfacturus descenderit ex quo petit educi & ad immortalē vitam reparari. ¶ Cōciliatus versu secundo & tertio.

¶ Psalmus Dauid. CXXXXI.
1 VOce mea ad dominū clamaui:
voce mea ad dñm deprecat9 sum.
2 Effundā ante eū deprecationē meā:
tribulationē meā in conspectu eius.
3 Cum defecit me spiritus meus:
& tu cognouisti semitas meas.
4 In via hac qua ingrediebar:
absconderunt michi muscipulam.
5 Consyderabā ad dexterā & videbā:
& non erat qui cognosceret me.
6 Perijt fuga a me:
& non est qui requirat animā meā.
7 Clamaui ad te domine dixi tu es spes mea:
portio mea in terra viuentiū.
8 Intende ad orationem meā:
quia humiliatus sum nimis.
9 Erue me a persequētibus me:
quoniā corroborati sunt super me.
10 Erue de carcere animā meam/
vt confiteantur nomini tuo:
me sustinebūt iusti quoadusq; retribuas michi

¶ Psalmus Dauidi. CXXXXI.
VOce mea ad DOMINVM clamaui: 59
voce mea ad DOMINVM deprecat9 sū 59
Effūdā in cōspectu ei9 orationē meā:
& tribulationē meā ante ipsū pronūciabo.
* Cum defecerit ex me spiritus meus:
& tu cognouisti semitas meas.
In via hac qua ambulabam:
absconderunt laqueū michi.
Consyderabā ad dexteram & videbam:
& non erat qui cognosceret me.
Perijt fuga a me:
& non est qui requirat animā meam.
Clamaui ad te DN̄E dixi tu es spes mea: 59
portio mea in terra viuentium.
Intende ad deprecationē meam:
quia humiliatus sum nimis.
Libera me a persequentibus me:
quia confortati sunt super me.
Educ de custodia animā meam/
ad confitendum nomini tuo:
me expectant iusti donec retribuas michi.

ARGVMENTVM. Psalmus/oratio pœnitentis ex calamitate mundanarum fallaciarum ad deum humiliata mente reuertentis.

¶ Psalmus Dauid. CXXXXII.
1 DOmine exaudi orationē meam/
auribus percipe precem meā:
ī veritate tua exaudi me ī tua iustitia.
2 Et nō intres in iudicium cū seruo tuo:
quoniā nō iustificabitur corā te oīs viuēs.
3 Qm̄ persecutus est inimicus animā meā:
humiliauit in terra vitāmeā.
4 Collocauerūt me ī tenebrosis sicut mortuos
sęculi/ & tediū pass9 est in me spiritus me9:
in me turbatū est cor meū.
5 Memoratus sum dierum antiquorum/

¶ Psalmus Dauidi. CXXXXII.
DOMINE exaudi orationē meam/ 59
auribus percipe obsecrationem meā:
in veritate tua exaudi me ī tua iustitia.
Et non intres in iudiciū cū seruo tuo:
quia nō iustificabit ī cōspectu tuo oīs viuēs.
Quia persecutus est inimic9 animā meā:
humiliauit in terra vitam meam.
Collocauit me in obscuris sicut mortuos scl'i/
& anxiatus est super me spiritus meus:
in me turbatum est cor meum.
Memor fui dierū antiquorū/

meditatus sum in omnibus operibus tuis:
in factis manuũ tuarũ meditabar.
Expandi manus meas ad te:
anima mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me DOMINE:
defecit spiritus meus.
Non auertas faciem tuam a me:
& similis ero descendentibus in lacũ.
Auditã fac michi mane misericordiã tuã:
quia in te speraui.
Notam fac michi viam in qua ambulem:
quia ad te leuaui animam meam.
Eripe me de inimicis meis DOMINE/
ad te confugi:
doce me facere voluntatẽ tuã/
Eloha. quia DEVS meus es tu.
Spũs tuus bonꝰ deducet me in terrã rectã:
propter nomen tuum DOMINE
viuificabis me in æquitate tua.
Educes de tribulatione animam meam:
& in mia tua dispdes oẽs inimicos meos.
Et perdes oẽs qui tribulãt animã meã:
quoniã ego seruus tuus sum.

meditatus sum in omnibus operibus tuis:
in facturis manuum tuarũ meditatus sum.
Extendi manus meas ad te: 6
anima mea velut terra sine aqua tibi.
Cito exaudi me domine: 7
defecit spiritus meus.
Ne auertas faciẽ tuam a me: 8
similis ero descendentibus in lacum.
Auditam fac michi mane misericordiã tuã: 9
quia in te speraui.
Notã fac michi dñe vĩã in qua ingrediar: 10
quoniam ad te leuaui animam meam.
Exime me de inimicis meis domine/ 11
quia ad te cõfugi:
doce me vt factã voluntatem tuam/
quia tu es deus meus.
Spũs tuus bonus deducet me in terrã rectam: 12
propter nomen tuũ domine viuificabis me
in tua iustitia.
Educes de tribulatione animã meam: 13
& in mia tua ad iteritũ deduces inimicos meos
Et perdes omnes tribulantes animã meã: 14
quoniam seruus tuus sum ego.

ARGVMENTVM. Psalmus/deprecatio fidelis synagogę vt Christus dñs mitteretur & malignæ potestates destruerent/& ne sic hoies in perditionẽ ruerent quasi vane a deo creati & nullus finẽ suum percipiens. ¶Conciliatus versu tertio/vndecimo & duodecimo.

¶Psalmus Dauidi. CXXXXIII.

Sur. BEnedictꝰ DOMINVS DEVS meꝰ
qui docet manus meas ad prelium:
& digitos meos ad bellum.
Misericordia mea & refugiũ meũ:
susceptor meus & liberator meus.
Protector meus & in ipso speraui:
qui subdit populũ meũ sub me.
DOMINE quid est homo quia inotuisti ei:
aut filius hominis quia reputas eũ?
Homo vanitati similis factus est:
dies eius sicut vmbra prætereunt.
DOMINE inclina cœlos tuos & descende:
tange montes & fumigabunt.
Fulgura coruscationem & dissipabis eos:
emitte sagittas tuas & conturbabis eos.
Emitte manũ tuam de alto/
eripe me & libera me de aquis multis:
& de manu filiorũ alienorum.
Quorum os locutum est vanitatẽ:
& dextera eorum dextera iniquitatis.
Deus canticum nouũ cantabo tibi:
in psalterio decachordo psallam tibi.
Qui das salutẽ regibus:
qui redimis Dauid seruum tuum
de gladio maligno.
Eripe me & erue me de manu filiorũ alieorũ
quorũ os locutũ est vanitatem:
et dextera eorum dextera iniquitatis.
Quorum filij sicut nouellæ plantationes:
in iuuentute sua.

¶Psalmus Dauid. CXXXXIII.

BEnedictus dominus deus meus 1
qui docet manus meas ad prelium:
& digitos meos ad bellum.
Misericordia mea & refugiũ meum: 2
susceptor meus & erutor meus.
Protector meus & in ipso speraui: 3
qui subdit populũ meũ sub me.
Domine quid est homo quia innotuisti ei: 4
aut filius hominis quoniã estimas eum?
Homo vanitati similis factus est: 5
dies eius sicut vmbra prætereunt.
Domine inclina cœlos tuos & descende: 6
tange montes & fumigabunt.
Coruisca coruscationes & disperges eos: 7
emitte sagittas tuas & conturbabis eos.
Emitte manũ tuam ex alto/ 8
et exime me et erue me de aquis multis:
de manu filiorũ alienorũ.
Quorum os locutũ est vanitatẽ: 9
& dextera eorum dextera iniquitatis.
Deus canticũ nouũ cantabo tibi: 10
in psalterio decem chordarum psallam tibi.
Qui dat salutem regibus: 11
qui redemit dauid seruum suum
de gladio maligno erue me.
Et exime me de manu filiorũ alienorum/ 12
quorum os locutum est vanitatem:
dextera eorum dextera iniquitatis.
Quorũ filij ipsorũ velut nouellę constabilitę: 13
in iuuentute sua.

14 Filię eorum compositę:
& ornatæ sicut similitudo templi.
15 Cellaria eorum plena:
eructantia ex hoc in hoc.
16 Oues eorũ fœcundæ multiplicantes
in egressibus suis:
boues eorum crassæ.
17 Non est ruina sepis nec exitus:
nec clamor in plateis eorum.
18 Beatũ dixerunt populum cui hęc sunt:
beatus populus cuius dñs deus ipsius.

Filię eorum compositæ:
circũornatę vt similitudo templi.
Promptuaria eorũ plena:
eructantia ex hoc in illud.
Oues eorum fœtosę abundantes
* in egressibus suis:
boues eorum crassę.
Non est ruina macerię neq; transitus:
neq; clamor in plateis eorum.
Beatum dixerunt populũ cui hęc sunt:
beatus populus cuius DNS DEVS eius. Eloha.

ARGVMENTVM. Psalmꝰ laus diuina a dei magnitudine/laudabilitate/magnificẽtia/ gloria/sanctitate/virtute/exuberanti bonitate/miseratione/longanimitate/suauitate/ regnandi amplitudine/fidelitate/operũ puritate/auxiliatrice virtute/solicitata prouidentia & vt cuiq; conuenit dispensatione/iustitia vniuersę legis suæ/& per omnia incoinquinatione/ q̃ prope adest omnibus in veritate inuocantibus eum/q̃ timentiũ se voluntatem implet/deprecationem exaudit & saluat eos/& diligẽtes se custodit: sed impios & peccatores disperdet. ¶ Conciliatus versu quarto & sextodecimo. ¶ Aduerte tertio versu magnus dominus in exemplaribus veritatis hebraicę Hieronymi haberi magnus deus: sed id arbitror mendose. nã passim in hebrẽo hic reperitur tetragrãmaton. tralationis igitur hebraicę notetur id viciatũ atq; legendũ vt & in nostra id est gallica ęditione & alijs magnus dñs. Hic psalmus vnus est ex ijs qui thehilim id est hymni/ hebraice nominantur.

¶ Psalmus Dauid. CXXXXIIII.

1 EXaltabo te deus meus rex meus:
& benedicã nomẽ tuum in sęculũ/
& in sęculum sæculi.
2 Per singulos dies benedicã te:
& laudabo nomen tuum in sæculum
& in sęculum sæculi.
3 Magnus dñs & laudabilis valde:
& magnitudinis eius non est finis.
4 Generatio & generatio laudabit opa tua:
et virtutem tuam annunciabunt.
5 Et magnificẽtiã gl'ię sãctitatis tuę loquent̃:
& mirabilia tua narrabũt.
6 Et virtutẽ metuendorũ tuorũ dicent:
et magnitudinem tuam enarrabunt.
7 Memoriã abũdãtię suauitatis tuę eructabũt:
et iustitia tua exultabunt.
8 Misericors et miserator dominus:
longanimis et multum misericors.
9 Suauis dominus omnibus:
et miserationes eius in omnia opera eiꝰ.
10 Confiteantur tibi dñe omnia opera tua:
et sancti tui benedicant te.
11 Gloriã regni tui dicent:
et potentiam tuam loquentur.
12 Vt notã faciant filijs hominũ potentiã tuã:
et gloriã magnitudinis decoris regni tui.
13 Regnũ tuũ regnũ omniũ sæculorum:
et dñatio tua i oi generatiõe et gñationẽ.
14 Fidelis dominus in verbis suis:
et sanctus in omnibus operibus suis.
15 Confirmat dominus omnes decidentes:
et erigit omnes elisos.
16 Oculi omniũ in te sperant:
et tu das escam illis in oportunitate.

¶ Psalmus Dauidi. CXXXXIIII.

EXaltabo te DEVS meus rex: Eloha.
& benedicam nomini tuo in sęculum/
& in sęculum sæculi.
Per singulos dies benedicam tibi:
& laudabo nomen tuum in sæculum/
& in sæculum sæculi.
Magnus DOMINVS & laudabilis nimis:
& magnitudinis eius non est finis.
* Generatio & generatio laudabũt opera tua:
et potentiam tuam pronunciabunt.
Magnificẽtiã gloriæ sanctitatis tuæ loquent̃:
et mirabilia tua narrabunt.
Et virtutẽ terribiliũ tuorum dicent:
et magnitudinẽ tuam narrabunt.
Memoriã abũdãtiæ suauitatis tuæ eructabũt:
et iustitia tua exultabunt.
Miserator et misericors DOMINVS:
patiens et multum misericors.
Suauis DOMINVS vniuersis:
et miserationes eius super omnia opera eiꝰ.
Confiteantur tibi DOMINE oĩa opera tua:
et sancti tui benedicant tibi.
Gloriam regni tui dicent:
et potentiam tuam loquentur.
Vt notã faciant filijs hominũ potentiã tuam:
et gloriã magnificentiæ regni tui.
Regnũ tuũ regnum omniũ sæculorum:
et dñatio tua in oi gñatione et generatione.
Fidelis DOMINVS in omnibus verbis suis:
et sanctus in omnibus operibus suis.
Alleuat DOMINVS omnes qui corruunt:
et erigit omnes elisos.
Oculi omnium in te sperant dñe:
* et tu das illis escam in tẽpore oportuno.

CONCIL.	VET.	
A peris tu manũ tuam: et imples omne animal benedictione.	A peris tu manum tuam: & imples omne animal benedictione.	17
Iustus DOMINVS in omnibus vijs suis: & sanctus in omnibus operibus suis.	Iustus dominus in omnibus vijs suis: & sanctus in omnibus operibus suis.	18
Prope est DOMINVS oĩbus iuocãtib⁹ eũ: omnibus inuocantibus eũ in veritate.	Prope est dominus omnibus inuocãtib⁹ eũ: omnibus qui inuocant eum in veritate.	19
Voluntatem timentiũ se faciet: & deprecationẽ eorũ exaudiet/ & saluos faciet eos.	Voluntatem timentiũ se faciet: & preces eorum exaudiet/ & saluos faciet eos.	20
Custodit DOMINVS omnes diligẽtes se: & omnes peccatores disperdet.	Custodit dominus omnes diligentes se: & omnes peccatores disperdet.	21
Laudationẽ DOMINI loquetur os meũ/ & benedicat oĩs caro nomini sancto ei⁹: in sæculum & in sæculum sæculi.	Laudem domini loquetur os meum/ & benedicat oĩs caro nomẽ sanctũ eius: in sæculum & in ęculum ęculi.	22

ARGVMENTVM. Psalmus/fideliũ laus/q̃ q̃diu viuim⁹ diuinæ laudes sũt meditãdę/q̃ neq̃ in potentibus huius sæculi sed in deo solo spes nostra ponẽda est/ qui beati/ quanta dei benignitas/et q̃ æternũ eius regnum. ¶ Conciliatus versu secundo & tertio.

¶Psalmus CXXXXV. Halelu Iah.	¶Psalmus. CXXXXV.	
Lauda anima mea DOMINVM/ laudabo DOMINVM in vita mea:	Lauda anima mea dominum/ laudabo dominum in vita mea:	1
Eloha. psallam DEO meo q̃diu fuero.	psallam deo meo q̃diu sum.	
Nolite confidere in principibus: in filijs hominũ quibus non est salus.	Nolite confidere in principes: ✱ & in filios hoim in quibus non est salus.	2
Exibit spũs eorũ & reuertẽtur in terrã suã: in illa die peribunt oĩs cogitatiões eorũ.	✱ Exiet spiritus eius & reuertetur in terrã suã: in illa die peribunt oĩs cogitationes eius.	3
El. Beat⁹ cui⁹ DE⁹ Iaacob adiutor ei⁹/ spes ei⁹	Beat⁹ cui⁹ de⁹ iacob adiutor est ei⁹/ spes illi⁹	4
Eloha. in DN̄O DEO ipsius qui fecit cœlũ/ terrã: mare & omnia quæ in eis sunt.	in dñm deũ ipsius qui fecit cœlũ & terram: mare & omnia quæ in eis sunt.	
Qui custodit veritatẽ in sæculũ facit iudicium iniuriã patientibus: dat escam esurientibus.	Qui custodit veritatẽ in æternum facientẽ iudiciũ iniuriam accipientibus: dat escam esurientibus.	5
DOMINVS soluit compeditos:	Dominus soluit compeditos:	6
DOMINVS illuminat cęcos.	dominus erigit elisos.	
DOMINVS erigit elisos:	Dominus sapientes facit cęcos:	7
DOMINVS diligit iustos.	dominus diligit iustos.	
DOMINVS custodit aduenas/ pupillũ & viduã suscipiet: & vias peccatorũ disperdet.	Dominus custodit proselytos/ orphanũ & viduã suscipiet: & exterminabit viam peccatorum.	8
Regnabit DOMINVS in sæcula:	Regnabit dominus in æternum:	9
Eloha. DEVS tu⁹ Sion ĩ gñatiõe & gñatione.	deus tuus sion in gñatione & gñatione.	

ARGVMENTVM. Psalmus/laus altera fideliũ/q̃ dñi est ædificare Ierusalẽ quę est ecclesia sanctorũ & ad eã separatos colligere/q̃ eius est sanare/cõtrita solidare/ numerũ saluãdorum nosse/q̃ potentiæ eius & sapientiæ nõ est numerus/q̃ humiles exaltat & deprimit superbos/ q̃ eos ecclesię præficit q eã fœcundis doctrinæ hymbribus irrigant/q̃ principibus dat prudẽtiã qua subditos pascant/q̃ gentili populo & filijs eorũ qui contra eum obganniunt corpus suum dat in cibum/in quibus sit dei beneplacitum & bona voluntas/ q̃ non in vanis huius sæculi pompis sed in timoratis & sperantibus in eo.

¶Psalmus. CXXXXVI. Halelu Iah.	¶Psalmus. CXXXXVI.	
Iah. Laudate DN̄M qm̃ bonus est psalm⁹:	Laudate dñm qm̃ bonus psalmus:	1
Elohe. DEO nr̃o sit iocũda decoraq̃ laudatio.	deo nostro iocunda sit laus.	
Aedificans Ierusalẽ DOMINVS:	Aedificans hierusalẽ dominus:	2
dispersiones Israęlis congregabit.	& dispersiones israelis colligens.	
Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorũ.	Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.	3
Qui numerat multitudinẽ stellarum: & omnibus eis nomina vocat.	Qui numerat multitudinem stellarum: & omnibus eis nomina vocans.	4
Adon. Magnus DN̄S noster & magna virtus eius:	Magnus dñs noster & magna virtus eius:	5

& intelligẽtię eius non eſt numerus.
6 Suſcipiens manſuetos dominus:
humilians autẽ peccatores vſq; ad terrã.
7 Incipite domino in confeſſione:
pſallite deo noſtro in cithara.
8 Qui cooperit cœlum nubibus:
qui parat terræ pluuiam.
9 Qui exoriri facit ī mõtib⁹ fœnũ & herbã:
ſeruituti hominum.
10 Et dat pecoribus eſcã ipſorũ:
& pullis coruorũ qui inuocant eum.
11 Non in potentatu equi volũtatẽ habebit:
nec in tabernaculis viri bene ſentiet.
12 Bene ſentiet dominus timentib⁹ in eũ:
& in ijs qui ſperant in miſericordia eius.

& ſapientiæ eius non eſt numerus.
Suſcipiens manſuetos DOMINVS:
humilians autẽ peccatores vſq; ad terram.
Pręcinite DOMINOin confeſſione:
pſallite DEO noſtro in cithara. Elohe.
Qui operit cœlum nubibus:
& parat terræ pluuiam.
Qui producit in mõtib⁹ fœnũ — & herbã:
ſeruituti hominum.
Qui dat iumentis eſcam ipſorum:
& pullis coruorum inuocantibus eum.
Non in fortitudine equi volũtatem habebit:
nec in tibijs viri beneplacitum erit ei.
Beneplacitũ eſt DOMINOſup timẽtes eũ:
& in eis qui ſperant ſup miſericordia eius.

ARGVMENTVM. Pſalmus/laus alia in ſpiritu pro pijs mõſtrata qui ſunt ciuitas pacificorũ cuius portæ aduerſus hoſtiles næquitias angelorũ cuſtodia vallatæ ſunt/cuius filij dũ ī ea manent benedicti/q̃ pane illo puriſſimo viuit qui de cœlo deſcẽdit/q̃ verbo abbreuiato paſcitur/quod fecit verbum æternũ de cœlo in terrã trãſmiſſum/quę regenerationis ablutione ſuper niuẽ candet/in qua indurati & glaciati diuino verbo & ſpiritu ſancti calore ſoluunt hymbreſq; diuinæ gratiæ recipiunt/in ea dei verbũ auditur & iudicia eius agnoſcuntur/neq; fecit talia deus omni genti/neq; iudicia eius vbiuis gentiũ cognita ſunt alibi.

¶Pſalmus. CXXXXVII.
1 COllauda hieruſalẽ dominũ:
lauda deum tuum ſion.
2 Quõ cõfirmauit vectes portarũ tuarũ:
benedixit filios tuos in te.
3 Qui poſuit fines tuos pacẽ:
& adipe frumenti ſatians te.
4 Qui emittit verbũ ſuũ terræ:
vſq; in velocitatẽ currit verbum eius.
5 Dat niuẽ velut lanam:
nebulam velut cinerem ſpargit.
6 Qui emittit cryſtallũ ſuã velut fruſta panis
in faciem frigoris eius:
quis ſubſiſtet?
7 Emittet verbũ ſuum & tabefaciet ea:
ſpirabit ſpiritus eius & profluent aquæ.
8 Annuncians verbũ ſuum iacob:
iuſtitias & iudicia ſua iſrael.
9 Non fecit ſic vniuerſæ genti:
iudicia ſua nõ manifeſtauit eis.

¶Pſalmus. CXXXXVII.
LAuda Ieruſalẽ DONINVM:
lauda DEVM tuum Sion. Eloha.
Qum confortauit ſeras portarũ tuarũ:
benedixit filijs tuis in te.
Qui poſuit fines tuos pacem:
& adipe frumenti ſatiat te.
Qui emittit eloquium ſuum terræ:
velociter currit ſermo eius.
Qui dat niuem ſicut lanam:
nebulam ſicut cinerẽ ſpargit.
Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas
ante faciẽ frigoris eius:
quis ſuſtinebit?
Emittet verbum ſuum & liquefaciet ea:
flabit ſpiritus eius & fluent aquæ.
Qui annunciat verbũ ſuum Iaacob:
iuſtitias & iudicia ſua Iſrael.
Non fecit taliter omni nationi:
& iudicia ſua nõ mãifeſtauit eis. Halelu Iah

ARGVMENTVM. Pſalmus/laus a cœleſtibus & terreſtribus.

¶Pſalmus. CXXXXVIII.
1 LAudate dominũ de cœlis:
laudate eũ in excelſis.
2 Laudate eum omnes angeli eius:
laudate eum omnes virtutes eius.
3 Laudate eũ ſol & luna:
laudate eũ omnes ſtellæ et lumen.
4 Laudate eũ cęli cęlorũ et aq̃ q̃ ſup cęlos ſũt:
laudent nomen domini.
5 Quia ipſe dixit et facta ſunt:
ipſe mandauit et creata ſunt.
6 Statuit ea in ſęculũ et in ſęculũ ſęculi:
pręceptum poſuit et nõ prętęribit.
7 Laudate dominum de terra:

¶Pſalmus. CXXXXVIII. Halelu Iah.
LAudate DOMINVM cęlis:
laudate eum in excelſis.
Laudate eum omnes angeli eius:
laudate eum omnes virtutes eius.
Laudate eum ſol et luna:
laudate eum omnes ſtellæ et lumen.
Laudate eũ cęli cęlorũ et aq̃ q̃ ſup cęlos ſũt:
laudent nomen DOMINI.
— Quia ipſe dixit et facta ſunt:
ipſe mandauit et creata ſunt.
Statuit ea in ſęculum et in ſęculum ſęculi:
pręceptum poſuit et non prętęribit.
Laudate DOMINVM de terra:

CONCIL.	VET.	
dracones et omnes abyſſi.	dracones et omnes abyſſi.	
Ignis grando nix glacies ſpūs procellarū: quæ faciunt verbum eius.	Ignis grādo nix glacies ſpūs tempeſtatis: quæ faciunt verbum eius.	8
Montes & omnes colles: ligna fructifera & omnes cedri.	Montes et omnes colles: ligna fructifera et omnes cedri.	9
Beſtiæ et vniuerſa pecora: ſerpentes et volucres pennatæ.	Beſtiæ et omnia pecora: reptilia et volatilia pennata.	10
Reges terræ et omnes populi: principes et omnes iudices terræ.	Reges terræ et omnes populi: principes et omnes iudices terræ.	11
Iuuenes et virgines ſenes cū iunioribus laudent nomen DOMINI: quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.	Iuuenes et virgines ſenes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.	12
Confeſſio eius ſuper cœlum & terram: & exaltauit cornu populi ſui.	Confeſſio eius in cœlo & in terra: & exaltauit cornu populi ſui.	13
Hymnus omnibus ſanctis eius: Halelu Iah. filiis Iſrael/populo appropinquanti ſibi.	Hymnus omnibus ſanctis eius: filiſ iſrael/populi appropinquātes ſibi.	14
ARGVMENTVM. Pſalmus laus a terrena & adhuc militante eccleſia.		
¶ Pſalmus. CXXXXIX. Halelu Iah.	¶ Pſalmus. CXXXXIX.	
Cantate DOMINO canticū nouum: laus eius in eccleſia ſanctorū.	Cantate domino canticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum.	1
Lætetur Iſrael in eo qui fecit eū: & filię ſion exultent in rege ſuo.	Letetur iſrael in eo qui fecit eum: & filiſ ſion exultent in rege ſuo.	2
Laudent nomen eius in choro: in tympano & pſalterio pſallant ei.	Laudent nomen eius in choro: in tympano & pſalterio pſallant ei.	3
Quia beneplacitū eſt DNO in populo ſuo: & exaltabit manſuetos in ſalutem.	Quoniā benefacit dñs in populo ſuo: & exaltabit manſuetos in ſalutem.	4
Exultabunt ſancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis.	Exultabunt ſancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis.	5
El. Exultationes DEI in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum.	Exultationes dei in faucibus eorum: & frameę bis acutæ in manibus eorum.	6
Ad faciendā vindictā in nationibus: increpationes in populis.	Ad faciendas vindictas in gentibus: obiurgationes in populis.	7
Ad alligandos reges eorū in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.	Vt alligent reges eorum in compedibus: et nobiles eorum in vinculis ferreis.	8
Vt faciant in eis iudiciū conſcriptum: gloria hęc eſt oīb9 ſāctis ei9. Halelu Iah.	Vt faciant in eis iudiciū conſcriptū: gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.	9
ARGVMENTVM. Pſalmus laus ab eccleſia cœleſti.	¶ Conciliatus verſu primo.	
¶ Pſalmus. CL. Halelu Iah.	¶ Pſalmus. CL.	
El. Laudate DOMINVM in ſancto eius: laudate eū in firmamēto virtutis eius.	* Laudate dominū in ſanctis eius: laudate eū in firmamēto virtutis eius.	1
Laudate eū in virtutibus eius: laudate eū ſcdm mltitudinē magnitudis ei9	Laudate eū ſcdm mltitudinē magnitudis ei9.	2
Laudate eū in ſono tubæ: laudate eum in pſalterio et cithara.	Laudate eū in ſono tubę: laudate eū in pſalterio et cithara.	3
Laudate eū in tympano et choro: laudate eum in chordis et organo.	Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in chordis et organo.	4
Laudate eū in cymbalis beneſonantibus/ laudate eum in cymbalis iubilationis:	Laudatę eum in cymbalis beneſonantibus/ laudate eum in cymbalis iubilationis:	5
Iah. omnis ſpiritus laudet DNM. Halelu. Iah.	omnis ſpiritus laudet dominum.	

¶ Expleta hac per Chriſti dei gratiā pſalteriorum pentaplo: nō abſonū forte videbitur ſi ad quid pro pia deuotione quiſq; pſalmus (vt potiſſimū ſenſit Athanaſius) dicendus ſit: breuiuſcula deſcriptione et cum hoc quaſi totius pſalterij breuiſſimū ſubnectamus epilogū. vt pij quos ſimilis deuotio tanget: ex deſcriptione quod ſuam inuet deuotionē facile reperiant. in quibus omnibus Chriſtiformem quandam imitationē meditari oportet & quandam quærere ſpiritus conſolationem/non vane/nō curioſe orantes/nichil nobiſi ipſis et orationi noſtrę tribuentes ſed ſupernæ benignitati/ fauori et gratiæ omnia. Nunc igitur ad pſalmorum ſeriem et deſcriptionem ſubnectendam procedamus.

Ad quid pro pia deuotione dicēdi pſalmi.

Quem dicere poſſis beatum cogitans: dic
Ex iudęorū i Chriſtū iſidijs/aliorū i te patiēt ferēs: dic
Multiplicati ſunt in te hoſtes: dic
Exauditus es a deo gratias agens: dic
Vides parari tibi inſidias: dic
Minas dei ſentis & territum te vides: dic
Machinantur in te concilium: dic
Mirifica Chriſti meditaris opera: dic
Coerceri inimicum vis & creaturam ſaluari: dic
Te quis metu affecit: dic
Abundat malitia/confugiens ad deum: dic
Perſeuerant in te inimicorum inſidiæ: dic
Audis impios cōtra deū & prouidētiā loquentes: dic
Qui regnū cœlorum ſint ingreſſuri: dic
Sperās in domino/de futura reſurrectiōe gaudes: dic
Fatigatus ab hoſtibus refrigerium petis: dic
Liberatus es ab aduerſitatibus aut inimicis: dic
Miraris ordinem rerū & prouidentiæ gratiam: dic
Bonos tribulatos vides/aut illis bona iprecaris: dic
Aduerſarios Chriſti ſuccumbere vides: dic
Meditatione paſſionis patientiam cupis: dic
Tentationes deſunt & proſpera tibi aſſunt: dic
Qui beatitudinem ſint accepturi cogitas: dic
Irritant te inimici: dic
Inconſcium te ſentiens/a deo iudicium petis: dic
Fidis in deo graſſantibus in te inimicis: dic
Anxietas te angit & vitæ tedium: dic
Munus deo offers: dic
Liberatus es ab ijs quę te premebant malis: dic
Oppreſſus malis/in deo fidis: dic
Miſericordiā dei conſecutorū fœlicitatē cogitas: dic
In cœtu iuſtorum verſaris: dic
Liberatꝰ a malis mites cōuocas ad gratias agēdas: dic
Aduerſarijs tuis reſiſtere non potes: dic
Malos vides ſibiipſis cauſam mali eſſe: dic
Mali & ſuperbi in paruos & humiles ſuperbiunt: dic
Iram dei times: dic
Iniuſte accuſant te ſceleris/inimici: dic
Poſt longam expectationē a malo liberatus: dic
Miſericordem vides ſiue proſperantē ſiue deꝑſſū: dic
Laceſſeris ab impijs/deum deſyderans: dic
Falſo iudicio humano tractaris: dic
Recordaris antiqua dei beneficia: dic
Egreſſū Chriſti a patre ad hūanationē meditaris: dic
Cōfugiēs ad deū mala quæ premebāt euaſiſti: dic
Nouus populus regno Chriſti accreſcit: dic
Chriſtiformem eccleſiæ ſtatum animo verſas: dic
Status fœliciū & miſerorum occurrit cogitandus: dic
Noſſe vis quomodo in ſecūdo aduētu liberaberis: dic
Pœnitens ex peccato redis ad deum: dic
Vides impium in malitia gloriantem: dic
Ad idem: dic
Quærunt te hoſtes ad iniuſte perdendum: dic
Preſſus hominū nęquitia/ad deū confugiens: dic
A grauiſſima hominū preſſura exauditus euaſiſti: dic
Deus aduerſus quoſcꝫ inſultus miſertus eſt tui: dic
Ad hypocritarū & falſorū Iudæorū cōuerſionē: dic

Epilogus pſalmorum. 293

1 De beatitudine Chriſti.
2 De concilijs in eum.
3 De ꝓſecutione & reſurrectione eius.
4 De vocatione gentiū.
5 Qui odio habentur a deo.
6 De pœnitentia.
7 Oratio inſontis.
8 De aſcenſione & poteſtate Chriſti.
9 Gratiarū actio & exauditio piorum.
10 De ſolitudine Chriſti.
11 De paucitate piorum.
12 Oratio pro ſalute Hebræorum.
13 Increpatio impiorum.
14 De conuerſatione Chriſti.
15 De mirificatione & hæreditate eius.
16 Piorum ſpiritualis oratio.
17 De Chriſti & patris mutua dilectione.
18 De beneficijs aduentus Chriſti.
19 Optio qꝫ Chriſto omnia ꝓſpera forēt.
20 De exauditione & bñdictiōe Chriſti.
21 De paſſione domini.
22 Gratiarū actio beneficiorū dei.
23 De baptiſmo & aſcenſione domini.
24 Oratio fidelium opem poſcentium.
25 De innocentia Chriſti domini.
26 De ſecuritate Chriſti in tribulatione.
27 Deprecatio Chriſti pro populo fideli.
28 De diuinitate verbi qđ caro factū eſt.
29 De reductione Chriſti ab inferis.
30 De anxietate vitæ Chriſti.
31 Oratio pœnitentis.
32 De exultatiōe cognitiōis vnitrini dei.
33 De diuina protectione timentiū deū.
34 De machinatiōe & falſis teſtibꝰ ī xp̄m
35 Qz ſua ſponte ſūt mali & dei ope boni.
36 Spiritualis inſtructio ad ſalutē.
37 Oratio ad dei mitigandā irā.
38 De cuſtodia oris & contemptu mūdi.
39 Gratiarū actio & quādo Chriſtꝰ venit.
40 De btitudīe imitātiū Chriſti pauptatē
41 De deſyderio piorū vidēdi deū.
42 Confeſſio trinæ beatitudinis.
43 Electio Iudęorū & martyrū afflictio.
44 De vtraqꝫ Chriſti generatione.
45 De perſecutionibus eccleſiæ.
46 Inuitatio gentiū ad lætitiā.
47 De eccleſia Chriſti domini.
48 De perditione Iudæ et cōplicū eius.
49 De manifeſtatione trinitatis.
50 Oratio pœnitentis.
51 De vltione dei in impios.
52 De homine peccati et ſecta eius.
53 Oratio Chriſti in inſurgentes in eum.
54 De oſoribꝰ xp̄i et domeſtico ꝓditore.
55 Oratio humiliū & depreſſorum.
56 Oratio Chriſti in paſſione.
57 Increpatio malorum.

Ad quid pro pia deuotione psalmi dicendi.

Insurgunt in te hostiles cateruæ: dic
Dura passus es/quasi flagellum dei expertus: dic
Te malignus angit/omniũ hominũ inimicus: dic
Tentationes sentis ad delinquendũ te trahentes: dic
Solitudies propter deũ aut in persecutiõib9 petis: dic
Times falso criminantium linguas: dic
Te laudandi deum arripit deuotio: dic
Christi religionem longe diffundi cupis: dic
Misericordiã & illuminationẽ a deo postulas: dic
A malignis spiritibus nocumentũ times: dic
In magnis angustijs es constitutus: dic
Times insultũ/animã tuam diripere volentiũ: dic
Si te(cũ deo seruias)nęq; et a deo derelictũ iudicãt: dic
Falsũ ab hoib9 iudiciũ sustinẽs ĩ deo cõfoleris et dic
Vidẽs malos prosperari/ne scãdalizeris sed dic
Populũ fidelẽ vides afflictũ/precare deũ et dic
Diuersas hoim sortes vidẽs ne ascribę fortunę: sed dic
Diuini verbi ĩcarnatio te ducit ĩ admirationẽ: dic
Aduersꝰ terrena ex spiritualib9 cõsolationẽ cupis: dic
Qz de9 legẽ seruari velit ex antiquis nosse vis: dic
Hostiles impetus loca dei desolarunt: dic
Aliquos sacris mysterijs imbui optas: dic
Aliquid lętũ superuenit aut celebritas adest: dic
Arduũ negociũ aliquorũ iudicio aut delectui com- dic
Certamẽ aut bellũ est ipiorũ cõtra pios: (missũ: dic
In sacro aliquo loco /dei seruitio mãcipatus es: dic
De virgine quæ fructũ vitæ attulit cogitas: dic
Puritatẽ vitæ in paupertate retines: dic
Loca sancta recte gubernari optas: dic
Anxiatus est in te spiritus tuus: dic
Misericordiã a deo consecutus es: dic
Ad idem: dic
Te aut alios exhortatos ad religionẽ cupis: dic
Nosse vis quid faciendũ festa postulent: dic
Desyderas in cultu dei animas esse purgatas: dic
Audis blasphemos et dei contemptores: dic
Adest celebritas: dic
Beneficiũ noui testamenti cogitas: dic
Futuri iudicij mentem subit cogitatio: dic
Audis miracula nouæ legis: dic
Orare vis pro ijs qui legem recipiunt: dic
Ad idem: dic
Misericordiam ad pie viuendũ postulas: dic
Vitę malis afficeris/consolans te in deo: dic
Gratias deo de beneficijs agere vis: dic
Prouidentiã dei ex veteri lege laudare vis: dic
Ad idem: dic
Ad idem: dic
Ad idem: dic
Alacrem te sentis ad orandũ: dic
Falsas in te sentis linguarum calumnias: dic
Consubstantialitatem Christi cogitas: dic
Cum multitudine ad mensã CHRISTI accedis: dic
Dei timorem postulas: dic
De mẽsa eiꝰ/et perceptione ĩmaculati agni venis: dic
Te agnoscens a seruitute diaboli ereptum: dic
Benignitatem dei cogitans: dic

Epilogus psalmorum.

58 Oratio Christi et peccatũ Iudæorũ.
59 Lamentabilis oratio synagogæ.
60 Oratio fidelis populi vbiuis gentium.
61 Pia suipsius in deum exhortatio.
62 De contemplatione Christi in deserto.
63 De festinata passione Christi.
64 De baptismo & alimento nouæ legis.
65 Inuitatio omniũ ad dei cultum.
66 Petitio visitatiõis a Christo salutari.
67 De resurrectiõe Christi et quę secuta sũt
68 De afflictionibus Christi & ritu nouo.
69 De reductione Christi ab inferis.
70 Qz Christus litteras non didicerit.
71 Qz omne iudicium dedit pater filio.
72 De nemesi Christi.
73 De diuturna afflictione populi sancti.
74 Confessio mirabilium dei.
75 Vbi Christus habitaret in terris.
76 Consolatio spiritualis in tribulatione.
77 Qz Christus locuturus erat in parabola.
78 Figura persecutionis martyrum.
79 Postulatio apparitionis Christi ĩ Iudęa.
80 Figura memoriæ noui sacramenti.
81 Confutatio synagogę a Christo.
82 Figura bellorũ cõtra populũ sanctum.
83 Desyderiũ supernæ habitationis.
84 De prędestificatiõe virginis deiparæ.
85 Qz oẽs gẽtes fidẽ sint percepturæ.
86 De ecclesia Christi & regenitis in ea.
87 De descensu Christi ad inferos.
88 Promissiones nobis factę in Christo.
89 De benignitate & potentia dei.
90 De tentatione Christi a diabolo.
91 Qz̃noxia & fragilia pctõrũ oblectamẽta.
92 De regno Christi.
93 Vltio & vindicta deo relinquenda.
94 Excitatio spũalis ad exultãdũ ĩ deo.
95 Laudãdus deus in factis nouæ legis.
96 De nouissimo iudicio et signis eius.
97 Mira nouæ legis narranda.
98 Inuitatio gentium ad lætitiam.
99 Inuitatio ad lætandum in deo.
100 Quę conuersatio Christi in terris.
101 Inuocatio dei in longa oppressione.
102 Gratiarum actio pro beneficijs dei.
103 De prouidẽtia dei.
104 Laus veteris synagogæ.
105 Alia laus eiusdem.
106 Cõfessio eius et quędã Christi signa.
107 De promptitudine et obedientia Christi.
108 De blasphemis & Iuda proditore.
109 De sessione Christi in dextera patris.
110 De institutione viuificę eucharistię.
111 De timore dei.
112 Hymnus Christi peracta cæna.
113 Figura liberatiõis nostrę a diabolo.
114 Christus semper a patre auditus.

Immolare deo sacrificium vis:	dic	115	De extasi Christi & eius calice.
Diuitem in omnes dei misericordiam laudare vis:	dic	116	Vocatio gentium ad laudem trinitatis.
Spem firmam & in deũ rectã postulas:	dic	117	De lapide angulari Christo IHESV.
Quæ sint studia pietatis & vitæ/nosse vis:	dic	118	Octonariæ spirituales meditatiões.
Ne te lędant peruersæ doctrinę linguæ:	dic	119	De fugienda infidelitate.
Verũ auxilium vnde sit contemplans:	dic	120	De vera magnanimitate.
Te desyderiũ alterius melioriſq; vitæ capit:	dic	121	De vera voluptate.
Te mundi fastus fatigat:	dic	122	De charitate ad deum.
Superasti pericula supra vires:	dic	123	De confidentia in deo.
Cogitas angelos bonorũ esse custodes:	dic	124	De vera spe.
Plagã cõmunẽ amouit deus:	dic	125	De charitate ad proximum.
Cũ cogitas in potestate alicuius nõ esse saluari:	dic	126	De vera fide.
Optas alicui dei timorẽ et benedictionẽ:	dic	127	De timore dei.
Sæpe tentatas tibi insidias deuitasti:	dic	128	De pio zelo.
Compũctũ te corde & animo sentis:	dic	129	De oratione & pœnitentia.
Te propter deũ humilias:	dic	130	De vera humilitate.
Pacem & mansuetudinem cũ omnibus obseruas:	dic	131	De vera mansuetudine.
Inter vnionis fraternæ amatores versaris:	dic	132	De fraterna vnione.
Accessus fit ad synaxim & sancta sanctorum:	dic	133	De sacrosancta synaxi.
Percepta sunt sancta:	dic	134	Beneficiorũ dei agnitio.
Ad idem:	dic	135	De eodem.
Te cogitatus ex spiritualibus ad vana deiecit:	dic	136	Figura lapsorũ ex spũalib9 ad terrena.
Te sanctam legem percepisse recordaris:	dic	137	De mia & veritate dei vbiq; percepta.
De prescientia & prædestinatione cogitas:	dic	138	Et prescientia & immensitate dei.
Es vbi peruersa sunt doctrinæ dogmata:	dic	139	De auersione ab hæresibus.
Times ne in verbo offendas:	dic	140	Dei munus esse a peccato seruari.
Amici & noti deseruerunt te/ora &	dic	141	Derelictio Christi & descẽsus ad iferos.
Pœnitentiam agis:	dic	142	Oratio pœnitentis.
Victor euasisti de inimicis tuis:	dic	143	Petitio vt Christus mitteretur.
Mĩam/benignitatẽ/potẽtiã & puidẽtiã dei cogitas:	dic	144	Laus a dei attributis.
Cogitas te moriturum:	dic	145	De laude & regno dei æterno.
Potentia/sapientia & beneficẽtia dei mentẽ subit:	dic	146	Qz omne bonum ex prouidẽtia dei fit.
Post scismata/bella & pressuras succedit pax:	dic	147	De ciuitate pacis quę est piorũ cœtus.
Ordinẽ creaturarũ mente agitas:	dic	148	Laus a cœlestibus & terrestribus.
Certans adhuc ecclesia obuersatur animo:	dic	149	Laus ab ecclesia inferiori.
Cœlestem & triumphantẽ ante oculos collocas:	dic	150	Laus a superiori & cœlesti.

¶ ABSOLVTVM FVIT HOC QVINCVPLICIS PSALTERII OPVS IN cœnobio sancti Germani prope muros Parisienses: anno a natali CHRISTI domini 1508. Et in clarissimo Parisiorum Gymnasio ex calcotypa Henrici Stephani officina e regione scholarũ Decretorum ad secundam & castigatiorem emissionem susceptum anno eiusdem CHRISTI saluatoris omnium 1513 Idibus Iunijs. Illi igitur qui absoluere & absolutũ in publicum emittere dedit:

LAVS ET GRATIARVM ACTIO IN SAECVLA SAECVLORVM AMEN.